



INSCRIPTIONES

REGNI NEAPOLITANI LATINAE

EDIDIT


THEODORUS MOMMSEN



LIPSIAE MDCCCLII

SUMPTUS FECIT GEORGIUS WIGAND

NEAPOLI PROSTAT APUD ALBERTUM DETKEN



BARTHOLOMAEO BORGHESIO

MAGISTRO PATRONO AMICO

Septimus fere annus labitur, optime Borghesi, ex quo primum ascendi Sancti Marini montem Appenninum Tuam domum petiturus, quam artis nostrae quasi quoddam sanctuarium reddidisti. Veni ad Te, si recordare, rudis plane adolescens et parum doctus in arte lapidaria, nisi quod hoc intellexeram quibusdam meis tentaminibus primum turpe esse rerum Romanarum studioso titulos sive negligere sive aspernari, tum vix recte uti iis ipsorum lapidum usu et experientia plane destitutum. Quamquam enim si extarent Latinae inscriptiones ab artis peritis collectae et recensitae, iis uteremur omnes eadem facilitate eademque fiducia, qua chartularia atque diplomataria accurate edita viri docti vulgo usurpant ii quoque, qui ipsas chartas nunquam tractaverunt, tamen ut hodie iacent inscriptiones Romanae dispersae atque confusae et omni genere fraudis et erroris inquinatae fere ut ante Eckhelium nummi et inscriptiones Graecae ante Boeckhium, vix recte tractari solent nisi si quis a falsis et incertis et male lectis aliqua tenus cavere sibi longo usu et labore didicerit. Iam vero in illa hospitii Tui comitate cum magis magisque intelligerem qua via eo pervenisses quo pervenisse Te miramur omnes, cum viderem inscriptionum ope fastos restitui, auctores explicari, totos populi Romani annales nova et certa luce clarescere, ipse mecum constitui data occasione uti neque committere, ut equidem aut turpi socordia negligerem lapides aut inani insolentia temptarem. Laudasti Tu consilium meum, neve mihi uni laborarem, regni Neapolitani potissimum inscriptiones describendas et recensendas mihi commendasti. Eas et multas esse et utilium rerum plenas et apud exteros ita notas, ut genuinae pleraeque nescio quomodo intra fines restitissent, falsae innumerabiles foras exiissent; iam eo rem pervenisse, ut vel id ipsum titulum esse Neapolitanum plane ac in Hispanis haberet in se aliquid suspiciosi. Non defuturos sane inter regnicolas, qui eiusmodi inceptum adiuvarent; tantum abesse, ut hoc negarent ipsi eruditi Neapolitani cum alii tum princeps inter eos Avellinius, ut ultro conquererentur; sed paucorum industria atque doctrina difficile exhauriri tot saeculorum errorum atque fallaciarum sentinam. Cumque sermo incidisset in ingentia illa Parisiis ante, tum Berolini agitata magnanimorum virorum molimina, cogitantium de paranda Latinarum inscriptionum quae extant sylloge absoluta, iam nobis videbamur particulam aliquam exiguam eam sed tamen haud inutilem maximi incepti privata opera adornare. Itaque ut a te discessi, statim rem adgressus musei regii Neapolitani lapidibus describendis et exemplis denuo ad archetypa exigendis tirocinium deposui atque effeci, ut exemplis meis et mihi satisfacerem et Tibi. Item libros editos conquirere coepi et singulas municipiorum historias excutere. Denique ab amplissima Berolinensi academia, quam eo tempore curae tenebant de Latina sylloge instituenda ad exemplum Graecae tantum non ad finem perductae, interim saepius adiutus ad paranda ea quibus suum consilium aliquando adiuvari posse intelligebat, auctus etiam privata summi viri Friderici Caroli de Savigny munificentia, quem sponte obtulisse quae rogare numquam sustinuissem et iucundum fuit et honorificum et laetissimum, ut tum augurabamur, in opere inchoando auspicium, iam etiam spe incitatus fore ut in toto opere edendo meam operam itidem academia adsciseeret, compluribus itineribus per annos millesimum octingentesimum quadragesimum quintum et quadragesimum sextum susceptis maiorem regni Neapolitani partem inscriptionum Latinarum describendarum causa peragravi. Ita cum biennio interim elapso redeo ad Te, optime Borghesi, mense Maio anni septimi et quadragesimi domum me recepturus, attuli ad Te, quod meministi, confusam adhuc neque satis digestam, sed tamen aliquam Neapolitanarum inscriptionum syllogen, quam

deinde in patriam redux statim mihi sumpsi ordinandam et perpoliendam. Quibus curis dum intentus sum, cum viderem fefellisse me spem amplam et fortasse ambitiosam, quam inter itinera conceperam, fore ut in universa sylloge instituenda ea quam optaram operis pars mihi demandaretur, circumspicere coepi, ut ne perirent quae non sine labore et congessissem et adornassem; quibus editis bene meriturum me de communibus studiis et ipse intelligebam et Tu studiorum nostrorum parens aliique quibus schedae meae patuerunt amici saepe significavistis. Itaque cum primum nactus sum certam sedem, ubi tranquille moraturum me animo tum opinabar, syllogen meam tandem aliquando perfectam (si quidem fas est tali verbo in hisce studiis abuti) occasione oblata typothetis tradidi; qua in re eadem quam pridem expertus eram Berolinensis academiae munificentia denuo me adiuvit schedis meis ita emptis, ut ius edendi mihi relinqueretur. Iam qui prodit liber, postquam per integrum biennium prela exercuit, eum nolui emittere nisi Tuo, vir summe, nomine ornatum; etsi enim imperfectum eum esse sentio, tamen neque sperare licet iustiorem occasionem posthac oblatum iri reverentiae meae erga Te publice testandae, neque plane nihil a me effectum esse existimo. Fortunam communem eorum, qui a duobus inde saeculis de inscriptionum Latinarum thesauro edendo cogitaverunt, parum propitiam expertus quidem sum et ipse; attamen nisi plane animus fallit, hac sylloge edenda id adsecutus ero, ne meum certe nomen referatur inter leves istos temere inceptorum reos, qui neque rei gravitate satis ponderata et qua ratione difficultates superarentur pariter ignari infimi homines ad maximas res ultro prosilierunt.

Sed satis de me ipso. Venio ad librum meum, quem quibus adiumentis instructus ad quas leges adornarim, cum pleraque in singularum partium capitumque praefationibus iam occupata sint, hoc loco quam brevissime ut Tibi explicem velim mihi permittas.

Omnium maxime in hac sylloge paranda operam dedi, ut ad fontes genuinos redirem et veras cuiusque tituli auctoritates explorarem; in quo negotio longe primarium locum obtinet plena et diligens archetyporum investigatio. Ingentem lapidum scriptorum thesaurum, quem reges Neapolitani congesserunt, ipse ut dixi descripsi totum angulos omnes musei rimatus. Eum mihi patefecit summa praeclari Avellinii benevolentia, cuius praeceps fatum et Itali inter tot patria mala lugent adhuc et nos Germani tanquam nostri lugemus. Adii praeterea plerasque regni provincias et inscriptiones per oppida sparsas descripsi vel contuli, quantum quidem fieri licuit; necessario enim brevis fuit mora in singulis civitatibus. Per agrum dispersos lapides scriptos ipse nisi minima ex parte non descripsi. Non ignoro quidem eius qui in loco degens lapidem quoties lubet denuo inspicit omniaque attente considerat, longe meliorem condicionem esse, quam peregrinantis et festinantis hominis Transalpini, modo uterque et diligens et peritus sit. Nunc in tanta bonorum descriptorum penuria, quantam esse doctissimi quique Neapolitani ultro fatentur (neque sane iure expectari potest, ut singulis quibusque oppidulis contingant homines docti et exercitati), magnopere rem meam vel potius communem itinera illa adiuverunt. Oram Lucanam a Paesto inde Bruttiosque universos non adiisse me facile fero; paucos enim lapides scriptos ibi reperiri Gualterii Brocchii aliorum itinera docuerunt quique ibi prodierunt, ii a Calabris qui nunc sunt hominum genere a liberalibus studiis minime alieno plene et sedulo cum viris doctis communicari solent. Magis vellem licuisset adire Marsos et eam partem Campaniae ubi sita sunt Casinum Aquinum Arpinum Atina; accidit tamen felici casu, ut aut Kellermanni rogatu aut Tuo aut meo complures homines diligentissimi harum partium inscriptiones descripsissent eorumque exemplis hiatus expleretur. Ita effectum est, ut paucissimis civitatibus exceptis, quarum notabiliores sunt Compsa Fundi Atina Campana, in singulis qui lapides scripti hodie extant, eos aut a me aut mea causa accurate descriptos tenerem. Hoc certo fundamento usus accessi ad libros typis editos, qui ad regni Neapolitani antiquitates illustrandas pertinent, explorandos et excutiendos, in quo negotio multorum insignem liberalitatem et apud Italos Tuos et in Germania expertus, Neapoli praesertim praeter regiam Borbonicam usus bibliothecis privatis Gervasiana et Minieri-Ricciana dominorum beneficio saepe mihi apertis, domi vero, quasi mea esset, Ottonis Iahnii mei lectissima suppellectile, iam eo perventum est, ut hodie vix supersit paullo maioris momenti liber, quem frustra quaesiverim. Qui a me citantur, eos scito me vidisse ipsum, nisi quem disertis verbis mihi non visum esse adieci; post annum MDCCCXLVI, quo Neapoli abii, qui prodierunt, Henzenius sedulo subministravit. Sane si licuisset schedarum loco, quas retuli, bibliothecam comparare et ipsos libros in opere digerendo adhibere, facilius ab erroribus mihi cavissem; sed hoc per rationes meas non licuit. Adhibitos esse quicunque tali operi inservire possent libros non spondeo (qui enim possem?); diligentiam in hac operis parte mihi non defuisse aequi iudices non negabunt.

Municipiorum Neapolitanorum annales et totum hoc genus scriptorum, quae extra fines vix nomine nota esse solent, indicaverunt maxime diligentissimi Giustiniani talium librorum index et Nicolai Corciae regni Neapolitani historia. Item acriter studui, ut inscriptionum collectiones manuscriptas cum ante excussas tum adhuc intactas mihi pararem, cuius generis libros amicorum eximia munificentia meaque singulari felicitate multos et egregios utendos me accepisse singula fere libri capita demonstrant quaeque suis locis dicta sunt de Lombardii, Pacellii, Tafurii, Valiae aliorumque complurium in me beneficiis. Omnium utilissimae fuerunt sylloge Antinoriana, quam Dragonettii Aquilani communicaverunt, et Gudiana Lachmanno intercedente missa mihi ex bibliotheca Guelferbytana. Alias schedas permultas frustra me expetivisse vix opus est addere; neque aucupi totum avium gregem capere facile contingit neque philologo codices universos explorare. Unum tamen indicabo, quem vel maxime desideravi, Ambrosianum saeculo XVI conscriptum, quo si post Muratorium uti licuisset, aliquanto melius Beneventana praesertim et Aprutina hodie prodirent. Sed hoc Fortuna negavit, cui irasci non est hominis sapientis. Denique adsumptis eis quae inscriptionum thesauri subministrant quaeque per varios epigraphicos libros sparsa invenire licuit, his omnibus subsidiis instructus ad digerenda ea quae collegeram me accinxi.

Recipiendas duxi in hanc meam syllogen inscriptiones antiquas Latinas, quae adhuc repertae sunt intra hodiernos regni Neapolitani fines, titulis extra regnum eruderatis et postea demum in regnum illatis, item iis qui cum hodie in regno Neapolitano extent, ubi primum reperti sint ignoratur, in appendicem reiectis. Exclusi inscriptiones Oscas et similium dialectorum, quas nuper alio libro composui; item Graecas, quae nuperrime in corpore inscriptionum Graecarum prodierunt, ut tamen bilingues omnes reciperem et ego; denique Punicas. Neque recepi inscriptiones Siculas, quarum extat Gualteriana a Torremuzza denuo recensita imperfecta quidem hodie et novis curis perpolienda, sed tamen aliqua sylloge. Hunc operi finem faciendi, qui regiones Italiae Picenum Valeriam Campaniam medias secat, ea potissimum causa fuit, quod regni inscriptiones ab aliis auctoribus tradi solent quam qui in Romanis edendis elaboraverunt, itaque neque omittere volui regni partem exiguam, ne qui me sequentur iis totarum litterarum Neapolitanarum denuo excutiendarum negotium propter paucorum quorundam oppidorum titulos imponerem, neque status ecclesiastici partem recipere, ne novum mihi iniungerem laborem aeque ingentem insinuandi me penitus in Romanorum scriptorum indolem et naturam. In confiniis tamen, praesertim ubi antiqui territorii alicuius hodie pars Romanis, pars Neapolitanis finibus comprehenditur, aliquoties fines transgressus sum, ut in Fabraternis, in Cereatinis, in Carsiolanis, in Truentinis; quamquam in his id ipsum sensi destitui me accurata librorum scriptorumque qui has partes illustrarunt notitia et complura relinqui accuratius definienda iis qui statum ecclesiasticum simili sylloge comprehendent. — Ad aetatem si respicis, saeculi nostri sexti finem excedere nolui, utpote quo fere perveniant fasti consulares. Cum enim post Basilium v. c. consulem a. DXLI, cuius postconsulatus perveniunt ad annum quo mortuus est imp. Iustinianus DLXV, consules nulli processerint nisi ipsi imperatores, factum est ut deinceps in epocha signanda indictiones et imperatorum anni multo frequentius adhiberentur quam consulatus imperatorii. Volui, inquam, ad illum annum consistere; sed tamen titulos anni nota destitutos ad certam aetatem redigere quam non dico difficile sit, sed potius quam raro omnino fieri possit qui considerat, denique a me, qui sum Christianarum antiquitatum plane rudis et lapidum illorum barbarorum osor magis quam contemptor, certum de hac re incertissima iudicium expectari iure non posse qui concedit, is veniam dabit si hoc capite sive receptis recentioribus titulis sive antiquioribus praetermissis aliquid commissum est. Quam eo facilius me arbitror impetraturum, quo pauciores sunt et viliores regni Neapolitani lapides christiani.

Continentur igitur hoc volumine regni Neapolitani tituli Latini septimo saeculo anteriores, neque tamen sine aliqua exceptione. Legum publicarum populi Romani et senatusconsultorum sylloge plena et absoluta ut multis inserviet iis etiam qui a reliquis inscriptionibus religiose abstinent, ita leges Latine scriptas et intra regnum Neapolitanum vel repertas vel certe custoditas qui componeret, casum magis sequi videretur quam ratione et consilio uti et magno impendio parum proficere. Item ex fratrum Arvalium actis frusta hodie Neapoli servata quis quaereret in hoc libro, cum immortali praeceptoris Tui operi suo quodque loco inserta et comparatione atque commentariis illustrata parare quivis sibi possit? Omnino apte connexa vel necessario coniungenda discerpere neque decet neque expedit. Quare satis visum est infra indicare quae sint inscriptiones illae omissae in hoc corpore, addita in Arvalium fragmentis varia lectione, quam typos Marinianos conferens cum archetypis enotavi, legum emendatione reservata propriae earum quam dudum

paro syllogae. — Invitus exclusi, quae non incisa sed in muris et vasis stilo vel atramento miniove scripta Pompeiis praesertim observantur; quae collegi quantum potui diligenter et digessi editionique paravi, sed a bibliopola flagitare non sustinui tabulas, quibus titulos graphio exaratos cursivis plerumque litteris describendos esse intelligebam. Quod si qua posthac edendi occasio offeretur, labori me non defuturum esse spondeo.

Exceptis his quas proxime enumeravi inscriptionibus reliquas recepi omnes nobiles pariter ac viles, ne frustulis quidem exiguis abiectis. Quod quamquam video multos improbaturos esse neque mihi ipsi valde placuit tot vulgaribus titulis bonam chartam occupare, tamen nihilominus recte fecisse me arbitror. Si quidquam resecare instituissem, finem resecandi nullum invenissem nisi sublatis quaecunque inutilia mihi viderentur; at privato arbitrio constituere quid cui prodesse possit cum hoc tum futuro tempore, id quidem et arduum est et superbum. Ut autem nihil errassem in tam ancipiti et periculoso negotio, qui legunt mihi nunquam credidissent nulla me nisi plane inutilia reiecisse, neque immerito; iure enim in his litteris nemini creditur nisi probanti. Recepi inscriptiones omnes, visas mihi et non visas, ineditas et ante qualicunque ratione editas, sinceras et suspectas et falsas. Si ea tantum edidissem quae ipse descripseram, vitavissem quidem et praesens taedium et futuram obtrectationem; sed quod laudassent multi, Tu certe et reliqui peritiores improbavissetis. Eo enim vel maxime laborat ars epigraphica, quod qui post alios epigrammata colligunt, sua cum priorum relationibus comparare et antiqua pariter ac nova digerere fastidiunt; unde libris aliis super alios a tribus inde saeculis coacervatis iam eo perventum est ut in hac inani atque fastidiosa earundem rerum repetitione atque errorum cum erroribus complicatione vix iam regamus nos neque manus ipso praeterea titulorum Latinorum ingenti numero impeditas satis expediamus. Quod si titulo aliquo utendum est, inde fere incipimus ut investigemus qui ediderint, quis a quo acceperit, quod exemplum optimum sit, quae sit varia lectio; scimusque omnes quot horas integrosque dies perdiderimus in putido hoc negotio et quam saepe diligentissimi quique, si quid quaerentem talia forte fugit, in gravissimos errores inciderint. Neque aliam ob causam magis expetitur absoluta Latinarum inscriptionum sylloge, quam ut eius ope a Sisypheo isto labore liberemur. Quare etsi bene meretur de arte nostra, qui exempla a se accurate descripta profert, tamen multo magis proficimus parte aliqua integra retractata, quod docuit nuper illustri exemplo Furlanetti Tui praeclara sylloge Patavina. Item non tam novis titulis opus est quam editorum recto et facili usu. Est quidem iucundum ante non edita primum in lucem proferre et, ut eiusmodi dona Fortunae magis sint quam eorum qui edunt, tamen libenter utimur Fortunae beneficio; neque invidiosum est iustum et simplex rei novae repertae gaudium, modo non degeneret in insanam illam ineditorum appetentiam propriam hominum illiberalium et profectam plerumque ex tacito quodam sensu non curaturum nostra quemquam nisi propter inedita iis inserta. Qui furor quas rixas generaverit, quot monumenta diu celaverit vel plane suppresserit, quantopere a rebus necessariis et longe utilioribus hominum doctorum oculos averterit, dici vix potest. Itaque neque ineditas inscriptiones in quas incideram eruditis solas adnumerare placuit neque, quod licet reliquis artem nostram non professis, ut quam minimo incommodo suo quae repererunt probe et propere cum viris doctis communicent, mihi qui epigraphiae nomen dedissem licere existimavi, sed partem, quam tractandam susceperam, ad artis leges exigere atque adornare mecum constitui atque plenam harum regionum syllogen parare, cui mea et priorum exempla pariter inservirent.

In disponendis titulis primum falsos a veris secrevi, deinde ad ordinem locorum quibus attribuuntur utrosque disposui. Probabuntur quidem aliis aliae divisiones quique rebus sacris studet, deorum titulos flagitabit coniunctos, qui rem publicam populi Romani illustrat, publica epigrammata divelli aegre feret, et sic deinceps; neque facile quisquam intelliget ut pluvias caelumve serenum ita inscriptionum syllogen non sibi soli fieri. Cum in tanta argumenti varietate omnino fieri nequeat ut ea, quae componi et possunt et debent, in ipsa editione coniungantur, mihi semper religiosum visum est recedere ab ordine, quem rerum natura demonstravit et quodammodo indigitavit, atque propter arbitrarii cuiusdam ordinis commoda deserere eum, quo olim suis quique locis tituli propositi fuerunt. Imo si fieri posset, ita eos digessissem ut aedificii cuiusvis atque vici titulos coniunctos exhiberem et quasi oppidum perlustrans inscriptiones singillatim recitarem; quod in Pompeianis factum est. Qua coniunctione titulorum ab eiusdem oppidi civibus publico vel privato consilio proscriptorum et domestica quadam societate inter se iunctorum multa et magna commoda adsecutus sum. Primum qui inquirit in oppidi cuiusdam leges et condicionem, habet inscriptiones ibi repertas et publicas et privatas uno obtutu comprehensas intelligetque inde, quae ibi fuerit rerum publicarum condicio, quam frequens fuerit oppidum,

quaenam gentes ibi floruerint; quae omnia nullis indicibus compensari potuissent. Deinde varia diversorum auctorum eiusdem lapidis exempla, quae relicto ordine municipali difficillime agnoscuntur et expunguntur, ad idem caput redacta facile ut in numero non ita amplo deprehenduntur. Quod si in hac sylloge longe rarius reperientur tituli geminati quam in praecedentibus, quod non sine causa sperare me in indicibus conficiendis perspexi, id vel maxime debetur huiusmodi operis divisioni; quamquam hoc genus errorum in lapidibus diversis locis attributis vel loco ab auctoribus motis ne sic quidem prorsus evitari potuit. Item cum plerique auctores, quibus inscriptiones Neapolitanae debentur, non variis locis collectas sed suae quisque civitatis inscriptiones prodiderit, hoc ordine retento de singulorum fide et auctoritate longe certius iudicium ferri poterit, quam qualiscunque alius permittit. Paucorum hominum exterorum qui in itineribus regni lapides descripserunt (ipsum enim genus hominum Neapolitanum parum peregrinatorium est) Kiriaci Smetii Stephanonii Hoarii auctoritatem recte aestimare facile perdiscimus; at si vel in hac sylloge, quae tamen vix decimam partem Latinarum inscriptionum continet, classes Gruterianis similes instituissem, neque editor neque lector certa ratione discrevisset auctores peritos ab indoctis, simplices a fucatis, certos ab incertis, fidos a falsariis; quod nunc et feci diligenter et si qua erravi, ea ex quibus iudicandum est de singulis ita exhibentur coniuncta, ut errores a diligenti homine et intelligi possint et demonstrari. Denique in hac suppellectile litteraria, quae quotidie augetur hominum innumerorum doctorum indoctorumque opera et studio, ita corpora instituenda sunt, ut ab iis etiam, qui epigraphicam non professi patrias antiquitates investigant, quam minimo negotio et augeantur et emendentur, quod fieri non potest inscriptionibus secundum diversitatem argumenti in classes digestis. Quae res plus quam credas studiis nostris offecit; lapides enim olim descripti et in thesauros relati cum quasi fluctibus submersi et posteriores collectores non raro et provinciales scriptores plerosque laterent, inde vel maxime orta est fastidiosa illa et cum gravi scientiae damno coniuncta eorundem titulorum ut ineditorum iterata editio.

Fundamentum divisionis posui regiones Italiae quae fuerunt aetate postrema, partibus Italiae iam et ipsis in provinciarum formam redactis, sub consularibus correctoribus praesidibusve. Quarum regionum quinque integrae Bruttii, Lucania, Calabria, Apulia, Samnium, trium Campaniae, Valeriae, Piceni suburbicarii partes finibus regni Neapolitani comprehensae constituunt libri partes primas octo. In regionum finibus discribendis quoad potui secutus sum praesidum lapides; quibus certissimis ducibus destitutus oppida in confiniis sita cui regioni adscriberem saepe haesitavi, vellemque nunc quidem librum coloniarum pressius secutus essem, quo auctore Buxentum non Lucaniae tribuendum fuit, sed Bruttiis, Compsa non Lucaniae, sed Apuliae, Gnatia, Neapolis Apula, Barium, Caelium, Rubi non Apuliae, sed Calabriae. Regiones rursus divisae sunt in territoria coloniarum et municipiorum et praefecturarum; quorum fines cum rarissime accurate traditos acceperimus, in titulis agri non suburbani si qua indicia deprehendi propria oppidi vicini, qualia suppeditaverunt interdum tribus vel magistratus, haec secutus sum; in re incerta titulos locis intermediis repertos, maxime vulgares sepulcrales, rebus publicis non suis attribuere minus reformidavi quam proprio capiti eos adsignare, nisi ubi pagum satis frequentem et ab oppidi specie non alienum lapides videbantur indicare, ut Mesagnini Calabrorum, Trasaccani Marsorum, Interpromini Paelignorum. Praeterea quae loca singulis capitibus comprehenderim, praefationes indicabunt. Longe implicatior res est, ubi propter certas quasdam causas duorum pluriumve oppidorum tituli ita confusi sunt, ut certa ratione separari non queant. Ita Caudii, sine territorio oppidi, quod agro Beneventano circumdabatur, inscriptiones maxima ex parte latent inter Beneventanas; ita Lupienses et Rudinae, Albenses et Anxatinae nisi ex argumento discerni non possunt; ita in Aprutinis, ubi incolae habitabant in pagis et vicis innumeris, titulos per totum agrum dispersos difficillime ad suas sedes revocamus. In viciniis praesertim urbium hodie florentium, quae undequaque ad se traxerunt et continuo trahunt scriptos et non scriptos lapides, incredibiliter confusi sunt tituli, ut Neapolitani cum Cumanis et Puteolanis aliarumque vicinarum civitatium, ut Campani cum Calenis et Suessulanis et Foropopiliensibus. Oppidorum hodie penitus eversorum lapides reperiri solent tanquam quodam turbine disiecti, ut Calium, Fori Popilii, Interamnae Lirinatis, quorum vix ullus hodie extat loco antiquo. Denique qui lapides collegerunt etsi multis nominibus bene de nobis meruerunt, tamen originem titulorum saepe obscuraverunt; complures enim tituli museorum Caracciolani, Danielani, Borbonici quo loco primum prodierint, hodie ignoratur. Hasce difficultates nequaquam superari posse cum intelligerem, prout potui inde me expedivi. Agri Neapolitani inscriptiones publicas sacrasque, quae cum aliqua probabilitate certo oppido attribui

viderentur, sub his titulis exhibui, militares et classiarias cum re municipali nulla ratione coniunctas separatim collocavi, reliquas sequi iussi sub titulo agri Neapolitani incertarum. Similiter agri Aquilani incertas composui. Plerumque ita rem expedivi, ut minoribus civitatibus quas earum esse liquebat inscriptiones adscriberem, reliquis omnibus retentis sub primarii oppidi titulo; ita exempli causa quin inter Campanas meas adhuc lateant Calenae complures, Interamnates aliquot in Casinatibus, non dubito. Exiguorum oppidorum, eorum praesertim, quorum non supersunt nisi parum certa monumenta, titulos cum maiore oppido vicino contribuere saepe commodum visum est; ita Castronovani in Interamnatibus Praetuttianis quaerendi sunt, Trebulani Campani in Cubulterinis, Arpani in Lucerinis, Anxatini in Albensibus. Omnino in hac quam institui divisione ut pleraque certa sunt et indubitata, ita alia ex necessitate magis descripta, quam ex certa rerum notitia, eaque cautione, quae in lapidibus certa loci indicatione carentibus ad suas sedes revocandis necessaria magis quam usitata est, ne quis propter meam distributionem supersedeat, magnopere hortor.

In singulis oppidis incipere solent sacrae, sequuntur publicae cum militaribus, deinde municipales et collegiorum, quibus subnectitur privatarum turba, denique si quae christianae inveniuntur; singulis classibus plerumque ad ordinem litterarum digestis. Elegi hunc ordinem magis ut aliquo certe ordine uterer, quam propter eiusmodi compositionis utilitatem; quare praesertim in partibus brevioribus non necessarium visum est hanc legem anxia severitate tueri.

Partes octo chorographice descriptas excipiunt duae alia ratione ordinatae, altera complexa viarum publicarum titulos, altera suppellectilis domesticae inscriptiones; quae cur a communi lege exemerim, et per se facile patet et dictum est in partium nonae et decimae praefationibus. Appendix sive pars undecima comprehendit titulos, quos cum regni Neapolitani esse constet, tamen accuratius originem eorum explicare non licuit; item qui originis sive incertae sive externae hodie ibi in museo Borbonico maxime servantur.

Falsae ordinem sincerarum imitantur; nisi quod in his propter certas quasdam causas interdum plurium oppidorum titulos coniunxi et in singulis capitibus inscriptiones secundum origines et aetates digessi, ut exempli causa in agro Neapolitano primum falsae Ligorio antiquiores, deinde Ligorianae, Mazzellianae, Pratillianae, denique Gallettianae recenseantur.

Universum ordinem illustrant tabulae peritissimi Kieperti manu delineatae, quibus continentur loci omnes in quibus titulos repertos esse constat (nisi quod paucissimos coniuncta nostra opera frustra quaesivimus), additis antiquis oppidorum nominibus, de quibus ex certis auctoribus, praesertim ex lapidibus constat, et huius partis viarum publicarum populi Romani, qualem in parte nona fuisse demonstravi, accurata designatione. Quo auctario a Kieperto viro amicissimo impetrato melius de lectoribus meruisse mihi videor quam amplis commentariis; accuratae enim chorographiae subsidio, quod est optimum rectae interpretationis instrumentum, carent fere qui in has res inquirunt neque facile id sibi comparant.

Habes de ordine, quem secutus sum. Venio ad leges explicandas, quas mihi imposui in crisi exercenda et lectione constituenda. Quod negotium perficere qui cogitat, inquirat necesse est in ipsa inscriptionum argumenta, hoc est totam rerum Romanarum antiquitatem consideret atque excutiat; saepissime enim ipsum de litterarum apicibus iudicium pendet a comparatione aliorum monumentorum, Tuque ipse recordaris, quot quantaque molienda Tibi non semel fuerint propter unam C. vel P. litterulam. Deinde eiusmodi inceptum quasi ex necessitate hoc secum trahit, ut commentarii addantur; parum enim iuvat verissima quaeque proposuisse nisi vera esse legentes intelligant. At vero ego neque tanto negotio parem me putabam, neque ignorabam vix sperandum esse de iustis commentariis unquam mea opera perpoliendis, desperandum vero omnino de editore eorum inveniendo, neque propter optimae editionis vanam fortasse spem occasionem omittere volui collectionis qualiscunque erat emittendae. Sane quod sibi sumunt doctissimi quique philologi in scriptore edendo, ut si qua occurrunt rerum investigatione explananda, ea in medio relinquant, quae in codicibus repererunt simpliciter repetivisse contenti, idem cur non multo magis liceret editori inscriptionum, quae hoc habent proprium, ut omnes omnium disciplinarum partes attingant et illustrent neque tamen cuiusquam instrumentum ipsae solae suppeditent, quaeque plerumque non perpetuum sermonem, sed brevissimum rerum indicem exhibent. His positis sequebatur meum munus hoc esse, ut tituli a quo et quomodo traderentur legenti constaret, item ut commode legerentur ab iis scilicet qui talia legere didicerunt, neve quis errore facile tollendo retardaretur; neque tamen recte a me postulari ut mendae, quae tolli et possent et deberent, hac mea opera omnes corrigerentur, sed quae altioris indaginis erant neque sine scriptorum lapidumve comparatione facile tolli poterant, ea reservari Tibi aliisque

viris doctis mihique ipsi, si quando posthac studia nostra eo incidissent. Non sine causa ex hoc errorum genere eos quoque, de quibus mihi constabat, non attigi, cum tollerem vulgares plerosque, quos deprehendissem et quomodo emendarentur reperissem; ut exempli causa in fastis Venusinis n. 697, 18 consulem anni u. c. 721 L. Laronium, qui debuit esse Q. (6306, 94), consulto reliqui, L. enim scripsit is a quo omnia fastorum Venusinorum exempla proficiscuntur frater Iucundus. — Similem rationum secutus sum in titulis falsis a veris separandis; in quo difficillimo et invidiosissimo labore vehementer cupio operam meam viris doctis approbare. Summa res eo vertitur, quod non tam inscriptiones singulas in iudicium vocavi, quam singulos auctores. Accurate investigare in singulis titulis quae leguntur num dici possent vel non possent, num quid occurreret fraudis indicium et quomodo rursus ab eiusmodi suspicione eximerentur, hoc si mihi imposuissem, ne alterius quidem septennii labore ad finem unquam pervenissem. Quare aliam viam ingressus singulos auctores examinavi, et si qui sive consulatu Panviniano admisso, quod accidit in Masio Suessano (v. n. 658*), sive lapide, de cuius lectione constat, fraudulenter interpolato, ut Lupulus convictus est (v. n. 199. 717. 7205), sive per alia certissima fraudis indicia falsi criminis convictus est, hunc detrusi ad fures notissimos et dudum conclamatos Ligorium Pratillium eorumque similes nugatores; quaeque his solis testibus circumferebantur, nisi gravissima causa lenius iudicium postulare videbatur, quod factum est rarissime, omnes expuli et inter suspectas amandavi, legem secutus quae in foro obtinet, dolum non praesumi, sed probato dolo totum testem infirmari. Recessi tamen aliquoties ab hac lege communi in antiquissimis collectionibus tractandis, quarum complures, ut Marsa codicis Ambrosiani, Beneventana codicis eiusdem et Rediani syllogae, hoc proprium habent, ut longe maiori certo genuinarum numero immisceant aliquot falsas ludicra plerumque fraude et vel puero sponte intellecta conceptas. Talia cum certa ratione dignoscere licet, ita expelluntur ut labes ad reliquas non propagetur. Item si qui reperiuntur apud falsarium tituli, qui longe recedunt ab indole eius certa et nota, ut solemus Pratillianos et Ligorianos longo horum usu edocti tum quoque deprehendere, cum sub alio nomine eorum nugae circumferuntur, ita e contrario hos genuinis inserere ausus sum, nunquam tamen nisi monito ut sibi caveat lectore. — Has leges secutus eo me pervenisse ut vere falsas a vere genuinis reapse discreverim, minime contendo; neque unquam Eckhelio, cum Goltzianos nummos ad unum omnes expelleret, in mentem venit nullos in iis latere genuinos atque eximios; hoc puto me assecutum in genuinis nullam inesse, quibus per auctorem diffidas, in suspectis nullam iusto auctore defensam; quare qui iudicium meum impugnabit, ei probandum erit in illis, cur falsae esse debeant, in his, cur verae. Omnino modeste nobis confitendum est in hac quaestione de vera titulorum fucatave antiquitate multum dandum esse testium honestati et oculorum auctoritati. Certe hodie in suspectarum ordine legerentur neque facile vindicem reperissent Pratillii tribunus plebis coloniae Teanensis n. 3998 atque lanternarius eiusdem Campanus n. 3740, nisi ipse meis oculis conspexissem utrumque, legebaturque ibidem re vera titulus Canusinus n. 7205, cui iam Tuo beneficio et accessit iusta Metelli auctoritas et detersae sunt sordes interpolationis Lupolianae. Aliae deinde ex suspectis meis denuo ex lapidibus describentur vel in schedis fide dignis reperientur, quas qui in integrum restituit et a mala nota liberat, idem iure expulsas esse fortasse non negabit. Similiter rationibus allatis etiam demonstrari poterit aliquas ex genuinis meis falsas esse, fortasse etiam non posse non esse veras, quas in suspicionem vocavi. Quamquam hoc probatur difficillime neque nisi casu aliquo singulari, ut tituli Paestanus n. 94, Sinuessanus n. 4025, quamquam a suspectis auctoribus proditi, tamen adserti sunt uxoris et filii titulis postea alibi detectis; plerumque enim genuina a falsario relata aeque inutilia iacent atque quae adhuc latent in terra. Quod si cui alterutrum successerit, gratum fecerit et utile mihi aliisque; sed tamen, si quidem iure postulo de libro meo secundum suas leges iudicium, monstraverit quidem errasse me neque tamen temere errasse. In universum quamquam non facile credet qui octavam quamque inscriptionem a me condemnatam esse viderit, tamen leni iudicio me usum esse neque facile fraudis suspicionem admisisse mihimet ipse conscius sum; neque raro ubi inscriptionem aliquam magnopere suspiciosam a bono ceteroquin auctore proferri vidi, quales sunt exempli causa Gattae complures (v. ad n. 213), Iuvenis una (n. 577), de Vitae aliquot (n. 1375. 1376. 1381. 1384) aliaeque aliis locis, neque auctorem vehementer insimulavi (facile enim in maiorem praesertim collectionem ex variis fontibus ductam aliqua labes se insinuat) neque titulos expuli, ne praetervidérent lectores talia, quae maximum momentum habent ad auctoritatem existimandam, sed suspectum mihi titulum propter argumentum esse adscribere satis habui. Sed execrabilem vulgi mollitiam, qua qui centies et milies deprehensi sunt improbi homines, si quando quaedam proferunt non aperte falsa, excusantur quodammodo et ad

testimonium admittuntur, procul habendam esse decrevi maluique ab iniqua et debili plebe vituperari quam ab acri et severo iudice contemni. Si quis suscepturus est verum patrocinium eorum alicuius, quos in falsariorum numerum redegi, hoc scito non sufficere aliquot titulos ab eo prolatos veros esse posse, sed quicunque ab eo proficiscuntur sinceros esse posse sibi esse demonstrandum. Denique ne quis erret, qui primus edit titulum falsum non laudato auctore, aut ipse auctor est aut loco auctoris quem ignorare nos voluit merito habetur, ideoque criminis eius et rationem nobis et poenas dabit. Neque tamen iudicium de inscriptionum veritate convertere placet in iudicium de hominis probitate, tantumque abest ut quos in falsariorum numero posuerim, eos omnes improbi doli accusem, ut complures eorum homines honestos fuisse callide deceptos non levibus indiciis deprehendisse mihi videar. — Haec dicta sunto de eo genere falsorum titulorum, quos tanquam e lapidibus sibi descriptos auctores ediderunt; nam quos ipsis lapidibus incidendos nebulones quidam curaverunt, eorum et numerus exiguus est et originis vestigia peritorum oculi plerumque facile agnoscunt.

Recensendi leges has secutus sum in ipso opere; nam in appendice externae vel incertae originis paullo aliam viam tenui, ut ibi in exordio dictum est.

Primum quo loco extet extiteritve inscriptio accurate notavi; quae indicationes, scriptae praesertim iis qui archetypa investigant, saepe dedi vulgari idiomate. Vertendo enim specie elegantiores, re inutiliores redduntur et displicet omnino illa nominum locorumque nostrorum Latinitatis qualicunque colore obumbrandorum consuetudo, quasi nostri nos sermonis puderet.

Composui deinde quae praesto erant tituli exempla atque ubi necessarium fuit, verum auctorem investigare coepi. Exempla enim quae circumferuntur a quonam auctore proficiscantur eo saepius ignoratur, quod scriptores Neapolitani plerique et antiquiores fere omnes unde sua habeant non adscribunt itaque non solum turpissimum celati beneficii flagitium committunt, sed etiam quid agant nesciunt; si quis enim incidit in dubiae fidei schedas, quod saepe fit, easque expilat tacito nomine auctoris, posteris non immerito plectitur pro alienis peccatis; contra qui sedulo fontes adscribunt, ut exempli causa diligentissimus Cayro Ligorium adhibuit et laudavit, iis ne mali quidem auctores nocent. Neque alia res magis infamavit libros Neapolitanos, quam quod paucorum fraudulentorum hominum et maxime Pratillii nugae apud posteriores scriptores Pratillii nomine omisso perpetuo redeunt et lectores Pratillii immemores culpam unius cum multis innocentibus sed incautis scriptoribus communicaverunt. Apud exteros in Neapolitanis titulis adhuc veri auctores eo minus noti sunt, quod regni inscriptiones ad illos pervenerunt non tam ex oppidorum annalibus, quam ex scriptoribus quibusdam secundariis, qui civitatium commentarios bonos malos certos incertos sine discrimine expilaverunt; inter quos libros primum locum obtinent Romanellii tria amplissima et pessima volumina. Ita exempli causa Orellius, qui ut erat homo minime ineptus, si unquam vidisset Lucaniam Antoninii insulsis fraudibus refertam, certe talem auctorem risisset, complures Antoninianas adscivit ex Romanellio, item ex Donatio Pratillianas, quamquam bene norat Pratillium; alia omitto. Eiusmodi errores ne amplius accidant sedulo cavi et quantum fieri potuit (nonnunquam enim difficile dicitur qui titulum repetit num ex libro an ex lapide repetierit) quibus unusquisque titulus auctoribus sustineatur, erui. Qua re haec adsecutus sum, ut permulti errores describentium vel typothetarum socordia inter varias repetitiones titulis illati iustae oblivioni traditi sint, ut de auctorum fide certius iudicium ferri possit, denique ne quis Ligoriana et Pratilliana et similia cuius sint nisi summa sua negligentia deinceps sit ignoraturus. — Satis habui veros auctores citare, hoc est quicunque titulum aut ex lapide aut ex schedis ediderunt sive primi in lucem protulerunt sive post alios. Non notavi eos, qui inscriptionem ante iam editam pro inedita dedissent, quod centies accidit, neque enim necessaria haec animadversio videbatur et satis illiberalis erroris facile excusandi saepe repetita accusatio. Contra editi typi repetitores non laudavi, ne ingenti et inani citationum acervo utiliora obruerentur; nisi quod ab hac lege excepi cum maiora inscriptionum corpora omnia, hoc est Apiani syllogen, Manutii orthographiam, Smetii Gruteri Fabrettii Donii Gudii Muratorii Maffeii Donatii thesauros, Marinii acta Arvalia, tum collectiones aliquot minores propter frequentiorem eorum usum, ut Vitae syllogen Beneventanam, Lupuli iter Venusinum. Orellium quod exclusi compensabit quodammodo index trigesimus quintus, quo mei numeri cum Orellianis componuntur; quales comparationes, si quando plena inscriptionum collectio confecta erit, in singula corpora conscribendas esse apparet. Praeterea subinde maxime in antiquioribus auctoribus, quos typorum editorum repetitores esse mihi constabat tamen adscripsi et omnino malui ponere superflua quam necessaria omittere. Lectores autem si quam inscriptionem laudatam

videbunt ex auctore a me praeterito, hunc hortor ne statim me latuisse credant, sed explorent antea a quo is habuerit; secundariorum enim infinitum numerum consulto reieci. — Auctorum, quos adhibui, nomina et librorum titulos in inscriptionibus referendis plerumque brevissime indicavi; accurate relata haec inveniuntur, si auctor ad totam provinciam pertinet, in partis exordio, si minus, in praefatione capitis cui inscriptio inserta est, adscripto praeterea meo de uniuscuiusque fide et diligentia iudicio. Indicem auctorum huic epistolae subieci, qui et breviter complectitur per partes observata et supplet, quae ibi locum non invenerunt.

Ipsas inscriptiones ut typi accurate imitarentur curavi; ut tamen ab anaglyphis imitandis et litterarum formis aere vel ligno repraesentandis perpetuo abstinerem. Scripturae minutias, ut versuum divisionem ad archetypa institutam, litterarum minorum aut eminentium distinctionem, connexarum imitationem, punctorum et apicum similiumque observationem in exemplis ad has leges exceptis fideliter exhibui; contra in reliquis, maxime antiquis exemplis versuum divisionem arbitrio vel casu institutam interdum monito tamen lectore mutavi atque in punctis et nexibus non eam, quae librariis eius aetatis atque typothetis placuit, rationem secutus sum, sed vulgarem inscriptionum consuetudinem. Expediendae lectionis causa hoc mihi licere putavi, ut verba continuo scripta intervallis interpositis diducerem; quae res per se minima multum facit ad titulos commode legendos. Praepositiones tamen, quae in scriptura antiquiore cohaerere solent cum verbo sequente, non separavi. Typorum genere pinguiore antiquiores titulos describi iussi eos fere, qui Sullana tempora antecedere vel aequare viderentur, ut talia quaerentem facilius adverteret litterarum forma diversa; quamquam dum opus procedebat paene poenituit huius instituti, quod ad certas regulas exactum non esse aegre fero. Litteras scalpro rasas et quodammodo deletas incertae lectionis indicium esse omnes norunt. Inclinatis maiusculis cum usus sim et in distinguendis iis quae post primam incisionem titulo adiecta sunt, et iis, quae ab antiquiore descriptore observata posterior descriptor amplius non invenit, quid in quoque titulo significent, nota ibi explanabit. Antiquitus erasa in lapide, quae ab aetate consumptis probe distinguantur permultum interest, punctis aut litteris, si quae forte apparebant, aut virgulis, quae lacunam explent, suppositis indicavi (v. e. c. n. 2495); erasa et mox in litura reposita si qua inveniuntur, in notis de ea re monui. Lapide effracto vel scriptura evanida si qua desiderabantur, hiatum varie signavi; punctorum tamen serie in meis exemplis referendis plerumque abstinui, habet enim ea ratio hoc incommodum, quod si forte ante fracturam antecedit punctum distinctivum, hoc a punctis fracturam indicantibus discerni non potest. Supplementa quae addidi, descripta sunt typis minusculis inclinatis, quos noli confundere cum minutis quadratis elementa minori forma in ipso lapide exarata imitantibus. Ubi supplementa inveniuntur neque quidquam in notis monitum est, ibi in exemplo lacunae notam fuisse scito; contra si qua restituta sunt, quae ex continua scriptura tradita excidissent, de ea re in notis dictum est. In tradita lectione si qua non recte excepta videbantur atque coniectura, quae et certa esset et facile legentibus approbaretur, posse emendari — nam desperata et ita confusa, ut nullus ibi locus sit cui tute insistas, cum suis naevis repraesentavisse satis habui — emendationes ipsi titulo inferre non veritus sum, usus ad distinguendas hasce litteras ex coniectura oriundas iisdem typis minusculis inclinatis, quibus supplementa descripsi. Omnino in inscriptionibus referendis nullam litteram aliter ac tradebatur exhibui nisi monito lectore vel potius exhibere nolui — nam huius generis erroribus immunem editionem promittere ineptum est — et curavi, ne lector aut sine causa impediatur lectione perversa aut fallatur coniecturis temere receptis.

Ad crisin quod attinet et variam lectionem referendam, ne tota inutilissimorum errorum farragine repetita inanis et molesta opera mea videretur neve iis solis positis, quae mihi probarentur, fastidiosa nimis et superba, utrumque scopulum quomodo effugerem quaesivi. Nam Kellermanni Tui diligentia, qua quidquid reliqua exempla differunt patienter recenset ad puncta usque et similes epigraphicorum hominum minutas delicias, laudabilis ea quidem visa est vel certe ut in brevi opere ferenda, sed tamen ad eam quam versabam syllogen adhibita et inutilis fuisset et intolerabilis. Contra multis nominibus displicebat vulgaris consuetudo, quae aut nullam aut casu magis quam consilio delectam variam lectionem adiicit. Quare mediam ego viam tenui hanc. Primum in punctis ponendis et versibus distribuendis similibusque rebus exemplorum discrepantiam praetermisi. Item exemplorum ex editis typis repetitorum, sive in thesauris habebantur sive alibi, variam lectionem universam abieci et redii ubique ad veros et primarios auctores. Deinde ut solent philologi codicum a se collatorum lectiones olim aliter enotatas tacite praetermittere, ita in titulis mihi visis lectionis diversitatem nullam retuli, nisi forte aut pleniorem priores viderunt lapidem hodie imminutum,

aut de mea lectione dubitare coeperam aut certe ob causam aliquam aliorum lectionem adnotatione dignam existimabam. In reliquis exemplis lectionis varietatem dedi non selectam, sed integram; nisi quod interdum quaedam plane inutilia monito lectore resecui. Ubi res postulabat et fieri posse videbatur, in exemplorum stirpes atque genera inquisivi atque auctorum nomina ita disposui, ut qui ex eodem primo exemplo penderent lectores perciperent. Quae investigatio quamquam in titulis certae lectionis otiosa est (ut est otiosum primitivo codice reperto recentiorum exemplorum coniunctiones exquirere) et expediri nequit in aliis multis, brevioribus praesertim iisque qui notabilem lectionis varietatem nullam offerunt, tamen non raro et necessaria est, praesertim ubi ex exemplo uno antiquissimo vel duobus reliqua omnia propagata esse videntur, neque recte ab editore reiicitur in lectorem, qui multorum auctorum neque facile parandorum indigesta serie territus, neque earum rerum, a quibus haec quaestio pendet, notitia satis instructus non facile inde se expediet. — Sic igitur rem adornavi, ut titulis a me descriptis variam lectionem nullam adscriberem et sola auctorum qui ante retulissent nomina recenserem, in reliquis titulis lectionis discrepantiam plenam et ordinatam proponerem. Erunt qui propterea me accusent, quasi ipse unus lapidibus recte legendis par mihi videar, ii maxime qui huic negotio se ipsos valde impares esse non ignorant; at Tu quidem scis quam sim alienus ab inepta hac arrogantia, neque Te fugit quae in hoc opere perficiendo mea fuerit condicio. Artem lapidum describendorum didicisse me puto, sed tamen neque doctorum descriptorum quemquam novi quin graviter interdum errarit, neque meliora exempla mea mihi videntur quam aliorum peritorum hominum qui sunt vel fuerunt; nam qui hac nostra demum aetate accuratam doctrinam repertam et exempla quo recentiora eo emendatiora esse opinantur, vehementer ii quidem falluntur. At mihi in hisce titulis Neapolitanis plerumque non cum Smetio res est vel Marinio, sed cum vulgari descriptorum genere, inter quos sunt quidem homines optimi et accurati, ut Sirmondus Pellegrinus Cimaglia Cayro Iorio aliique non pauci, sed tamen artem hanc minime professi, quibus ut errores immerito exprobrantur, imo studium laudatur atque bene collocata industria, ita ipsi non inique ferent si qui epigraphicae nomen dedit sua exempla his eorum anteponit. Docti enim lapidum Neapolitanorum descriptores quot, quaeso, fuerunt? Quae Pighius descripsit in agro Neapolitano, in Casinate et Aquinate Smetius, deinde ex doctissima schola Aquilana quae habemus ab Antinorio Lupacchinio Giovenazzio Aprutina, praeterea Alexander Symmachus Mazochius, Franciscus Daniele, denique hac aetate Avellinius eiusque discipulus Minervinius quae ediderunt, si omnia sumis, pauca sunt; attamen hi soli, si recte memini, ibi extiterunt, qui ex artis legibus lapides describere didicerint. Ubi peritus erraverit, ibi verum vidisse descriptorem minus exercitatum, id quidem et fieri potest et ipse interdum expertus sum; quod ubi accidit, nunquam ab exemplo meo tacite discessi, sed malui aperte confiteri errores commissos quam efficere ut qui legunt dubitare inciperent quid vidissem, quid emendassem. Sed tamen non tam saepe hoc factum esse confido, quin minori dispendio tales mendae sint quam fuisset innumerabilium errorum, quos descriptorum atque typothetarum incuria fudit, plena enumeratio. Quid quod homines male religiosi, qui multi sunt apud nos praesertim, varias lectiones quotquot traditas acceperunt quasi typorum ope civitatis quodam iure donatas suspiciunt et liberam inde optionem sibi permitti autumant; qui cum nesciant fortiter reiicere interpolationis speciosa, ipsa necessitate cogendi sunt. Denique quam recte nuper castigavit vir quidam honestissimus mediocrium hominum ambitionem quae se jactat in perpetua collegarum obiurgatione ab hac sylloge alienam esse volui et vel ideo errores silentio praetermisi, neque facile in quemquam invectus sum nisi si quando fraus aperta vel nimia socordia querelam invito extorsit.

Commentarios cum non adiecissem neque facile quidquam interpretationis causa adnotassem, nisi quod lapidibus certa anni nota instructis annum adscribere commodum visum est, cum ne repetivissem quidem titulos minusculis litteris et nostro more distinctos nisi evidentissima necessitate flagitante, eo minus indices omitti potuerunt, quibus, modo recte instituantur, melius inscriptiones Latinae illustrari videntur posse quam scholiis titulo subiectis. Cogitabam olim, tum cum somniabamus de corpore inscriptionum Latinarum amplissimo conficiendo, indices eius conscribere ita exactos, ut non tantum notabiliora quaedam recenserentur, sed scriptoribus adhibitis, titulis inter se comparatis, totaque re ex ordine digesta indices hi quodammodo commentariorum vices facerent; cuius propositi quasi quoddam specimen esse volui epistolam, quam olim ad Te dedi, si meministi, de apparitoribus magistratuum Romanorum. Sane sic poterunt aliquando proponi fasti imperatorii atque consulares et reliquorum magistratuum et sacerdotiorum maiorum, ipsumque Tuum fastorum consularium immortale opus, si extaret aliqua Latinarum inscriptionum sylloge absoluta, recte ei adderetur pro commentario et indice rei consularis. Similique ratione tum illustrabitur

res municipalis cum singulorum oppidorum tum universa, legionum res gestae muneraque militaria explanabuntur et ut uno verbo dicam, haec aetatis Romanae tabularia omni genere notitiarum refertissima, quae Tu tibi privata opera patefecisti, tum omnibus reserabuntur. Sed ex quo vela contrahere didici et ex rerum speratarum vastitate ad meas angustias redire, omissis insolentibus illis et intemperanti fortasse animo conceptis votis ea exhibere satis habui quae exhibuerunt priores, subinde emendata tamen, ut mea fert opinio, atque aucta; fortasse ita ut illarum cogitationum aliquas reliquias adhuc in intimo animo delitescere sentias, neque tamen quidquam expectes nisi rerum in hac sylloge comprehensarum commodam distributionem. Quid praestiterim, indicum enumeratio ipsis indicibus praefixa satis ostendit; cui pauca tantum restant addenda. In nominibus disponendis recessi in quibusdam a Scaligerana ratione adhuc retenta. Christiana nomina a gentilibus non separavi, sed illa nota praefixa distinxi; contra separavi cognomina a nominibus et proprium indicem cognominum omnium elaboravi, qualem ut ipse saepe desideravi, ita non uni commodum futurum esse confido. Quamquam cognominum a nominibus separatio, sequiori aetate inprimis, cum omnibus aliis civilibus et privatis institutis nominum quoque ratione pessumdata, saepe difficillima est et in multis nullo modo fieri potest, tamen propter apertam rei utilitatem minora incommoda toleravi, neque magnopere hanc separationem officere posse puto quaerenti, cum certo altero utro loco quod quaerit reperiat. Item pluribus nominibus et cognominibus qui utuntur, ita retuli ut suo quodque loco et nomina et cognomina singula collocarentur. In rebus sacris id egi, ut publica populi Romani a municipalibus et privatis distinguerentur. Consules recensui annis adscriptis, qua in re operam meam Tibi probari vel maxime expeto; item sacerdotiis maioribus adscriptos enumeravi, ut facile compararentur cum fastorum sacerdotalium laciniis. In re publica et civili explicanda hoc mihi plerumque necessarium visum est, ut magistratus suis quique regionibus vel civitatibus attribuerentur; haec enim requiri solent quae ad certam provinciam civitatemve pertinent neque nisi summo labore et imperfecte ex indicibus antiquis eruebantur. Auxi igitur solitum regionum oppidorumque indicem adscriptis ad singula capita, quae de rebus publicis administrandis in titulis leguntur, additis praeterea ubi utile videbatur magistratuum nominibus, ut in provinciarum praesidibus et duumviris Pompeianis. Qua in re hoc velim teneas, magistratus municipales quibus civitas non est adscripta exhiberi sub iis titulis, quibus lapides attribui; quamquam enim fines quos posui saepe valde incerti sunt et multis ex causis accidere potuit, ut qui in Beneventano titulo magistratus reperitur, is magistratum gesserit non Beneventi, tamen si meum de rerum publicarum varia condicione iudicium secutus alienorum qui mihi viderentur magistratuum titulos expulissem, et infinitum laborem suscepissem in tanta harum rerum incertitudine, et multo magis quam nunc factum est meo arbitrio indulsissem. Norint igitur qui hoc indice utuntur quae in capite exempli causa Beneventano continentur, legi quidem in titulis Beneventanis, sed an vere ad Beneventum spectent, de ea re sibi esse inquirendum. Similiter in militaribus inscriptionibus curavi ut legionis uniuscuiusque item cohortis alae et similium monumenta quaecunque in hoc corpore extant, coniuncta indicarentur. Indicem eorum quae in re grammatica atque orthographica notabilia viderentur quod non adieci, duabus ex causis potissimum factum est. Nam et doctrinam meam huic negotio imparem esse sentiebam et, cum in his omnia pendeant a tituli aetate et natura diligenter considerata — ut enim tituli bonae aetatis et publici et accurate scripti privati optimi sunt Latini sermonis auctores et codicibus quibuscumque praeferendi, ita vulgaris inscriptionum turba et sermonis puritate et scripturae elegantia codicibus etiam non accurate scriptis inferior infimae plebis loquelam repraesentat — rerum notabiliorum enumeratio nulla interpretatione addita orthographiae incertitudinem fortasse auxisset magis quam dissipasset. — Peccatorum autem in his indicibus faciendis commissorum a Te et si qui alii sunt, qui non tam alienis erroribus deprehensis quam beneficiis in se collatis laetantur, facile spero veniam me esse impetraturum. Opus enim cum attingat, ut aiunt, res omnes et quasdam alias praeterea, et doctrinam requirit, qualem vel sperare ineptum est, et patientiam, qualem mihi naturam non indulsisse facile fero.

Habes, praeclare Borghesi, operis leges a me expositas. Quod si quo tetendi eo perveni, hac sylloge primum hoc effectum est, ut in Neapolitanis inscriptionibus iam liceat abiicere priores editiones omnes, nisi si quae propter interpretationem additam utilitatem adhuc retinent, deinde ut in editorum titulorum lectione emendanda et in edendis, qui Fortunae beneficio posthac accedent, certa atque facilis via omnibus deinceps pateat. Iam qui iter facturus vel patrias antiquitates investigaturus in lapides scriptos inquirere cupit, stabile quo innitatur fundamentum reperiet neque acta

agendo tempus teret; non dudum edita denuo legentibus obtrudet; non describet lapides editos sed conferet exempla cum archetypis, quam rationem et commodiorem esse et longe certiorem non semel Tu mihi auctor fuisti; denique non novum opus inchoandum, sed priorum labores perficiendos sibi esse intelliget. Omnino quae ex absoluta inscriptionum Latinarum sylloge in studia nostra universa beneficia redundatura essent, ea magna ex parte haec sylloge praestare posse videtur quatenus pervenit; cumque plenam illam syllogen publico consilio parandam tamdiu iam speraverimus, ut plerique desperare incipiant, fortasse non ingratum erit partem tanti operis privata opera adornatam vidisse atque sublevari spe fore ut de aliis orbis Romani partibus similium syllogarum paratores deinceps existant. Equidem certe maiorem ex his meis non exiguis laboribus fructum mihimet nullum exopto, quam intra regnum Neapolitanum haec mea opera ut continuatorem et emendatorem reperiat, alibi ut similia incepta privato publicove consilio foveantur.

Tu vero, optime Borghesi, accipe librum qualiscunque est; accipe benigne, patrone mi et magister et amice. Quae erravi quaeque reliqui inchoata et imperfecta ut non alium Te melius intellecturum, ita neminem facilius condonaturum esse confido. Tibi enim nulla cuiusquam invidia animi candorem unquam offuscavit neque verus Tuus patriae amor unquam degeneravit in ineptas sociorum communis operis exterorum inimicitias neque credis, quod multi civium Tuorum opinantur, eruditos Germanos sibi placere solos et alienigenarum labores contemnere. Immo sperni a nobis reapse cum Italos complures scriptores tum Germanos infinitos, suspici autem lumina scientiae ubicunque res antiquas patriamque suam illustrant, Tu multis argumentis intellexisti. Praeterea optime nosti, quam variis et ingentibus difficultatibus contra mihi eundum fuerit in opere, cuius ratio regatur legibus non traditis, sed nunc denuo stabiliendis; Gruteri enim et Scaligeri leges etsi multis nominibus laudandae tamen hodie non amplius sufficiunt. Scis denique quae mea fuerit fortuna in hoc opere parando; plenum et perpolitum opus cogitasse me, quod cum perfici non posset, velut nave fracta tabulas me legisse, non tam quod mea mihi valde placerent, quam quod quae servabam aliis prodesse posse intelligerem. Tandem aliquando quem librum edo, curas non unius generis atque taedium ingens animique anxietatem, qui mihi comites adsidui fuerunt in hac sylloge paranda et edenda, pertinaci animi destinatione eluctatus, eum librum non edo qualem volui sed qualem potui. Ex iis qui haec curant plerosque aut propter animi debilitatem aut propter subitariam rei obiter consideratae notitiam neque quid praestiterim neque quid peccarim recte intellecturos esse cum praevideam, et alios qui amant me aut metuunt male laudaturos, alios fortes homines et fastidiosos vel quos offendit liber auctorve non minus male reprehensuros, ego ut cavillationes has inanes laudesque viliores etiam quodammodo effugiam, ad Te recipio me, Borghesi, qui mihi eris iudex et peritus et iustus et aequus.

Unum restat idque iucundissimum officium, ut publice profitear quam saepe privatim contestatus sum gratam recordationem beneficiorum in me huius libri causa collatorum. Quae a me eduntur, ea si singula inspectas, magna et fortasse maiori ex parte debentur quam plurimis viris litterarum meique studiosis, qui quae repererunt vel excogitaverunt, liberaliter mihi permiserunt edenda. Quare si quid utilitatis ex hac sylloge in communem rem cedet, id non tam mihi acceptum referendum est, quam multorum operae coniunctae. Ipse dum volumen perlustro, cui quasi tabellis quibusdam inscripta sunt notorum amicorumque nomina tantum non omnium, ipsi mihi videntur anni redire, animum subit virorum, quos in itineribus cognovi, patriae amantissimorum candidoque ardore peregrini studia iuvantium iucunda memoria, revertuntur sodalium imagines, quibuscum laetas horas tum exigere solebam, non semel risus ut lapidarius homo et feralis dissignator. Quorum omnium seriem texere si hoc loco instituerem, et actum agerem, cum suo quemque loco iam honorifice nominarim, et ambitiosi potius quam grati hominis officio fungi viderer. Viri docti imprimis qui Neapoli degunt et in provinciis quot quantisque beneficiis me obstrinxerint, singulae paginae testantur; neque quidquam amplius hoc loco dicam, nisi vix bis terve, si recte memini, frustra me rogasse, quam plurimos autem ultro obtulisse quae a me expeti scirent. Duo autem viri fuerunt, quos tanquam operae socios habui alterum in opere inchoando, alterum in perficiendo, Guilielmus Henzen Romae olim coniunctissimus mihi familiaris et Otto Iahn vitae meae carissimus adhuc sodalis, quorum ille excurrentem dimisit, reducem recreavit, denique opus hoc quasi suum esset fovit et auxit, hic edendi taedium mecum sibi commune esse voluit neque unquam destitit labantem retinere et sublevare desperantem.

Scripsi Lipsiae die I m. Martii a. MDCCCLII.

AVCTORES PRAECIPVE ADHIBITI.

Pagina vel inscriptionis numerus adscripti indicant quo loco libri titulus accurate relatus inveniatur.
*nota libros insignivi, qui propter aliquam causam restant excutiendi.

ADINOLFI storia della Cava p. 9.

AEGYPTIUS (Matth.) senatus consultum de Bacchanalibus p. 128.

lettera al Langlet p. 7.

opuscoli p. 128.

Aegyptius inscriptionum Neapolitanarum syllogen instituerat. Praefatio ad opuscula ita ait: „*Raccolse gran numero di medaglie e d'iscrizioni, di cui aveva in animo di fare una edizione, nella quale avrebbe emendate molte del Grutero e Reinesio, e arricchite di moltissime da lui raccolte non ancora pubblicate, come anche fece un indice copioso di Fabretti che si darà separatamente alla luce.*" Syllogen hanc extra Italiam extare credit Tata (lettera sul monte Volture 1778 p. 26: '*molti pretendono che abbia passata i monti*'), sed erravit; autographum enim possedit Michael Arditi praefectus olim musei Neapolitani et citat inde n. CCCVI lapidem Neapolitanum qui aliunde non est notus, apud nos est n. 2632; n. CCCLXXX lapidem Lavellinum n. 718; n. DVI.DVII lapides Montesarchianos n. 1855. 1856. At infelici casu schedae Arditii aut perierunt aut si extant delitescunt in ultimo Iapygiae angulo, unde oriundus fuit Arditi; inter quas qui Aegyptianam syllogen investigaverit, magnopere iuvabit epigraphicam Neapolitanam, quae ea re vel praecipue laborat quod optimae quaeque syllogae, ut Gualteri, Aegyptii, Mazochii, ab iniqua sorte nobis invidentur. Ex hac sylloge praeter pauca, quae sub ipsius nomine prodierunt in libris supra nominatis, restant quaedam ex parte Venusina deprompta (v. p. 39), plura ex sylloge Neapolitanorum et Campanorum titulorum ad Goetzium primum, deinde ad Richterum delata et a Muratorio Maffeioque edita (v. p. 128. 185); de qua Tata cogitasse potest. Denique in Halensi codice (v. p. 129) extat folium scriptum manu Aegyptii continens inscriptionem Baianam, titulum Graecum Damaeneti, lapides Neapolitanos tres Sanctoriorum, denique senatusconsultum de Bacchanalibus servatum eo tempore penes principem Triolium Neapoli; pars est epistolae ad Goetzium scriptae, quae edita legitur in opusculis. Ibidem extant duae inscriptiones n. 1906. 3341 eodem plane exemplo editae a Fabrettio 756, 17. 18, quas scriptor a Matthaeo Aegyptio accepit.

ALBERTI descr. d' Italia p. 215.

ALBI-ROSA l'osservatore degli Alburni p. 15.

ALLEGRANZA opuscoli p. 327.

ALVINO Anfiteatro Campano p. 186.

AMADUTIUS (Io. Christoph.) Anecdota litteraria ex mss. codicibus eruta. Rom. 1773 (1. 2.) 1774 (3.) 1783 (4.) vol. 1—4. 8. — Paucissimos titulos Neapolitanos continet, quos quaere in Aprutinis et Beneventanis. Eosdem et paucos alios (cf. p. 238. 302) reperi in schedis eius, quas servat bibliotheca publica Savignani prope Ariminum.

*AMBROSIANAE schedae saec. XVI a Muratorio adhibitae. V. praesertim p. 72. 128. 306.

AMBROSINIO del cim. di Nola p. 101.

ANALISI ragionata de' libri nuovi Nap. 8; prodiit a 1792 Ian. ad 1793 Sept. et fortasse ultra; defuerunt fasciculi 1793 Apr. Mai.

GIORNALE LETTERARIO di Napoli per servir di continuazione all' Analisi ragionata de' libri nuovi, incipit a fasciculo inscripto adhuc Analisi ragionata m. Iul. 1793; sequitur Giorn. lett. inde ab Aug. 1793 ad Ian. 1799 vol. I—CXIV. Defuit vol. CXII (1798 Dec. 1).

EFFEMERIDI ENCICLOPEDICHE per servir di continuazione all' Analisi ragionata de' libri nuovi. Prodiit a 1794 Ian. ad 1796 Dec. et fortasse ultra. Defuerunt 1794 Mart., 1795 Mai.

ANASTASIUS (LVD. AGN.) anim. in Milantem p. 108.

ANASTASIUS (PHIL.) Surrent. antiqu. p. 108.

D'ANCORA guida di Pozzuoli p. 129.

D'ANNA Avella illustrata p. 99.

ANNALI dell' Instituto di corrispondenza archeologica. vol. I—XXII (1829—1850).

ANTICHITA DI ERCOLANO p. 123. Octavum volumen proficisci videtur non a Danieli, sed ab Arditio, v. praef. in Epiphaniam Arditii.

ANTICHITA DI POZZUOLI Cume e Baja p. 129.

ANTINORI (ANTON.) sylloge inscr. Aprutinarum ms. p. 306; cf. p. 282. 290.

ANTINORI (ANTON. LUD.) oss. sull' interpr. di una lapida del Martelli p. 304.

ANTONINI (Ioseph. baro S. Blasii) Lucania p. 7; cf. p. 15.

APIANUS et Amantius, inscriptiones sacrosanctae vetustatis. Ingolstadii 1534 fol. — In agro Neapolitano et Campano pendet ex Iucundo, v. p. 128. 185.

ARCARI saggio di Sepino ms. p. 257.

ARDITI la legge Petronia p. 112.

illustrazione di un antico vaso trovato nelle ruine di Locri. Nap. 1791. 4. pp. 76.

la epifania degli dei; ed. quarta. Nap. 1819. 4. pp. 133.

ATTI DELLA ACCADEMIA PONTANIANA vol. I (1832). vol. II (1833).

ATTI DELLA SOCIETA PONTANIANA. Nap. vol. I (1810) vol. II (1812). vol. III (1819).

AVELLINO (Franc. Maria) opuscoli diversi. Nap. 8. T. 1. 1826. pp. 258. T. 2. 1833. pp. 316. T. 3. 1836. pp. 334. — Avellinii auctoritas non indiget meo praeconio; opuscula etsi ad nummos magis quam ad lapides spectant, tamen mihi quoque utilissima fuerunt, praesertim in titulis sacris Pompeianis, quos a Guarinio incredibiliter corruptos primus communi usui restituit. Cf. p. 112.

oss. sopra un' iscr. di Eprio Marcello n. 3601. Habetur in mem. dell' Acc. Ercol. II 363—389.

AVEZZANENSES schedae p. 290.

BACCIUS descr. regni Neap. p. 96.

BAJARDI catalogo degli ant. mon. di Ercolano p. 123.

BAMONTE antich. Pestane p. 8.

BARBERIO diss. del. Tripaldo p. 96.

BARRIUS (Gabr.) antiq. Calabriae p. 1.

BARTOLINI viaggio da Napoli alle forche Caudine ed a Benevento e di ritorno a Caserta ed a Monte Casino. Nap. 1827. 8. pp. 240.

BASILE mem. ist. di Giugliano n. 3543.

BELGRADUS de antiquitatibus Herculanensibus p. 123.

BELLA BONA ragg. di Avellino p. 96.

BELLERMANN die ältesten christl. Begräbnissstätten p. 179.

BIANCHI marmi Cremonensi p. 129.

BIBLIOTECA ANALITICA Napoli 1812—1813. voll. V. — Nuova bibl. an. di scienze lettere ed arti. Nap. 1816—1819 voll. I—XIV.

BISOGNI Hipponis hist. p. 1.

BOISSARDUS in antiquitatum Romanarum parte IIII sive II tomo inscriptionum et monumentorum quae Romae visuntur (Francof. 1598. fol.) paucissima dedit Neapolitana eaque descripta ex Apiano. — De schedis eius plenis Ligorianis v. p. 128.

BONUCCI Pompei descritta p. 112.

BORGHESI sopra un' iscr. del console L. Burbuleio Optato Ligariano serbata nel museo reale. Nap. 1838. 8. pp. 77.

BROCCOLI Teano Sidicino p. 208.

BULIFON marmo di Pozzuoli n. 2486.

BULLETTINO ARCHEOLOGICO NAPOLETANO ed. da F. M. Avellino. T. I—VI. (1 Nov. 1842—1848.) Napoli 4.

BULLETTINO DELL' INSTITUTO di corrispondenza archeologica. Rom. 1829—1850. 8.

CAFARO medicina di Casino p. 223.

CALOGERA raccolta d' opuscoli scientifici e filologici. Venezia 1728 sq. nuova raccolta 1755 sq.

CAMARRA de antiquo Teate p. 278.

CAMERA ist. di Amalfi p. 9.

CAPACII Neapolitana hist. p. 128 cf. p. 99. 101. 185. Puteolana hist. p. 128.

CAPASSO (BART.) penisola Sorrentina p. 108.

CAPASSO (GIUS.) del Vico Fenicolense n. 3546.

CAPECELATRO il porto di Miseno n. 2468.

CAPIALBI inscr. Vibonensium specimen p. 1.

CAPOSELE (principe di) antichità Ciceroniane p. 215.

CAPPELLO mem. stor. di Accumoli p. 304.

CARDINALI (Clemente) diplomi imperiali di privilegj accordati ai militari. Velletri 1835. 4. Continet complures titulos Aeclanenses Pompeianos Misenates Larinates aliosque, quos cum ex libris quorum copia mihi fuit descriptos esse intellexissem, etsi auctore plerumque non citato, his citationibus paginas meas implere nolui. Pauci restant Pontecurvani, quos unde habuerit non inveni.

Iscrizioni antiche inedite. Bologna 1819. 4. pp. 102 (ediz. di 50 esemplari). Continet complures titulos Marsos e schedis Rossii, permultos musei Borgiani Veliterni, partim ab ipso auctore ex lapidibus descriptos, partim ex schedis Propagandae; unde mihi utilissimus fuit liber rarissimus in separandis titulis Borgianis, qui Romani sunt, a Neapolitanis veris.

CARDUCCI versione delle deliz. tarentine p. 32.

CASABURI st. di Marcina p. 9.

CASIMIRI epistola ad Corradum ms. p. 27.

CASSIANI A PUTEO schedae Ligorianae p. 128. Hic Caroli Datii causa curavit ut sibi describerentur quae de rebus nauticis conscripserat Ligorius (v. Nicodemo app. alla bibl. Napoletana del Toppi p. 209).

CASSITTII schedae (v. p. 13. 72) continent inscriptiones complures undecunque congestas, partim ex libris editis Pratillii Pacichellii Bamontii aliorumque, alias ab ipso candidissimo viro e lapidibus exceptas, maxime Aeclanenses, alias denique aliunde ignotas et suppeditatas ab auctoribus fallacissimis et valde incertis. V. n. 249*. 250*; quibus addi potest quod in iisdem schedis Horatiana *immortalia ne speres, monet annus et almum quae rapit hora diem* (carm. IV, 7, 7) lecta esse dicuntur Bagnoli in turri horologii.

CASTALDI iscr. della prov. di Bari p. 33. Extant in tertio vol. actorum Herc. (mem. dell' Acc. Erc. III p. 1—45).

la magna Grecia n. 117*.

mem. di Afragola n. 3439.

CASTRUCCI descr. del ducato d'Alvito n. *1001.

CAYRO diss. sopra Fregelli p. 227.

notizie storiche delle città del Lazio vecchio e nuovo. Nap. 1816. 4. vol. I. II.

storia d'Aquino p. 227.

CELANO notizie della città di Napoli p. 128.

CERULLI in Metrobii titulum n. 3528.

CHAUPY (Capmartin de, Abbé) découverte de la maison de campagne d'Horace. Rome 8. T. 1. 2. 1767. T. 3. 1769. — Chorographiam diligenter explanavit et inscriptiones complures neque vulgares descripsit, quamquam quae inde deprompsit non nimis sollicite versibusque continuatis edidit. Schedae eius si perierunt, quod rumore se accepisse perscripsit mihi C. B. Hasius Parisinus, non exiguam in ea re iacturam fecimus; quare quaerant diligenter eruditi Francogalli, maxime Tolosani, apud quos hodie extant lapides litterati a Chaupyo Romae coempti.

CHEVALLEY DE RIVAZ déscr. des eaux minérales d'Ischia p. 181.

CHYTRAEUS (Nathan) variorum in Europa itinerum deliciae. Herbornae 1594. 8. Continet inscriptiones recentes paucissimis antiquis immixtis, falsis plerisque.

CIARLANTII schedae p. 262.

CIMAGLIA antiquitt. Venus. p. 39.

CIRILLO annali dell' Aquila p. 306.

*CITTADINUS (Celsus). Sylloge eius adhibita a Grutero (v. p. 13 al.) adhuc videtur extare Venetiis in bibl. Marciana cl. XIV cod. 116, qui codex scriptus est a. 1609. Denuo ut excutiatur vehementer desidero.

CLARAC Pompei p. 112.

CORCIA (Nicola) storia delle due Sicilie. Napoli 1843 vol. I; vol. II 1845 non vidi nisi p. 1—424. Multum profuit liber auctoribus indicandis; ipse quas profert inscriptiones fere omnes ex libris editis desumpsit.

CORONA (Lud.) not. de Gnatia et Monopoli ms. p. 34.

CORSIGNANI de viris illustribus Marsorum p. 290.

reggia Marsicana p. 290.

synodus Venusina p. 39.

COTUGNO mem. stor. di Venafro p. 243.

S. CRUCIS card. codex p. 227.

CYRIACUS v. Kiriacus.

DANIELE forche Caudine p. 95.

numismatica Capuana p. 186.

DARTHENAY mem. sur la ville souterraine découverte au pied du mont Vesuve p. 123.

DELFICO dell' Interamnia Pretuzia p. 329.

DIONIGI viaggj in alcune città di Lazio p. 234.

DONATUS (Sebast.) ad novum thesaurum vet. inscr. Muratorii supplementum. Luca fol. T. 1. 1765. T. 2. 1775.

DONII (Io. Bapt.) inscriptiones antiquae editae ab A. F. Gorio. Florentiae 1731. Syllogen instituit Donius circa a. 1628.

dell' EDIFIZIO DI POZZUOLI volg detto il tempio di Serapide p. 129.

EFFEMERIDI enciclopediche v. Analisi.

EGIZIO v. Aegyptius.

ESPERTI mem. istor. di Caserta p. 186.

EUMELO Fenicio v. Galdi.

FABRICII (Georgii, Chemnicensis) antiquitatis monumenta insignia ex aere marmoribus membranisve veteribus collecta nunc etiam multis accessionibus auctiora edita cum tumulis vetustis carmine inscriptis. Haec omnia distributa in lib. II. Basileae per Joannem Oporinum (s. a., dedic. 1549) pp. 120. — Auctior est editio haec: Antiquitatum libri II ex aere — collecti Basil. per I. Oporin. (s. a.) pp. 108. — Denique postrema aliquanto auctior prioribus: Antiquitatum libri III ex aere — collecti Basil. typis Oporinianis (1587) pp. 237. — His tribus edd. usus sum; ceterum non multum profeci ex farragine hac undecunque corrasa; ex Apiano praesertim, Mazochio schedisque et libris diversissimis, neque auctorem falsissima quaeque utpote lepidissima selegisse pro eius saeculi indole mirandum est. Paucissima ex lapidibus descripsit, paullo plura ex codicibus inscriptionum, ut Kiriaci (v. Fabricii Roma 1549 p. 205).

DE FALCO (Bened.) antichità di Napoli p. 128.

FEBONIO v. Phoebonius.

FERRARI del cemet. Nolano p. XXIII add. ad p. 101

FILOLOGIA ABRVZZESE p. 281.

FIORE Calabria ill. p. 1.

FIORELLI giornale degli scavi di Pompei p. 112.

FLAMMIA sagg. storico di Fricento p. 66.

FONTEII de prisca Caesiorum gente comm. cum Iulii Iacobonii appendice. Bonon. 1582. fol. Pleraque Iaco-

* * * * *

bonii corrasa sunt ex Apiano Aldo aliisque, habuitque quaedam a Ligorio. Fonteius socio diligentior fuit adhibuitque inter alia Kiriaci codicem servatum apud civem Romanum et interveniente Fulvio Ursino Fonteio commodatum; quem codicem Germanus quidam tempore Pomponii Laeti auxerat (v. p. 232. 181).

FRANCHI Avellino illustrata p. 96.

FUSCO dichiarazione di alcune iscr. pert. alle catacombe di S. Gennaro p. 129.
di alcune iscr. di Puzzuoli e sue vicinanze. Nap., G. Nobili 1851. 4. p. XXI.

GALANTI descr. del contado di Molise p. 257.

GALDI (conte, *inter Arcades* Eumelo Fenicio) sull' antichità di Pianura uno de' XXVII casali della città di Napoli. Napoli 1795. pp. XXVIII et XII.

GARRUCCI antiq. Salern. p. 9.
antichità dei Liguri Bebiani 1354 n.
monumenta Ligurum 1354 n.
storia d' Isernia p. 262.
opere archeologiche vol. I. Nap. 1848. pp. 263.
intorno ad alcune iscrizioni antiche di Salerno. Napoli 1851. 8. pp. 35.

GATTA (Const.), Lucania p. 7. 15.

GATTOLA ad hist. abb. Casin. accessiones p. 223.

GELL Pompeiana p. 112.

GENTILE quadro di Penne p. 327.

GEORGIUS (Dom.) not. ad Baron. p. 72.

GERHARD (Ed.) archäologische Zeitung. Jahrg. I—IV. Berlin 1843—1846. — Neue Folge. Jahrg. V—VI. 1847. 1848. — Denkmäler und Forschungen. Jahrg. VII—IX. 1849—1851. 4.

GERVASIO (Agostino) osservazioni storico-critiche intorno ad una iscrizione Puteolana. Nap. 1832. 4. pp. 43. (mem. dell' Acc. Ercol. vol. III).
sopra una iscrizione Sipontina. Nap. 1837. 4. pp. 58.
intorno a due iscrizioni Messinesi. Nap. 1840. 4. pp. 40.
oss. intorno alcune antiche iscr. che sono o furono già in Napoli. Napoli 1842. 4. pp. 75 (mem. dell' Acc. Erc. vol. V).
oss. sulla iscr. di Mavorzio Lolliano in Pozzuoli. Nap. 1846. 4. pp. 55.

GESUALDO oss. sull' Appia del Pratilli p. 215.

GILIBERTI patria di Ocello Lucano n. 79*.

GIORDANO (Fabio) historia Neapolitana ms. p. 122. 128.

GIOVENAZZI della città di Aveia p. 318.
T. Livii fragm. n. 7201.

GIORNALE ENCICLOPEDICO DI NAPOLI, prodiit a m. Ian. a. 1785 ad Febr. 1786; adhibiti sunt fasciculi omnes excepto Oct. 1785.

GIORNALE ENCICLOPEDICO DI NAPOLI, prodiit ab a. 1806/7 ad a. 1821. Defuerunt mihi priorum annorum I—VI fasciculi aliquot.

GIORNALE LETTERARIO DI NAPOLI *v.* Analisi ragionata.

GIUSTINIANI (Lorenzo) dizionario geografico-ragionato del regno di Napoli. Nap. 1797—1805. 10 voll. 8.
mem. sullo scovrimento di un antico sepolcreto Greco-Rom. p. 129.

GORI inscr. Etruriae p. 129.
symbolae litterariae. Dec. I. vol. 1—10. Florent. 1748—1753; Dec. II. vol. 1—10. Romae 1751—1754. 8.

GRANATA ragg. stor. di Sessa p. 210.

GRANATA (Franc.) storia civ. di Capua p. 186.

GRANDE (Gennaro) origine de' cognomi gentilizj nel regno di Napoli. Nap. 1756. 4. pp. 328. V. p. 39.

GRIMALDI annali del regno di Napoli p. 128.

GROSSI i Volsci, indi Lazio nuovo p. 234.

GRUTERI inscriptiones antiquae. Heidelbergae 1603. (ed. 2. Amstelaedami 1707.)

*GUADAGNI Nola sacra p. 101.

GUALTERUS (Georg.) tab. ant. Siciliae et Bruttiorum p. 1. Beneventana ms. p. 72.

GUARINI (Raim. † 1852 fere octogenarius). Duabus rebus bene meritus est, diligenter colligendis titulis Aeclanensibus ubi natales habuit (v. p. 56), et statim edendis per multum tempus quae intra regnum reperirentur et ex amicorum litteris subinde innotescerent; quamquam hoc negotio negligentissime functus est gliscente cum annis socordia fuitque non fide quidem, sed crisi et iudicio destitutus atque litigator acerrimus. Libellos eius puto me omnes vidisse praeter hunc quo carui invitus.
*alcuni tegoli spiegati del Museo Borbonico.
Sunt autem hi:
ricerche sull' antica città di Eclano. Seconda ediz. Napoli 1814. 4. pp. 184. — Ed. 1 non vidi.
appendice alla sec. ediz. delle ricerche ec. Nap. 1815. 4. pp. 38.
continuazione delle ricerche sull' antica città di Eclano. Nap. (1816). pp. 18.
osservazioni sopra di alcuni nuovi mon. eclanesi, lette alla società 5 Genn. 1817. 4. pp. 26. (scriptio inserta vol. III actorum societatis Pontanianae.)
continuazione delle osservazioni sulle cose eclanesi, lette 11. Febbr. 1821. 4. pp. 16.
novelli monumenti eclanesi Nap. 1824. pp. 36.
spicilegio eclanese del 1824. Nap. 1826. 4. pp. 22.
illustrazione dell' antica campagna Taurasina Nap. 1820. 4. pp. 120.
riflessioni sull' oggetto delle ricerche ec. del Canonico della Vecchia. Nap. 1823. 4. pp. 20.
in veterum monumenta nonnulla commentaria. (I—V.) Neap. 1820. 8. pp. 178.
in comm. suum V. excursus criticus. Neap. 1841. pp. 48.
in sacra Pompeiorum nonnulla, comm. VI. 1823. pp. 49.
in sacra Pompeiorum auctarium, comm. VII. 1825. pp. 45.
in sacra nonnulla Pompeiorum commentaria duo ed. 2. In sacra nonnulla Pompeiorum comm. VI. pp. 96; de ministr. Fortunae Augustae comm. VII. pp. 43. 1830.
Usus sum utraque editione, citare soleo secundam.
in selecta quaedam veterum monumenta suppetiae, comm. VIII. 1825 pp. 99.
in Britannorum titulos aliquot nuper effossos itemque Oscos Pompeiorum nonnullos comm. IX. 1826. pp. 46.
collectanea nonnulla, comm. IX ed. 2. 1840. pp. 46.
Usus sum utraque editione.
in formulas iuridicas nonnullas vet. sepulcr. comm. X. 1828. pp. 53.
in Osca epigrammata nonnulla comm. XI. 1830. pp. 42.
excursus epigraphicus liber, comm. XII. 1830. pp. 91.
excursus alter epigraphicus liber, comm. XIII. 1831. pp. 66 et 56.
satura non satura, comm. XIV. 1834. pp. 66.
excursus III epigraphicus liber, comm. XV. 1833. pp. 64.
excursus IIII epigraphicus liber, comm. XVI., pag. contin. p. 65—96. Sequitur 'Lithopolemos seu historiola abortus commentariorum in monumenta literata Musei Borbonici.' p. 97—130. (prodiit etiam separatim Panormi 1824. 8. p. 25).
comm. XVII. tituli nonnulli Allifani in primis, Calatini, Saepinates. ed. 2. 1840. pp. 46.
Primam ed. (Velitris 1839) non vidi.
schediasmata varia epigraphica, comm. XIIX. 1843. pp. 54.
miscellanea archaeologica Italo-Latina, comm. XIX. 1845. pp. 54.
nupera quaedam Osca cum auctar. in marm. Anxan. comm. XX. 1841. pp. 38.
riposta all' opusculo col titolo di osservazioni sopra un libro intitolato in sacra nonnulla Pompeiorum. Nap. 1832. 8. pp. 32.
fasti duumvirali di Pompei. Nap. 1837. 8. pp. 247.
fasti duumvirali ed annali della città di Pompei. Nap. 1842. 8. pp. 202. Adiecta sunt: alcune nuove iscrizioni dell' autore. pp. 11.
continuazione de' fasti duumvirali di Pompei. Nap. 1844. 8. pp. 48.
Fastos hos qui dicuntur examinavi diligenter, omniaque inveni corrasa e libris editis Rosinii, Avellinii, Iorii, Arditii, editorum musei Borbonici et solita auctoris socordia descripta. Tituli haud pauci sepulcrales, quos Pompeianis addere voluit, excripti sunt in museo Borbonico neque nisi coniectura mera interdum falsa, saepissime temeraria Pompeiis attributi. Citavi tamen librum ubicunque; apud nostrates enim multi eo usi sunt purioribus fontibus destituti. Usus sum praecipue ed. 1. paulo minus corrupta; ex secunda non citavi nisi quae in ea accesserunt. — Cf. p. 112.
valore della cifra *sex* in un marmo di Pompei. Napoli 1836. 8. pp. 55 (al. 53).
varii monumenti con critiche osservazioni. Nap. 1835. 8. pp. 64.
alcuni suggelli antichi. Nap. 1834. 8. pp. 100.
appendice ai suggelli (s. t.) pp. 20.
in cippum Osco-Abellanum divinatio. Neap. 1839. 8. pp. 88.
in epigrammata quaedam Osca, exerc. habita a. d. VI Id. Mart. 1840. 4. pp. 19.
lexici Osco-Latini stamina quaedam. Neap. 1842. 8. pp. 86.
in tabularum Eugubinarum fragm. Etr. Neap. 1845. 8. pp. 111.
in tabulas reliquas Eugubinas. Neap. 1845. 8. pp. 54.
de' consoli voluti municipali. Nap. 1837. 8. pp. 42. (antea 40); addita est risposta alle osservazioni di Vincenzio de Ritis pp. 41—51.
illustrazione apologetica del marmo Puteolano a colonia deducta. Napoli 1824. 8. pp. 114. scioglimento di alcune nuove difficoltà proposte contro il marmo Puteolano e illustrazioni di alcuni monum. di Pompei. Napoli 1825. 8. pp. 115—182. p. 1—44.
alcuni spigolati archeologici. Napoli 1842. 8. pp. 44.
dichiarazione di un cippo letterario dell' antico Casino. Nap. 1844. 8. pp. 19.
iter vagum anni 1846. Neap. 1846. 8. pp. 46.
» » mansio I. Neap. 1846. 8. pp. 64.
» » mansio II. Neap. 1847. 8. pp. 48.
prosodiae Latinae fundamenta cum Parnasso lapidario. Neap. 1822. 4. pp. 210.
osservazioni intorno a' triumviri monetali. Nap. 1818. 4. pp. 14.
alcuni monumenti antichi spiegati. (1828.) 4. pp. 40. (reperitur in act. academiae Pontan. vol. I.)
appendice alla precedente memoria. 4. pp. 5. (reperitur ibidem.)
oss. sopra un rotolo eclanese, lette 5. Apr. 1829. 4. pp. 33.
Memorii eclanesi. Nap. 1844. 8. pp. 35.
sopra talune iscrizioni di Baia e di altri dintorni di Napoli (estratto dal Pontano). pp. 7.
ATTANI (Gius. Ant.) monumenti antichi inediti, ovvero notizie sulle antichità e belle arti di Roma. Roma 1784. 1785. 1786. 1787. 1788. 1789. 1805. Paucissima Neapolitana insunt.
mem. enciclopediche sulle antichità e belle arti di Roma. vol. 1—7. Roma. Vol. VI a. 1816 anno sequente, VII anni 1819 prodiit demum 1822.
monumenti Sabini. Romae 1827 32. (ed. 2.) 3 voll. Continet Marsas aliquot.

GUDII antiquae inscriptiones. Leovardiae 1731. fol. Codices Gudii manu scriptos, unde hanc syllogen confecerunt Kool et Hessel, Guelferbyti nunc asservatos (ms. Gud. n. 106 fol. 1—150; n. 197 f. 151—1150. n. 198 p. 1151—1707) diligentius quam fecerunt editores ego excussi. Ligoriana continentur vol. signato n. 198; in reliquis duobus permulta optima reperiuntur, praesertim Capuana in Pellegrinii schedis autographis et Marsa complura Phoebonii inter schedas Holstenianas a Gudio excerptas (v. p. 274. 282. 290 cf. p. 95). Gudius in Italia peregrinabatur a. 1662. Eiusdem epistolae editae a P. Burmanno Ultraiecti 1697. 4. non multum mihi profuerunt.

HADRAVA ragguagli di varii scavi nell' isola di Capri p. 181.

HAGENBUCHII (Io. Gasp.) epistolae epigraphicae. Tiguri 1747. 4. Continent p. 467 paucas inscr. Neapolitanas a Gorio missas.

HALENSIS CODEX *v.* p. 129 *et* Aegyptius.

HOARE (Sir Richard Colt), a classical tour through Italy and Sicily tending to illustrate some districts, which have not been described by Mr. Eustace in his classical tour. London 1819. 2 voll.

HOLSTENII annot. in Cluverium. Romae 1666. Ex uberrima sylloge Holsteniana, unde non nisi pauca citantur in annot. post mortem auctoris editis, plura servaverunt Gudius (q. v.) et schedae Barberinae. Reinesii Holsteniana (p. 128) mere Ligoriana esse constat neque immunia sunt ab his sordibus quae alii ex Holstenianis copiis deprompserunt.

IACOBONIUS v. Fonteius.

IAHN (Otto) specimen epigraphicum. Kil. 1841. 8. Pauca Neap. continet ex Kellermannianis.

IGNARRA de palaestra Neap. p. 129.
de phratriis p. 129.
opuscula p. 129.

DE IORII (Pasqu.) diss. sul sito di Combulteria p. 205.

DE IORIO (Andrea) guida di Pozzuoli p. 129.
guida di Pompei p. 112.
notizie sugli scavi di Ercolano p. 123.
guida per le catacombe p. 179.

KELLERMANN, vigilum Romanorum latercula duo Coelimontana. Romae 1835.
schedae eiusdem nunc Lipsiae apud Ottonem Iahn adservatae in Marsis et Aprutinis praesertim non inutiles fuerunt. Ipse regnum non adiit, quae habuit inde nova subsidia subministraverunt Ambrosch Bonghi Carli Guarini aliique amici.

KIRIACUM de Pizzicollis Anconitanum natum a. 1391 mortuum ante a. 1457 (Tiraboschi — ultor ed. Modena 1776 — T. VI p. 1 p. 135 sq.) adiisse regni Neapolitani provincias constat ex itinerario eius edito a Laur. Mehus (Florent. 1742. 12.) ex codice ms. baronis Ph. Stosch. Narrat ibi p. 23—25 fuisse se Neapoli ibique se vidisse graecum epigramma templi Castoris et Pollucis aliaque egregia vetustatis eaque suis se commentariis adiecisse, praeterea Puteolis Cumis Baiis Literni Tarracinae Beneventi Caietae Suessae moratum peragrataque Sicilia Regium adiisse, iter fecisse per Calabriam (i. e. per Bruttios) et Lucaniam in Apuliam, adiisse Manfredoniam inter dirutam Sipontum et Gargani montis promontorium sitam, Cannas, Barlettam. Quod iter quin factum sit ante a. 1441, quo scriptum est itinerarium (Mehus praef. p. XXXVI), dubitari nequit; sed accuratius etiam annum definire licet, cum in Cyriaci fragm. ed. a Morono p. XXXVII auctor dicat Manfredoniae et Siponti se fuisse a. d. X. K. Jul., Barlettae a. d. VIII K. Jul. a. 1437. Hoc itinere quae more suo epigrammata descripsit Kiriacus, in Kiriaci epistolis codicis Stoschiani legebantur, in quibus cum alios tum Beneventanos titulos reperiri auctor est Mehus p. LVII; at nemo quod optandum fuit epistolas illas edidit et quo loco codex Stoschianus nunc servetur pariter ignoratur. Quarestandum fuisset titulis e codice Stoschiano per Muratorium excerptis (cf. p. 33. 39. 72) nisi felici casu in locum illius codicis successisset

sylloge Michaelis Regiensis, de qua videantur Mehus praef. l. c. p. LVIII et Zaccaria iter litt. p. 85 et Tiraboschi l. c. p. 157. — Michael de Ferrariis, frater ordinis Carmelitarum Regii Lepidi, qui vixit adhuc a. 1481, mortuus est ante a. 1495, confecit inscriptionum syllogen, quam cum ex titulis sibi visis composuit, tum ex collectionibus Felicis Feliciani et Kiriaci Anconitani (Mehus l. c. p. LVIII); quarum Feliciani cum absoluta sit a. 1463 (Tiraboschi p. 158), post hunc annum confectum esse Michaelis librum sequitur. Eius exemplum utendum accepi ex bibliotheca publica Hamburgensi, quae adquisivit inter codd. Wolfianos, inscriptum . *Merenti | scriptorum principi ac unico | lumini et cometae ma|gnique ingenii viro Ludovico Rho|dano Regiensi amicorum splendori Michael tuus Regiensis | salutem. | Regiensium gloria | et patriae decus.* 4. pp. 97. In prima pagina manu eius qui librum scripsit satis recenti legitur: *ex biblioth. Gustavi Schröderi assessoris consistor. et pastoris quondam Gluckstad.* Descriptus videtur e codice Mich. Reg., quem a Gerardo Meermanno utendum accepit P. Burmannus Secundus (Anthol. I epist. ded. p. X); eandem enim huius inscriptionem fuisse patet ex Burmanni verbis neque dissentiunt, quae idem ex Meermanniano cod. profert. Praeterea ipsius Burmanni codex *manu ipsius Cyriaci* (ut ait dominus) *nomine proprio subscripto exaratus* non videtur fuisse nisi aliud exemplum Michaelis Regiensis inscriptione carens et aliquanto vetustius itaque minus corruptum. Cum enim Meermannianus a Burmanno appelletur Burmanniani apographum, non potest non fuisse eadem sylloge, quam optimo iure referri ad Michaelem docuimus, sed non esse Kiriaci commentarios nemo harum rerum gnarus non intelliget. Subscriptio, qua nititur Burmannus, invenitur etiam in cod. Hamburgensi, sed pertinet non ad totam syllogen, sed ad excerpta brevissima ex Gregorio Nazianzeno, quae in Hamb. p. 97 sic inscribuntur: *Ex Gregor. Nazianz. theologo de VII mundi spectaculis Kiriaci Anconitani breviss. in Latinum expositio*; finiunt: *Ego v. praecellentiss. illud Dianae Ephes. templum a Gregor. hac in parte praetermissum esse miror. Kiriacus Anconitanus.* Inde videtur effecisse Burmannus syllogen esse Kiriaci et exemplum eius autographum. — Praeterea exstat Michaelis sylloge Parisiis in Reg. 5998, autographum vero a Zaccaria visum est Regii Lepidi. Quod attinet ad titulos in hanc syllogen receptos, in prioris partis titulis quorum maxima pars ad Galliam Cisalpinam spectat Kiriaci vestigia non reperi; secunda vero videtur compilata ex Feliciani et Kiriaci libris. Graeciae lapides p. 84—86 huius sunt et ad Aquileiensem p. 90 notatum est: *Apud Aquileiam repertum a Kiriaco Anconitano et* [e] *chirographo eius exscriptum.* — Sed nostra maxime interest series quae librum claudit p. 92—97, quam si cum itinerario Kiriaci per regnum Neapolitanum supra relato contuleris, facile intelliges epigrammata a Kiriaco in itinere excepta eodem ordine hic referri. Primum locum obtinet titulus lectus *Terracinae in templo:* ROMAE· ET· AVGVSTO· CAESARI· DIVI· F· COLONIA· ANSVR· A· AEMILIVS· EX· PEC· SVA· FECIT (Grut. 105, 7); quo respiciunt verba itinerarii p. 24: *Tarracinarum marmorea Augusti Caesaris templa vidimus*, sequuntur tituli ad Caietam, ad Castellonem, ad Lirim, Traiecti exscripti singuli, Suessani duo, Neapolitani sedecim, Puteolani tres, Nolanus unus, Puteolanus quartus, Surrentini quattuor, Salernitanus unus, ad Pilosam et Airolam singuli, Beneventani quattuor, Capuani duo, Ausculanus, Sanseverinus, Sipontinus, Canusinus, Reginus singuli. Quae Kiriaci esse et per se patet et eo confirmatur, quod subsequitur in codice excerptum Kiriaci ex Nazianzeno quodque in titulis e schedis Kiriaci Stoschianis evulgatis eadem epigrammata redeunt, in his rarissima quaeque, ut Sipontinum n. 928 et Sanseverinum n. 5196, quae nusquam reperi nisi in Stoschianis Muratorii et in hoc meo codice. — Ceterum etsi maximam partem eorum quae in regno Neapolitano descripsit Kiriacus hic tenere videmur, tamen quaedam ab eo ibi descripta sunt a Michaele praetermissa ut Graeca omnia et Venusina quaedam e Stoschiano codice edita. Unum praeterea reperi epigramma, quod a Kiriaco profectum esse nequit, Neapolitanum n. 2623; ponitur enim in domo Ponsani (*l.* Pontani) eiusque exemplum esse satis constat; unde probabile fit Kiriacana ad Regiensem pervenisse interveniente Ioviano Pontano (1421—1503), quem servavisse et quodammodo restituisse Kiriacanam syllogen probat epistola Pauli Prassicii Pontano aequalis edita ab Arditio (mem. dell' Acc. Erc. III p. 54): »Quid dubitatio hec velit sane nescio. Optimus ille senex Iovianus sancte iurabat nil intentatum remansisse, ut vera Kyriaci elogia a falsis et spuriis vindicaret, que in quibusdam codicibus viro illi doctissimo immerito appingebantur: omnia que in Ioviani codice descripta sunt, genuina ac vetusta censenda certe sunt: Etsi in eorum nonnullis obscura quedam et obsoleta videntur, hoc antiquitati ac pueritie latini sermonis tribuendum. Colotius enim noster vetustissimam inscriptionem nuper misit Rome effossam, ubi solecismos plures et menda quam plurima videre est; quamvis omni falsitatis suspicione careat. Omnem ergo scrupulum ex animo deponendum censeo et hec vetusti evi cimelia securo animo suspicienda facile edico. Vale.« Ceterum de Kiriaci fide non est quod disputem; dudum enim calumniae conticuerunt. Hoc addo, exempla eius etsi versuum ordinem non servent tamen diligentissime exscripta esse, ut quatenus per librarios licuit quae ab eo proficiscuntur satis recte se habeant.

LABUS lettera all' Orti p. 272.

LASENA del ginnasio Napoletano p. 128.

DE LELLIS (Carlo) discorsi delle famiglie nobili del regno di Napoli. Nap. fol. vol. I. 1654. vol. II. 1663. vol. III. 1671. — Cf. n. 7202. 994*.

LEO de Nola p. 101.

DE LEO, Brundisina ms. p. 27.

LETTERS from a young painter p. 123.

LETTIERI storia di Suessola p. 184.

LIBERATORE (GIUS.) opuscoli varj. Navigazione della Pescara. Aquila 1834. 1839. vol. I. II.
ragionamento topografico-istorico-fisico-ietro sul Piano Cinque Miglia Nap. 1789.

LIBERATORE (R.) delle nuove ed antiche terme di Torre Annunziata. Nap. 1835. 8.

LIGORIUS (Pyrrhus, Neapolitanus, d. 23. Nov. 1549 factus *emendator et superstans fortis plateae S. Petri* Romae (Marini Arv. p. 115), a. 1568 Ferrariam vocatus et ducis Alphonsi II antiquarius creatus ibi mortuus est a. 1583 (Tiraboschi VII, 2, p. 226. IX p. 166). Qui cum officinam suam inscriptionum falsarum iam ante a. 1551, quo Roma abiit Smetius, instituisset (unde explicandum est quod ab his inde annis passim Ligoriana vel apud optimos quosque auctores deprehenduntur) maximasque iam cum Panvinii Roma prodibat a. 1558 copias comparasset, tamen amplissimam syllogen, quae triginta quinque voluminibus Augustae Taurinorum modo adservatis comprehenditur, postea elaboravit; nam excerpta Gudiana lustrans hoc deprehendi Manutii orthographiam a. 1566 editam saepe Ligorium ante oculos habuisse. Quare reperiuntur interdum Ligorianarum inscriptionum duae editiones satis diversae, v. e. c. n. 936*.

LISII historia Sorana p. 236.

LOGOTETA (Ioseph. de) tempio di Iside p. 1.

LOMBARDI topogr. della Basilicata p. 7.

LOMBARDIORUM de Luceria commentarii p. 50.

LUCIGNANI in marmor litt. Puteolis effossum p. 129.

LUPULI (Michaelis Archangeli) iter Venusinum vetustis monumentis illustratum. Neapoli 1793. 4. pp. 366.
in mutilam Corfin. inscr. p. 282.
opuscula primae aetatis quae exstant. Accedunt paucula post inde vulgata. Neap. typis sociorum Morelli et de Bonis 1823. 4. pp. 291.

MABILLON et Germain, Museum Italicum. Lutet. Paris. 1687. 4.

MAFFEI tre lettere p. 123.
Museum Veronense. Veron. 1749. fol. — Maffeius complures titulos Pratillianos accepit ediditque; quare cautissime in Neapolitanis utendum est libro praeterea eximio. Quae primum in epistolis, iterum in M. V. edidit, acceptas a marchione Ludovico Pindemonte Veronensi (non ab Arnolfinio, ut errore dixi p. 257), ipse credidit Herculanenses omnes; sed tamen ad Herculaneum non pertinent nisi n. 1—15. Ex n. 16—30 aliae Samniticae sunt prope Ferrazzanum inventae, reliquarum originem indagare non potui itaque eas in parte XI collocavi.

MAI scriptorum veterum nova collectio T. V. Rom 1831. 4. continet syllogen Marinii titulorum Christianae aetatis, inter quos paucissimi sunt Neapolitani.

MALVASIA (comes Carol. Caes.) marmora Felsinea. Bononiae 1690. fol. pp. 665. Usus est schedis Vaticanis et Fabrettianis.
Aelia Laelia Crispa. Bonon. 1683. fol. pp. 196.

MANNELLI Lucania ms. p. 7.

* MANSI sulla vita di S. Modestino p. 96.

MANUTIUS (ALDUS, PAULI F.) orthographiae ratio. Venet. 1561. 8 min. foll. 55. — Prima haec editio orthographiae paucos lapides exhibet eosque ex libris editis, Mazochio Tacuino Panvinio al. petitos. Citavi adiecto anno.
orthographiae ratio collecta ex libris antiquis, grammaticis, etymologia, Graeca consuetudine, nummis veteribus, tabulis aereis, lapidibus amplius MD. Venet. 1566. 8 min. pp. 800. — Adiecta est de veterum notarum explicatione comm. Venet. 1566. 8 min. pp. 167. — Manutius auctores quibus sua accepta refert raro indicavit; nominavit tamen Bongianellum in Puteolanis p. 128, Palermum in Casinatibus p. 223 atque constat de Paleae sylloge Apula Manutio missa p. 33 itemque de Corradina titulorum Calabrorum p. 25. Auctores idonei fuerunt excepto uno qui Manutium decepit in Calabris p. 25.
de quaesitis per epistolam libri III. Venetiis 1576. 8.
in M. T. C. de officiis commentarius; item in dial. de senectute, de amicitia; paradoxa; somnium Scipionis. Venet. 1581. fol. (opp. vol. X.). — Inscriptiones quae hic proferuntur pleraeque ex orthographia repetitae sunt.
scholia in C. Iulium Caesarem. Usus sum repetitione in ed. Iungermanniana Francof. 1606.

MANUTIUS (PAULLUS) in Ciceronis epistolas [ad diversos commentarius. — Usus sum ed. Lips. 1779.

MARANGONI acta S. Victorini p. 306.

MARCHESANI storia del Vasto p. 274.

MARINI atti e monumenti de' fratelli Arvali p. I. II. Roma 1795. Auctor praecipuus in Neapolitanis ei fuit Daniele, v. p. 186.
iscrizioni delle ville e de' palazzi Albani. Roma 1785. 4. — Paucas inscriptiones Neapolitanas, maxime Aprutinas continet.
papiri diplomatici. Roma 1805.
figuline raccolte ed illustrate ms. Usus sum exemplo Kellermanniano, quod descriptum est ex eo quod sibi descripsit atque subinde auxit Borghesius.

MAROCCI Caiatini schedae p. 203.

MARTELLI le antichità de' Sicoli p. 303.

MARTORELLI regia theca calamaria p. 129.

DE' MASI del Pezzo de' marchesi di Città mem. ist. degli Aurunci p. 240.

MASSONIO dell' origine dell' Aquila p. 306.

* MASTROMINICO int. al vico Fenicolense n. 4026.

DE MATTHEIS mem. stor. de' Peligni ms. p. 282.

MAZOCHI in mutilum Campani amphitheatri titulum comm. Neap. 1727. 4. pp. 172. (v. p. 186) — Ed. cum auctoris additionibus Neap. 1797. 4. non vidi.
* in marmoreum Neapolitanae ecclèsiae kalendarium. Neap. 1744—1755. voll. III. 4. — Usus sum hoc libro, sed non ita ut voluissem; Neapoli enim currens perlustravi, Lipsiae non fuerunt ad manus nisi vol. I. pp. 1—280.
diss. de cathedralis eccl. Neap. vicibus. Neap. 1751. 4. pp. 364.
comm. in aeneas tabulas Herculanenses p. I. II. Neap. 1754. fol.
sylloge inscriptionum ms. p. 186.

MAZOIS les ruines de Pompei p. 112.

MAZZELLA (Scip.) sito ed antichità di Pozzuolo p. 128.

MELCHIORI descr. di Cajazzo p. 203.

MEMORIE DELLA REGALE ACCADEMIA ERCOLANESE di archeologia. Nap. 4. vol. I (1822). II (1833). III (1843). V (1846). Quartum nondum prodiit aut certe ad nos nondum pervenit.

MEMORIE DELL' INSTITVTO di corrispondenza archeologica fasc. 1—3.

* MEMORIE di varia erudizione DELLA SOCIETA COLOMBARIA Fiorentina. Firenze 1747. 4. vol. 1. (reliqua volumina non habui). Continet paucos titulos Neapolitanos Gorio missos a Francisco Valletta.

MICHAEL REGIENSIS v. Kiriacus.

MILANTE de Stabiis p. 111.

MILLIN description des tombeaux découverts à Pompeii p. 112.

MINERVINI l' antica lapida Napoletana di Tettia Casta. Nap. 1845. 8. pp. 62.
monumenti antichi inediti posseduti da R. Barone. vol. I. p. 1—76 (plus adhuc non accepimus). Nap. 1850.

MINICUCCI ceppo di Avezzano n. 5630.

MINIERI-RICCIO cenni storici sulla distrutta città di Cuma. Napoli 1846. 4. — Casu factum est ut ad ipsum opus libellum non adhiberem; quare in auctario nova quae inde innotuerunt exhibui.

MOLA peregr. lett. p. 33.
in vet. mon. Barii eff. p. 34. — Cf. p. 27.

DELLA MONACA mem. di Brindisi p. 27.

MONACHETTI mem. ist. di Venafro ms. p. 243.

MONACHI (Mich.) sanctuarium Capuanum p. 185.

DEL MONACO lett. int. a Grumento p. 19.

MORGENSTERN, Reise in Italien. Dorpat u. Leipzig 1813. Vol I. (et unicum). pp. 806.

MORISANI (Ioseph.) inscr. Reginae p. 1.

MORMILE (Ioseph.) descr. della città di Napoli p. 128.

MUENTER Nachrichten von Neapel und Sicilien auf einer Reise 1785 u. 1786 gesammlet. Aus dem Dän. Kopenhagen 1790. 8.

MURATORII novus thesaurus vett. inscriptionum. Mediol. fol. T. 1. 1739. T. 2. 1740. T. 3. 1740. T. 4. 1742. De Como, cui inscriptionum regni Neapolitani colligendarum provinciam mandaverat, v. praesertim p. 129.

DE MURO rec. stor. sopra Atella n. 3540.

MUSEO BORBONICO p. 112.

NARDELLI Monopoli n. 175*.

NICOLINO hist. di Chieti p. 278.

DE NIGRIS Campagna antica e nuova n. 50*.

NOLA-MOLISI cronica di Cotrone p. 1.

NOTARJANNI viaggio per l' Ausonia p. 219.

d. m. | claudiae. pacatae. uIriae | uIx. ann. lx. m. uiiii. et | d. xiiii | ti. claudius. ti. f. oufent | auctus. seuerus | eq. rom. euokatus. iter | aug. filiae. pIissimae | dulcissimae. b. m. posuit | fecit. et. sibi. et. suis. libe|ris. heredib......

Gud. ms. 1287, 3, ed. 233, 1 ex Ligorio.

14* Molpae ad ostia fluviorum Rubicante et Mengardo, quae fuit Buxentum vetus, in vinea al piano del Mengardo.

....xent. in rem | urbic. silu. | iug. lx. adsig. | ddi. s. k .....

Antonini I, 371.

15* apud Guerrierium episcopum Scalae.

d. m. s | ueridius. pernicius. buxent | praetor. fiscalis. iterum | sibi. et. lib. suis | h. m. h. e. n. s.

Antonini I, 407 finxit ut probaret Buxentum post Nervam extitisse, a quo instituti sunt praetores fiscales; quod eius intererat in controversia quadam cum Mazochio.

16* Sapri prope Vibonati, ubi Ant. collocat Vibonem Lucanum.

m | t. palpii. iucundi | uix. an. xi. m. uiii | m. palpius. bassus | et. lartia. mussidiana | parent. moestiss.

Antonini I, 435.

17* Marateae penes doctorem Paulum d'Alitto.

.....lamponio. filio. dulcissimo | q. u. an. ix. m. u. d. xx. | m. lamponius. pater. infelicis|simus. p.

Antonini I, 175. Ficta ut M. Lamponii in bello sociali Lucanorum ducis gens in lapp. quoque reperiretur.

II. VELIA.

18* Asceae prope Pisciottam penes medicum Io. Bapt. Zanfino.

athosteni. aeginensi. sacr. cu...| .....mineruam. per. annos. qua........ | ginta. sancte. coluerit. temp... | ...nis. ornau..| iuxta. aram...| astynomi. uelien....

Antonini I, 302.

19* in vico S. Blasii penes Antoninium.

mineruae. sacrum. | mnesiphilus. charistii| pro. salute. masiae. suri|nae. coniug. et. euphemi. f. | u. s. l. m.

Antonini I, 325.

20* in vico S. Blasii penes Antoninium.

ioui. et. mercurio. reduci | ob. reditum. m. calerii. pacati | m. uebius. m. l. geminus | iix. uoto. p. | c. caecilio. rufo | l. pomponio. flacco | coss.

Mur. 301, 1 a Como et Valletta. d'Orville p. 597 a Valletta. Antonini I, 325. Maffei M. V. 353, 1 (ex eo Donat. 157, 2). Typum do auctoris neque notatu digna est v. l. aliorum.

21* rep. in Veliae ruinis, penes Antoninium.

plisthenes. leophronis. cerycibus | et. pop. praesentipus. *(sic)* ante. porticum | xylolychnuchωn. proserpinae | d.

Antonini I, 303; ed. 2. «xylolychnuchωn»

22* in villa Antonini in vico S. Biase prope Vallo.

t. crispillo. mil. leg. xuii. | uix. a. lx. m. iu. d. xxi. mil. | a. xlii. c. restius. cont. | l. m. p.

Mur. 808, 7 a Valletta; ab eodem d'Orville p. 597; Antonini I, 325; cuius typum exhibeo.

23* in vico S. Blasii penes Antoninium.

d. m. | asperae. carmentali | a. plancinus | maritae. dulcissimae | conqua. uix. men. x.

Mur. 1303, 13 a Como; d'Orville p. 597 a Valletta; Antonini I, 325, quem sequor.

24* in vico S. Blasii penes Antoninium.

diopeithus. cinerarium | uix. uir. b. u. an. lxxx. d. x.

Antonini I, 325.

III. PAESTUM. PETILIA LUCANA.

25* 'Marco Tullio nce (in Pesto) volse havere un suo podere, dove io ce ho visto uno arcotrave de pietra tiburtina dove erano intagliate lettere grandi che dicono *Marcus Tullius Cicero* con certe altre lettere appresso che non me le ricordo.'

Lettieri architectus, qui scripsit a. 1560, apud Giustinianum diz. geogr. T. VI, p. 395.

26* Paesti.

nymphis. numin. serm | sacrum | l. antius l. fil. pa|latina archi|tectus d. d.

Don. tab. VII n. 4. Mur. 86, 7 ex Ligor. et Don. Antonini homo religiosus negat I, 242 hanc se reperire potuisse.

27* Paesti *Mur.*, Romae *Spon.*, s. l. *Reines.*

l. aurelius| marcianus| aug. liber| tus. excep| tor. s. s. | l. m | fortunae | barbatae | sacr

Reines. I, 121 e spicil. Holst. dedit extr. verba; Spon. misc. p. 104 ex schedis D. de Bagarris; Mur. 81, 2 ex Ligorio; quem sequor. — «marcellianus et exceptor. u. s» Spon.

28* rep. in litore Leucosiae (della Licosa). In altera parte lapidis scripta erat dedicatio arae Cereri a Vocoma Severa constitutae.

brittius. praesens | u. c. | corrector. curauit

Antonini I, 114. Lucaniae correctorem esse voluit, quoniam Lucanum esse didicerat ex Plinii ep. VII, 3.

29* in monte della Stella, supra Paestum ubi fuit Petilia Lucana.

t... rabir....| ....mur....... repar...... | ....si.....impe... ....| ....i......ɔ...... | ....petil....lucan.... | i....... d.....

Antonini ed. 1 p. 96, ed. 2 I p. 95. — ed. 2 v. ult. «l.. d....»

30* ex Cilento Lucaniae delata in villam consiliarii Blasii Altimare in Arenella prope Neapolim.

l. uarilio. sannae. | quod. eius. arbitr. rite. recte | de. finibus. cum. ueliens. actum. sit| limitibus. constitutis| ciui. opt. | ordo. et. p. petelinorum

Antonini lett. all' Egizj p. 119 ed. 1750. Lucania ed. 1 p. 94, ed. 2 I, p. 95. In litt. 2 «arbitr...», 5 «optimo», 6 «pop»

31* Decretum senatus Petilini in honorem Volceianorum (Volcentanorum *litt.*), quo immunitatem iis dedit a militia et tributis et ius suffragii permisitque ut arcum facerent in vico marmorariorum, ea condicione ut contribuerent quotannis duo milia (tria milia *litt.*) modiorum frumenti optimi «pro. decum.», ut clare inde appareat Volceianos vectigales fuisse Petilinorum.

Haec ex lacero marmore, quod extare dixit in litteris penes se, in Lucaniae descriptione in villa consiliarii Blasii Altimare in Arenella prope Neapolim, delatum inde ex Cilento Lucaniae regione, refert Antonini lett. all' Egizj p. 205 ed. 1795, Lucan. I, p. 95.

32* Peteliae.

l. tesio. apratino | uiro. munificent. | ...locum. glad. exerc. p. s. e. | ornauit | aug. petelin | l. d. d. d.

Antonini I, 262 ex abbatis Perotti diss. *del Circo e del Sisto*, quae an exstet neque novi neque curo.

33* rep. prope Casalicchio III p. a Petilia Lucana Antonini, exstabat penes Antoninium.

pomanio. scurrano. d. poetil..| cor. ual. i. item. tor. i. don..| s. gratulus. rufillus. ueridius | micilus. d. s. p. dd. b. m.

Mur. 843, 2 a Valletta; ab eodem d'Orville p. 597; Antonini ed. 1 p. 93, ed. 2 I, p. 97. — Mur. d'Orv. «scurrae» pro «scurrano», quod cum Muratorium offendisset, Antonini mutavit. — «micilus. marmor. d. s. p» d'Orv. — Minora afferre nolo.

34* Vatollae prope Torchiaram penes doctorem Niccolò Marrocco.

....
seruos. suos. puplicos. *(sic)* fec. | demenso. adsigna.......| uicani. uici. uatolani.......| ....| signem. eius. munificen.... | ....
....

Antonini I, 262.

35* apud Antoninium.

.... caelio balbino procon ....| pecun.. ann. leg. municipio poest....| munus. bustuar. et. far....... pop ....| bis............am...........| m. balbinus. muner. iix. test......

Antonini I, 223. Hac probare voluit Paestum fuisse municipium. — 2. «paest» e. 2.

36* Paesti rep., penes Antoninium.

l. caninio s. f. iiu..... |' ....dedicatione. aed.. neptun... | epul... trid.... pop. ded... | lddd. col. poest.

Mur. 1111, 6 a Como. d'Orville p. 597 a Valletta. Antonini I, 241 cf. 325 not. In ed. 2 est 3 «epu...», 4 «paest». Muratorii et d'Orvillii v. l. omitto.

37* ante portam stabuli in villa consiliarii Altimare prope Neapolim.

p. celso. murino. m. f. iiu. i. d. curat.....| annonae. guratori *(sic)*. publicorum. aedi ....| orum. decennio. continuo. patr. munic.......| poest. largissimo. eius. meritis| statuam. publice. poni. placuit

Antonini I, 225. Hac probare voluit Paestum fuisse municipium. — 4 «paest» ed. 2.

38* in muro sine calce qui claudit pascua bovum inter Paestum et Silarum, in loco dicto *il Gaudo*.

c. pedulio. uerrucano| frumento. p.p. coacto| annona. iterum. reparata | ordo. et. pop. poest.

Antonini I, 242. Ed. 2 «paest»

39* in villa Altimari, delata eo ex Cilento.

m. | tulli. olerii. poestani | qui. uix. a. lxxxxu. d. xi. | ff. xxuiii. nn. lxxxiii | c. l. pp.

Antonini I, 242. Ed. 2 «paestani»

40* in muro ubi est n. 38*.

atticus. uectinu.....| hortos. et. proximas. casas......| ...ete. inhabitaret. aq......| deduc.....

Antonini I, 242.

41* Paesti ad cathedralem eccl., focolare di marmo bianco.

diu. illi. ob. plurima. et. a....... | icia. eius. erga. patriam.... | dd. pp. | populo. postulante.

Mur. 239, 1 a Como, Antonini I, 243, cuius typum do; Mur. «diui. pii. ob. plurima. beneficia. eius» cet.

42* inter Paestum et Spinazzo in agro quodam.

d. m. | c. augurino. priuernati. class......| d. pinarius. auerrio. cont.....| ....
........................| in. fr. p. xi..
....

Antonini I, 243.

Paesti in eccl. cathedrali.

43* tae. const

44* gn. corn...| ..m.....

Antonini I, 231.

45* rep. Paesti, 'inciso in piccolo strumento di bronzo a guisa di mestola da un capo, e dall' altro acuminato a modo di vite. Cominciano le lettere dalla parte della mestola.' Bam. '1 palmo di diametro, forma ovale.' Cass.

ESOPETRV
SVMOATIMEI
ECOLVPV
MASIOTER

Bamonte p. 99 et sched. Cassitti, qui ESOPETRU | SUM ATIM | EI Sitne christianum epigramma (EGO PETRUS?) aliudve quid, ignoro.

46* 'A 40 palmi dalla torre angolare delle mura di mezzo giorno ed a 6 palmi dalla superficie attuale del terreno dalla parte interna del muro della città andando verso il mare ho scoperto queste lettere lunghe once dieci.'

LAP^IS IMF OSOS

Bamonte p. 46. Num hic quoque a quodam homine lepido deceptus sit, ut in litteris MAZOILS quas legit p. 55 in antica templi maximi, scriptas ibi a gallo architecto Mazois qui templum mensus est, ignoro.

IV. SALERNUM.

47* Salerni.

deo. ≈ magno | libero. patri | sacrum | t. tettienus. t. f | felix. scriba. lib | aedil. cur. uiator | aedil. plebis. act | cos. patron. col. nol|an. proc. aug. patrim | flamen. diui. comm | et. diui. antonini | feli ≈ xu uir. sac| fac. curat. lud. ma|gn. mag. uic. region | uiii. for. r. praefec | coh. ui uigil. stat | ex. aer. argen. s. p. p

Mur. 618, 1 e Ligorio.

48* Salerni.

mulier face accensa puerum sustinens.

iunoni. lucinae | t. albius. t. f. uol. albanus| iulia. albana. flam. aug | hon. us. coll. dendrophor | patr. quinq. d. d

Aeri incisam ded. Don. tab. IV n. 2 (cf. praef. p. XLV) auctore non indicato (e Don. Mur. 15, 3). Verba dederat iam Reines. I, 283 e Ligorio.

49* Ravelli.

HIC· FORTVNA· IACES· CASV· PROSTRATA· RVINA
HEV. DVLCIS· CONIVNX· ME· MAGIS· ILLE· PREMIT
CLAVSISTI· SVBITO· CRVDELI· FVNERE· VITAM
ET· MIHI· NON· MORITVR· TE· PEREVNTE· DOLOR
CASTA· DECENS· SAPIENS· HVMILIS· IOCVNDA· MARITO
VERTISTI· IN· GEMITVS· GAVDIA· TANTA· MEOS
SED· TIBI· NIL· POTVIT· MORS· HEV· TAM· SAEVA· NOCERE
DE· MERITIS· VENIENS· NAM· TVA· VITA· MANET
HAC· QVOQVE· NATA· IACET· PETRONIA· SORTE· PEREMPTA
QVAM · TECVM · IVNXIT · MORTIS · ACERBA · DIES

Codex Waelscapple fol. 146. Alibi adhuc non reperi.

V. EBURUM.

Nicolaus de Nigris (Campagna antica e nuova, sacra e profana, ovvero compendiosa Istoria della città di Campagna. Napoli 1691 4. pp. 256) absurdas has fraudes protulit.

50* p. 11. marmor fractum, relatum a Philelpho Filiulo de situ Italiae lib. 2:

p. corn. ruf. et man. cur. dentato ss. | samnitis deuictis taurania solo aequata | pop. roman. uectigal. fecit pio ccolon. pp

51* p. 34. Tauraniae, ex eodem Philelpho.

fortunae primigeniae | ioui puero | ex testamento | c. galli picentini titus atticus campaniensis

52* p. 39. tempore Raymundi Orsini rep. prope eccl. S. M. matris Domini, relata a Trecasio et Grutero.

tiberius caesar | uictor triumphator semper | augustus | pontif. max. | prope silarum | phanteon phanum | restraurauit. *(sic)* consec | ss. l. c. sylla et p. f. priscus

53* p. 41. post Filiulum relata a Fossiardo et Gronovio in Livium.

imp. caesari traiano | augusto pio pontific. maximo | ... cons ..... | .... diuina humana | in silaris regione c. c

54* p. 158.

plotinus plancus triumuir exilio indicto | ueteri campaniae urbi uindicaturo si|lero montium ferarumq. saeuitia aura | unguenti suplicium parentauit

petita ex Val. Max. VI, 8, 5. Plin. H. N. XIII, 3, 25. — E Nicolao nostro petivit Taulerus Atina p. 168, item Mur. 1810, 3.

55* p. 159. in S. M. della Nova olim fuit.

phoebo splendidissimo phanum augustales | quinquennale certamen theatra kalen. mar. | gn. plotin. miles campan. semper uictor | q. telesino et iul. ruf. coss

E Nicolao petivit Taulerus Atina p. 169, e Taulero Mur. 22, 10, qui male Atinatem dixit, recte damnavit.

56* p. 160. rep. in Dogana di Puglietta.

an. tiberio menio grammatico | optime merito incomparabili | tit. calistr. u. c

57* p. 161.

dioclet. max. felic. triumphat. territ. | theatra et quod cingit silarus | maiestatibus hilarion coss. f. p.

58* p. 161. rep. saeculo elapso *alli Serruni.*

zeto campan. filio suo et sibi fieri | c. seia. qui vixit an. xxu et dieb. iii

59* p. 161. rep. ibidem, servavit eam Trecasius.

ualb. uibullio. cos | iuppiter optimo maxim. tibi hodie hanc aram | dabo dedicabo legibus ollis urnis chyatis re|gion. hostiis ut sis propitius mihi collegisq. | meis filiis uxor. colon. incol. ueter. campan. | et omnib. accol. silaris

Ex similibus nugis prodiisse puto Holstenii ad Cluver. p. 284 quae sequuntur. '«agri. campani. silerani.» *ex testamento relicti meminit vetus lapis alicubi mihi visus.*'

VI. COMPSA.

60* inter Compsam et Petrampaganam in rupe.

c. baebius. lu|pulus. et. c. ba|ebius. lupul. f | siluano. deo | uot. s. l. m

Lupoli inscr. Corfin. p. 215 ed. 2., qui stulta gloriae cupidine ductus ubique in antiquis inscriptionibus vidit vidisseve se dixit Lupulos suos si diis placet maiores.

61* Compsae.

a. liuinius. negotiator. suar.... | empto. solo | in. dimidia. p. sua | monum. sibi. et| catiniae. focariae. obsequentis | p | in. fr.....

Antonini Lucania II, 111 ed. 2. ab abbate Albini.

VII. VOLCEII.

62* Volceis.

curatori reipublicae uolceianorum

Exscripsisse ait se Lupoli inscr. Corfin. p. 209.

63* in pago Lucaniae vulgo S. Gregorio ante atrium eccl. S. Gregorii.

ianuario. conductori | titi. rufi. ruggiani | uixit. ann. xxxi | fecit. casinia. tollusa | pro. meritis. illius | carissimo. contubernali

d'Orville Sic. p. 599. Pessime descripta, si quidem est genuina; praeter nomina incredibilia movet me servi *conductoris* officium ignotissimum.

64* ad Bucinum Lucaniae.

l. ualerius maximillus | d. c. donician. pincerna | adolescens mollissimus | immaturo obitu ereptus | ex mortalium coetu | hic iacet, d. c. domicianus et funeris | munus et sepulchri | honestamenta fecit | olympiade xxi

Mur. 1812, 2 in falsis e sched. Nic. Pacediani.

65* ad Bucinum Lucaniae.

d. m | p. uarro atacinus | plenissimus opum | uix funeris impensam reliquit | is omnibus exemplo esse debet | quam intersit uiuum esse auarum | si nichil funeri supersit | a. cristilla effusissima uxor | auaro uiro posuit | is uixit annis xxxxuiii. m. x. d. xiii.

Mur. 1812, 3 in fals. e sched. Pacediani.

66* ad Bucinum.

animae sanctae colendae | parentes contra uotum

Mur. 1233, 9 e sched. Pacediani.

VIII. ATINA.

67* Atini in Lucania.

c. nummuleio. c. f. ter | potho. ueterano | leg. primae. miner | uae. p. f. uixit. ann | lxu. m. uii. d. iix | l. nummuleius. l. f | terent | merellus | atinat. patronus | posuit. ex. test | l. d. d. d. h.

Gud. ms. 1212, 3, ed. 178, 4 ex Ligorio.

Atinae utraque in aedibus de Cicchettis, quae nunc non exstant.

68* lucius. x. l. miles. r | p. honorib. gen | mun. sub | amphitea...... | r. f. p. p

69* d. m | caffius bis con. | ense pomponii | hic. stat | alba. ux. t. f. f

Antonini II, 116. (in ed. 1 desunt).

70* Prope Pollam Romanos canalem fecisse ad aquas Tanagri recipiendas et in ponte eius canalis prope dirutum molendinum *Maltempo* scriptum fuisse sive «pontem. et. foxsatum. romani. f» (Alb. p. 15) sive «pontem. et. fossatum. roma. p. fecit» (id. p. 66) lapidemque ante XXX annos adhuc exstitisse auctor est Albirosa, quod qui credat, non facile inveniet.

IX. TEGIANUM.

71*

senatus populusque tegianensis

Diani in turri camp. eccl. S. M. Maioris ita se legisse P. Dominicus Maria Ricci narravit Troylio (istoria Napolitana T. I. p. 2. p. 166); ubi nunc certe non exstat neque exstitit circa a. 1770 cum canonicus Macchiaroli Dianensis in gratiam Orlandi Perusini antiquas res Diani investigaret. Equidem falsam puto inventamque ut Tegianum ibi fuisse demonstraretur ubi nunc est Dianum.

72* prope Salam rep. Narrant Diani fabulam de cursore quodam qui nuntio allato cum concidisset exanimis, honoratus est statua, quam tibi monstrant. Haec inscriptio ad eiusmodi narrationes pertinet.

i. c. | largio. speisandro | m. | gloriosissimo| ....charo | quum urbem properaret | i. u. d | caruilia coniux ben lac. p | a. u. c..... u. c. c

Gatta 1743 p. 179.

73* Salae.

......diui. galer..... | .....erum. flamen. dia | .....plum. iouis. de | s. p. refecit

Mur. 463, 1 a Tafurio; d'Orville Sicula p. 600. — 1 «....qui. diui» d'Orv. — 2 «dia...» d'Orv. — 3 «templum» d'Orv.— Flamen Dialis, qui Divi (?) Galerii aetate templum Iovis fecerit, vix reperiet a quo admittatur; cf. suspectas inscriptiones tres supra relatas n. 213. 214. 244. Accedit quod ab eodem Tafurio Muratorius accepit titulum sequentem evidentissime confictum

74* in agro civitatis Salae in plano del Monte.

cleopatra. domitillae | filiae. dulcissimae | haec lacrymans | posuit

Mur. 1152, 12 a Tafurio.

Padulae.

75* eselillus nep. m | princeps.....

76* d. m | l. marcus mil. ma | blandi pp. ciu | d. b. or. dd. pp. e.. | q. u. a. lxiii

Romanelli topogr. I, 406 e ms. sacerdotis cuiusdam, qui Blandum antiquum ut Padulae collocaret, haec protulit.

X. GRUMENTUM.

77* Grumenti.

d. o. m. imp. m̀. flauio. ua | lerio. constant

Ex gestis S. Laverii scriptis a diacono Roberto de Romano a. 1162 Ughelli Ital. sacra VII p. 493.

78* Grumenti rep. ab archipresb. Danio.

⊂ + ⊂

merodio. pappato. suo. dulcis | ....ogulnius. pos. lacrim | u. a. otacinta *(sic)*

Antonini I, 188 (ed. 1 p. 196).

Saponarae.

79* d. m | ocello. *lu*cano | ruf*us*. e*(rexit)*

80* s. uibrendinosae. ocella | ser. et. l. benem. ex | testamento

Ex his lapp., quorum apud Rosellium priorem reperi in libro ed. p. 81. 131, alterum in ms., utrumque vero edidit Vitus Giliberti *Ricerche sulla patria di Ocello Lucano* p. XVII, Ocelli Lucani Pythagorae sectatoris natales Grumento tribuere voluerunt. Falsos esse apparet; auctorem puto Rosellium, qui per amicum videtur edidisse. In 79, 1 om. Gil. — 80, 1 «vibrendinose» Gil.

81* Saponarae in amphitheatro *Ros. epist.* in hortis Danii *Ros. hist.*

l. bruttius | callIdius. capiTo | ioui. flag. d. d

Roselli hanc edidit primum in epistola super interpretatione cuiusdam Grumentini lapidis ill. D. Bernardo Brussone dicata 1780, deinde in hist. Grumentina p. 52. 65; do ex eius cod. ms. Idem «flag*ellum*» explicat et refert ad victorem in ludis circensibus!

82* Saponarae.

cn. ruf. pup.....aug. nnn | piscinam. ioui. ex. u. s. p

Roselli p. 52.

83* Saponarae.

iunoni. lucin | h. s. eezs. u. capri | la. puerp. d. d. p. s

i. e. *victoriatos* 2600. Roselli ms.

84* Saponarae.

iunoni | s. polemar | ı.....a. p. f

i. e. *aram ponere fecit.* Roselli ms.

85* in Pontep. *(sic)*

mineru | can..... perit antigr | a. g. u. m

i. e. *Minervae candelabrum Perifas Antigraphus animo grato vovit merito.* Roselli p. 47, in ms. 2. «can.... mper antigr»

86* Saponarae, in statuae marmoreae fragmento in tunica.

i. sac. iouanius

alio loco.

mart. in. u. p. n.... | iouan......

Roselli ms.

87* Saponarae.

iano. oenot | s

Roselli ms.

88* Sciaurae.

herc. t... men.. lap | u. s. e. q. polemarc

i. e. *Herculi Thebano mensam lapideam voto suscepto erexit Quintus polemarchus.* Roselli p. 17.

89* Saponarae.

herc. m. dom | sac. tect.... am | silu. q. pin. d. s. e

Roselli ms. Alibi ita refert:

herc. dom. mon. mal | erec. templum. et. altare | a. q. silu. aedili. de | s. p

90* Saponarae.

castori et ....uci | l... lucanus ...pectin | s s

Roselli ms.

91* Saponarae.

a..... lapio.... | integ. spir. extis | altare. u. cn. helpi | dius

= *Aesculapio integer spiravit extis altare vovit.* Roselli ms.

92* Saponarae.

num. porcino | lurchillus.... | s.... c....

Iudaei scil. porcum colunt! Roselli ms.

93* Saponarae.

q. atti. gym | p. et.... | brit. quoq. grum | sistarca. hunc | l. sua. peq. f. ual | coerauit

= *Q. Attius gymnasii praefectus et Briliorum quoque Grumentinorum sistarca hunc locum sua peq. filio Valerio curavit.* Roselli ms.; postea omisit 3, cum Grumentinos Lucanos esse intellexisset. Imitatus est ea quae Troyli dedit hist. Neap. II p. 350.

94* Saponarae in aedicula S. Martini.

.....M· TITACILIVS· M·F· AED· IIII· V
I· D· SER· POP//////////ORTAM
DE· SVA//////////NIA· FACI
COER//////////L· LICI· CoS
C· BVBBIVS· C· L· NICEPOR
ARCHITE

Roselli p. 74; ex ms. 2 litterae n vestigium addidi. Suspecta, praesertim ob tribum non suo loco positam et ob IIII viratum, qui Grumento non convenit. Auctor imitatus est fortasse n. 321.

95* Saponarae cum seqq. usque ad n. 106.

d. m | pub. urbano. iud. quest | siluinus. f | e. t. p. p. e

Roselli ms.

96*

philel. q. m. genit | candid. f. e

= *Philelmae quasi modo genitae candidae frater erexit.* Roselli p. 130.

97*

mr.... d. f | aeliae. m. dedit | que u a xui

Roselli ms.

98*

gn. pin

= *Cneius Pinarius.* Roselli p. 132.

99*

l. lar

Roselli ms.

100*

i. chresto. d. f. s

Roselli ms.

101*

d. o. m | mercurius | ergasta | filio. b. m. f | u. a. iiii. d. xuii

Roselli p. 126.

102*

c. pom. stat. uxor | c. k. l. c. s. l. f. c

= *coniugi karissimo loco concesso sibi libenter fieri curavit.* Roselli p. 124.

103*

d. m. s | aq..... d..... | tillabito | uitali cōi b. m. e. f | u. c. q. u. a. u

Roselli p. 123, 1 qui 5 «a....u»; mutavi ex ms. Fortasse genuina misere corrupta.

104*

tik..... aurelius | f. p. k. m. d. s. e

= *filius patri karissimo monumentum de suo erexit.* Roselli p. 126.

105*

D· M·
ƆATTIL· PP· F
ATTILIANVS· F· M· S
M· E

= *Caiae Attiliae Primigeniae piae felici Attilianus filius matri suae monum. erexit.* Roselli p. 127.

106*

L· CN· F· D·
MATER· FILEL· MF· E
VT· F· CESИAT

= *Lucio Gneo filio Decii mater Filelma monumentum filio erexit ut filius quiescat.* Roselli p. 125 paucis ex ms. mutatis.

107* Saponarae in vinea Venantii.

piscis et ancora.

c. cn. luc | f.... extr. s. sep

= *Caio Cneo Lucano fratri extra sortem sepulto.* Roselli p. 129.

108* Saponarae in lucerna cretacea.

eterne. conuiu.

Roselli p. 113.

109* prope Marsicum novum (v. i.).

..fec.. | ..i. fel... | consilinor...

..fa.. | .resta.

Consilinum in Lucania (Frontin. p. 209 Lachm.) cum vicina Marcelliana (Cassiodor Var. VIII, 33) fuisse inter Grumentum et Potentiam (Martyrol. Rom: *Valerianus iussit militibus ut una cum martyribus agerent quatenus eos possint Maximiano Romam perducere; moventes inde Grumentum profecti sunt et die altero Marcellianum, properantes deinde civitatem venerunt Potentiam).* Errare igitur Gattam cum reliquis Lucaniae descriptoribus utrumque oppidum ad vallem Tegianensem referentem; neque reperiri inter Salam et Padulam prope fontem S. Ioannis in fonte agrum dictum *aja Marcelliana,* quo provocet Gatta. Barresem quendam ex Marsico novo patriam suam credere Marcellianam; at inscriptionem ibi inventam «+ marcilianus. presbit uotum | 202» spuriam esse. Se cum intellexisset in colle qui dicitur *Civita* prope Paterno, $\overline{\text{viii}}$ p. a Grumento, $\overline{\text{iv}}$ a Marsico novo, $\overline{\text{xii}}$ a Casalnuovo (Caesariana), VIII ab Acerronia (ad orientem Brienzae) multa rudera antiqua exstare, solum tegulis esse sparsum monetasque vasa aliaque ibi reperiri, in eo loco fodi iussisse et in ruderibus magni aedificii praeter columnarum reliquias inscriptiones duas fractas invenisse eiusdem marmoris. Ibi igitur Consilinum stetisse et esse ibi qualem Cassiodorus descripserit locum camporum amoenitate distensum. Sub monte Civitatis esse fontem Laggiae et prope fontem rudera antiqua; ibi fuisse Marcellianam Consilino subiectam. — Haec excepi ex Iosepho M. Rossi *ricerche sul sito delle antiche città di Consilina e Marcelliana.* Napoli 1845 pp. 8. Titulis quae ad litem topographicam decidendam proferuntur omnibus diffidendum est, inprimis vero minutis frustulis, in quibus praeter nomen oppidi nihil plane intelligitur.

XI. POTENTIA.

110* Muri in Lucania *Guar.*

d. m
c. meneio. c. l. *felicia*no
ii. u. aed. ii. u. i. d
iura.ego.cum. dixi. quotiens. nulloque. querente
et. uitam. innocuam. studui. perferre.supremam
nunc.obitus.iaceo.felix.quoque.dicar.ad.umbras
qui. talem. merito. *natum* heraedemque. reliqui
nominis. et. famae. similem. mihi. forte. creaui
uidi. ego. quod. uolui. similes. etiamque.nepotes
coniuge *quos* sancta. generosaque. *ille* creauit
securus. iaceo. leuis. est. mihi. terra. per. aeuom

111* *nelle campagne di Fiorentino (?) Giorn. Encicl.*; Muri in Lucania *Guar.*

d. m
chelonie. iukari. den. an. p. m. xuiii
prid. mai. sep. et. proclo.coss. uiuia
nus. b. m. p. c. amice. iocundissimae
quo. lusus. iuuere. tui. quo. candida. corda
nunc. fortasse. umbras. elysi. exilarant

Alteram n. 111 ed. Giorn. Enciclopedico di Napoli Luglio 1785 p. 87; utramque ed. Guarini (cuius supplementa sunt) iter vag. mans. I p. 51. 52. iscr. di Baia p. 7. Auctorem neuter allegavit. In n. 110, 2 Guar. ci. «c. f»; 7 «heredem» Guar. i. di B. — N. 111 edidi ad *Giorn. Enc.*; 2 «xxiii», 4 «iocondissime», 5 «abiere» pro «iuuere», 6 «elysii. exhilaras» Guar. — Errores contra rationem et contra metrum infinitos exponere nolo; quivis enim facile intelliget. Neque moror duumvirum libertum; potest enim descriptor errasse. At notandus duumvir Muranus, id est Potentinus, cum genuini tituli Potentini quattuorviros exhibeant; notandus consulatus p. Chr. 340 «sep*timio* et. proclo», cum prior saepissime nominetur Acyndinus neque, quandum video, *Septimius* audiat nisi apud Panvinium ex coniectura satis infirma (v. Panv. ad a. 1092).

XII. ALTAMURA. MATERA.

112* in territorio Altamurae in basi quadrata.

A.
...... | ...... | ....a pecunia | balneis thermisq | compositis epul. publ | dedit

B.
..... | .....io cos | qua die specular | a sacerd. ueneris | genetric. et geni reip | dedic

C.
..... | ..... | .... conlegio | i. n. p. q. et. sen... | confirmatum

D.
..... | .....sacra uiolas | set peq..... | omni...... | se cons.....

Pratilli p. 481.

113* Materae.

..... | et umfritus fili|us suius qui bixit | an. p. m. xiii. m. iii | dépos..... | .....

Pratilli p. 483.

114* Materae rep.

u. f
viri et mulieris imagines.
l. caesio. l. f | celeri | cassia. grata

Iacobon. de Caes. gente p. 169 (inde Grut. 863, 6) a Ligorio.

XIII. METAPONTUM.

115* Metaponti, nunc Torre di Mare.

iobi. stator*i* | iun*oni* argiuai | hercoli. uicto-rei | c. fabr*ici*us *lus*cin*us* | cos. uict*is* tarentin | brot*is* πυρρω | u. s. l. m

Mur. 10, 8 a Zavarronio, de cuius auctoritate vide quae dixi ad fals. n. 3* 4* 5* 6* 9*.

116* Metaponti rep. ait Antonini; Lombardi vero (memorie dell' Instituto I, 201) auctor est eam inventam esse Montescagliosi, XII p. a Metaponto.

annio. procillo..... | .....ne usura..... |
.....cuniam..... ....legium..... | ....
odicariorum. taren... | .....atrono..... |
a.....

Antonini II, 74 a P. Benedictino Simplicio Longo.

117* Metaponti rep. 1792.

l. nonius. rufus | aedem. musarum | uetustate. delapsam | sua. impensa. restituit

Iosephus Castaldi la magna Grecia brevemente descritta Nap. 1842 p. 82. Unicus titulus Metapontinus certiorem auctorem flagitat.

XIV. HERACLEA.

118* prope Heracleam rep.

herculi | patrio. numini | heracleenses | u. s. l. m

Gius. Castaldi la Magna Grecia brevemente descritta. Nap. 1842. p. 81, auctore laudato Em. Mola Barino. Fraudis causa aperta.

119* rep. in campis prope Castelluccio Valmaggiore in Capitanata, in viciniis Aecae antiquae *Rom. in ephem.*; Heracleae *id. in topogr.* Vides Romanellium locum mutasse, auctoris iure usum.

numini | herculis | acheruntini | uitalis. c. l. seuer | c. u. sir. reg. | u. l. s

Romanelli giorn. encicloped. Napoletano ann. VI (1812, T. I. p. 330. Topografia I, 258. Quis admittet libertum hunc praenomine carentem, novo nomine Vitalis insignem, Heracleae Herculem nescio quem colentem, denique «*Centum Virum Sirinae regionis*»?

P A R S T E R T I A.

CALABRIA.

I. UZENTUM.

120* in agro Uzentino.

d. m | l. heterio. q. f | domo. cosennia | cent. leg. galbianae | qui. mil. ann. xui. m. x | iul. roscius. commilex | b. m. p

Pollidoro Bruttia vindicata (in calce edit. Romanae antiquitt. Calabr. Barrii 1737) p. L, qui ait se descripsisse; a Pollidoro Mur. 819, 4. — 3 «cossennia» Mur. — 5 «militavit» Mur.

II. HYDRUNTUM.

121* lamina plumbea effossa in agro Hydruntino.

diis. manibus
ulp. euscheno. uixit. an. xx
m. u. d. xi
....
b. m. f

Mur. 1511, 10 a Tafurio. Laminis plumbeis Pollidorus magnopere delectabatur.

III. CALLIPOLIS.

122* Gallipoli (quam a Caligula nomen habere vult Thevetus) in lapide muro incluso.

c. caligula. imp. august. p. p. p. max. in sui nominis et caesarum gloriam huius urbis fundamenta iecit ann. ab urb. cond. dccxcii non. febr

Grut. spur. 6, 7 e Theveti cosmographia lib. 18 c. 15.

IV. NERETUM.

123* 'Aerea tabella rep. 1595 inter vetustissimi aedificii rudera Neriti in fundamentis eccl. S. Francisci Asis.; affixa erat basi marmoreae elegantissimae, quam murus saeculi fortasse quarti exceperat.' *Pollidoro.*

antonio mar|cellino | et petronio probino coss. ii nonas maias. | succlamante. populo d. empurii. nau|nae. de d. offerenda. tabula d. aerea d. | incisa. patronatus. m. sal. balerio. uiro. | splendido. cui. iamdudum. secundum. boces. eius|dem. populi. et. boluntatem. onor. patronatus. | oplatus. est. | q. d. e. r. f. p. d. e. r. i. c. cum. deuotus. populus. | iampridem. m. sal. balerio. puplice. onorem. | patronatus. optulerit. cuius. immensa. benefi|cia. semper. non. tantum. in. municipes. berum. | etiam. in. nos. ipsos. contulerit. empurium. quo que. nostrum. ita. semper. dilexerit. ut. ubicumq. | res. exegit. tutos. defensosque. praestite|rit. propter. quot. necesse. est. eum. remunera|ri. oportere. placet. itaque. uniuerso. popu|lo. empurii. naunitani. tabulam. aeream. inci|sam. ei. offerri. debere. quo. gratius. digne. ono|rem. sibi. conlatum. a. deuotissimo. populo d. em|purii. nostri. libenti. animo. suscipiat. | censuentibus. gn. iulio. memio. praetore. g. | iul. secundo. cl. gem. afrodisio d.....

Pollidoro in Calogerà VII, 411 e Hieronymo Martiano et Alex. Matthaejo Palmarici comite in descript. prov. Salentinae. Ait se exhibere prout excepta esset ab iis qui prototypon spectassent; at ipsum finxisse non iniuria credemus. Mur. 377, 2 a Tafurio. Borghesius quidem apud Caved. marmi Moden. p. 286. consulem Antonium Marcellinum admisit, quem auctoritate perspecta iam non amplius ab eo defendi arbitror.

124* Nardò.

imp. d. octauio | diui. caes. fil. aug | pontif. max | imp. x.... cos.... | trib. p.... xxuii... | ordo. e.... us | munic | bonif... p. p

Mur. 219, 6 a Tafurio, qui habuit e scriptt. rerum Neritinarum, extare negavit. Ipse Tafurius edidit Calogerà XI p. 86 e miscellaneis Barth. Tafurii legitque 8 «bonef...»

125* Nardò in una colonna della porta della città che guarda verso oriente prima che si riedificasse *Calog.* XI, 88. *Mur.* rep. in fundamentis eccl. S. Francisci. *Calog.* VII, 140.

d. m. s | q. ualerio. l. f. pal. paraedio | aed. q. iiii. uiro. col. lup | patron. munic. nerit | curat. uiae. traiana|e. herinnia..... | coniugi. dulciss. b. m | h. m. h. n. s

Bern. Tafurius in Calogerà VII, p. 140 (ex eo Mur. 1113, 5), qui extare negavit, descripsit e schedis abavi sui Bartholomaei Tafuri. Contra Pollidorus ed. Calogerà VII, 483 e schedis ms. Vincentii Vernilii et Io. Iuvenis legitque 6 «q. herennia». Tertium edita est a Tafurio Calog. XI, p. 88 e schedis Tafurii et Puzzovivi.

V. LUPIAE. RUDIAE.

126* Rudiis.

p. cesellio. c. f. numeriano. ii. u | reip. iiii. leg. trib. q. u. a. xlii. m. ii | q. cesel. l. f. et. tibur|tia. ux. inconparab. moer | h. s. e

Manut. orth. 176, 1, inde Grut. 387, 7. Immutavit Pratilli, cuius typus exhibetur apud Vulpium Calogerà XIX, p. 135 et apud Mur. 2021, 5 e Vulpio; qui praeter minora in fine dedit «incomparabili. marito. pos. h. s. e.» — Conferenti patebit hunc titulum ab eodem fictum esse qui confecit inscriptiones n. 127* 128*.

127* Lupiis.

d. m. s | l. lupilio m. f. princip | in sen. omnibus honoribus | in rep. lupien. functo | ob rem bene gestam dec | un. ord. et pleb. aer. pub | mon. in foro sep. q. p. c | u. an. lxiix. m. ix. d. xxix | ob.u. kal. mai.

Don. V, 101 e cod. Vatic. 5241 (i. e. e schedis Manutii); inde Mur. 1055, 4.

128* Lupiis.

d. m. p. pacurtio ansiati | l. f. iii. leg. trib. patriae | lupien tutori ordo pop | q. lupien. ciui optime de | rep. merito ex aere pub | mon. pon. pariaq. gladiat | fieri c. u. ann. xluii m. ii | mor. idib. quint.

Don. V, 102 e cod. Vat. 5241 (i. e. e. sched. Manut.), inde Mur. 1055, 5.

129* Lupiis in aedicula S. Pauli.

c. iulius. irenaeus | mag. aug | d. d

Don. V, 197 ex ms. Vat. n. 5241 (i. e. e. Manutio); e Donio Mur. 709, 7. — Titulus suspectus est non tam per se quam per socios.

130* Lecce.

q. fabio balbo u. p. iu uiro i. dic. patr. municip. tuscul. trib. militum leg. ii. agrip. curatori uiae aug. salent. ob insig. in uniuersos conlata beneficia ad mem. sempit. lupienses hudrentini et neritini patrono optimo d. d. f.

Mur. 1120, 1 a Io. Bernardino Tafurio, qui ipse edidit Calogerà VII, 189 = XI, 88 e sched. abavi Barthol. Tafuri. Hunc typum sequor. Refert manum Pollidori.

131* Lecce.

l. eupulioni l. f. l. n. sergio u. c. omn. mune. in r. p. domi militq. perfunct. quod dum pub. utilitati studeret consulere seditiosorum insidiis fortiss. dimicans armis obiit uniuer. colon. lupien. ord. decreto in foro aere pub. statua haec erecta est ac monum.

Ex P. Antonii Beatilli notis ad vitam S. Hirenes Mur. 1806, 2, ex eodem sine dubio Pacichelli il regno di Nap. in prospettiva Nap. 1703. T. II. p. 168.

132* Lecce.

c. claudio c. f. m. n. neroni cos. ob rem felicissime in piceno aduersum poenorum ducem asdrubalem gestam sen. pop. et militum statio lupien.

E Beatilio fortasse Mur. 1805, 2 et Pacichelli l. c. T. II. p. 167. Haec ficta est ex Plinii loco corrupto H. N. III, 11, 101.

133* Lecce in museo medici Octavii Scalfo.

ottauilla. m. t. secundilla | anphitheatrum

E Scardino (discorso intorno l'antichità e sito di Lecce Bari 1607. 8. p. 12) dedit Giustiniani diz. geogr. T. V p. 240.

134* Balesi in prov. Hydruntina.

d. m | semproniae. l. l. statiliae | coniugi. karissimae | b. m. cn | aurelius. marcellinus. maritus | fec

Mur. 1402, 2 a Tafurio. Suspecta est et fortasse Pollidorii commentum, qui saepe pro cognomine nomen ponit.

VI. BRUNDISIUM.

135* Brundisii.

a. gabinius. a. f. serg | pontianus | mil. leg. $\overline{xx}$. candi | datus. ti. caes. aug | relatus. in praet | uix. an. liix. m. u | h. s. e

Panvin. Roma p. 511 ed. 1558, quem sequor. Smet. 94, 4 e Panvinio. Grut. 543, 1 e Panvinio et Metellianis.

136* prope Brundisium ubi Mesagne itur.

securitati. perp | c. iuli. caes. dict. perp | p. p | decur. brundisin

Pratilli via App. p. 552. — Conficta ad n. 451.

137* Brundisii.

genio et | larib. aug | l. aurelius l. l | epaphroditus | armor. distrib | et cust. alim. exerc | asiatici | u. s. l. m.

in latere dextro.

dd. ui. kal. nou | l. ceionio | n. prisco cos

Pratilli p. 554. 'Suspecta Marinio fr. Arv. p. 157, et iure ob inaudita officia et consulis Novii nomen contra usum nota scriptum.' Borghesi.

138* Cisternini prope Brundisium.

fortunae | reduci | apollonius cassianus | domitiae aug. lib | d. d

Vulpi Calogerà XIX, p. 136 a Pratillio, inde Mur. 991, 9. Pratilli p. 550.

139* prope Brundisium in via qua Mesagne itur ad torrentem Masinae.

..... | quem mors eripuit | lacrumis tergo | fato inuido uxor | infelicissima sa | bina uerecunda | uiro dulciss. feci

Pratilli p. 493.

VII. MESAGNE.

140* Mesagne rep. 1603 cum moneta Severi prope eccl. S. M. Gratiarum MD passibus ab oppido.

d. m | iulia. augusti. l. septimii | imp. f. heu. hic. sita. est

Pacichelli novelle memorie II, 95, inde Pratilli p. 493 immutatam repetivit.

141* Mesagne in porta villae Orestis Lucci $\overline{iii}$. p. a Mesagne distantis.

m. pletori | m. f. m. n. m | pron. mar aulia m. claud | max. piet | aulian. patr | m. claud. messapie | d d. p. d. a. l. r

Pacichelli novelle memorie II, 92, unde immutavit Pratilli p. 492. — Ficta est vel potius interpolata, ut Mesagne procederet pro Messapia vetusta.

142* prope Mesagne.

dis man | l. cornelio | ualentino | septenni pue | ro demetria | ualens infel | mater fecit

Pratilli p. 489.

143* Mesagne in monasterio PP. Caelestinorum.

d. m | pontia. a. fil. delma | ex. testamento. fec. | m. h. n. s

Pratilli p. 492.

VIII. URIA.

144* Oriae.

vas herculi | seruatori | sac | q. rutilius q. f. | tiburtinus | u. s. *clava*

Vulpi et in Calogerà XIX, 124 et in diss. Cort. II p. 176 a Pratillio, inde Mur. 61, 13; 1983, 2. Pratilli p. 489.

145* Ceglie di Francavilla in Messapia.

fl. numerius | emilianus. cor | rector. apuliae | et. lucan. de. s | pecun. restit | curauit

Finxit Pratillius, a quo accepit Vulpi Calogerà XIX p. 131 (ex hoc Antonini Lucania I p. 118 et Mur. 2013, 4); ipse Pratillius edidit p. 491.

IX. TARENTUM.

146* Tarenti.

uolcano | ex. aere. publico | in. uia. recta | ciu. tar | pontificum. iussu | statuit | p. cornificius

Montfaucon Antiq. suppl. T. I pl. XXX p. 80 ex Boissardi ms., i. e. e Ligorio; Mur. 59, 5 e Montfauconio; paullo aliter Pratilli p. 499.

147* Tarenti in hortis Carducciis, ubi creditur fuisse Herculis aedes.

herculi. sancto | seruatori. uictori. triumph | pro. salute. et. uictoria. imp | caes. m. a. cari | ex. uoto. ord. tarent

Mur. 1084, 4 a Pollidoro et Como, unde habuerunt posteriores: Pratilli p. 498. Carducci p. 120. Orelli 1042.

148* 'Ad laevum theatri latus testudinem nuper templi Herculis, aggere in collis speciem immani oppressam, incidit forte rusticus aratro, quam ille penetrare constituens cum circum iniectam terram subducere coepisset, tabellis tribus inventis ab opere, cui se imparem esse vidit, sarculum cohibuit. Et prima quidem marmorea donarium in templo dudum appensum referebat his notis inscriptum ·

c. melsonius. cn. f | hercolei | donum

reliquae ex aere, quarum altera exhibet Paridis iudicium, altera Proserpinae raptum. Nil curae et diligentiae remisi, quin tabellas mihi compararem templique structuram discerem per rusticum illum. Qui aditu in templum summo labore sibi strato reliquiam advertit peristylii formamque convexam ac fastigiatam testudinis; opus esse latericium dixit.' — Haec Carducci p. 121 ex ms. epistola Ioannis Angeli Ciocchi ad card. Hannibalem Albani, cuius Carduccio copiam fecit abbas Paschalis Rossi. Antea edita est apud Mur. ter: 61, 11 (a Pollidoro); 117, 5 (a Como); 1983, 1 (a Como) et apud Pratillium p. 498, qui inscriptiones Tarentinas ab eodem Ciocchio se accepisse ait. — Narrationem falsariis sollemnem de aede reperta cum anaglyphis et inscriptionibus sacris et mox iterum terra obruta ut mittamus, quod ad auctores attinet, Pollidorum et Pratillium novimus; epistola vero ad card. Hannibalem Albanum scripta a Ciocchio nescio quo, deinde a Rossio quodam oblata Carduccio, et ipsa facile potest redire ad Pollidorum, qui fuit cardinali Hannibali ab epistolis. Quare hanc inscriptionem per se suspectam et a pessimis auctoribus primum prolatam propter testimonium quod postea supervenit Carduccii a falsi suspicione absolvi non sum passus. — Mur. ubique «cn. l», idem «herculei» p. 61.

149* Tarenti in S. Cataldi.

pacis. august. templum | or. pop. tarent. aeternitati. d

Mur. 139, 3 a Pollidoro, 1084, 5 a Como. Immutavit Pratillius p. 500. Carducci p. 388 dedit ex scriptoribus rerum Tarentinarum. — Pollidorum sequor, qui finxit; Como «taren. aeternitat. d»; Pratilli «ordo. popul. q. tarent. etern. d», ideo quod Muratorius in nota improbaverat omissionem particulae «et»

150* Tarenti in S. Cataldi.

octauio. aug. sacr | tarent. ord. mem | benef. d. d. s

Mur. 139, 4 a Pollidoro; 219, 7 a Como; 1084, 6 ab eodem.

151* Tarenti in S. Cataldi.

fusco | mag. august | flamini. sallent | prou. p

Mur. 166, 7 a Pollidoro; 1078, 1 a Como; 2022, 7 ab eodem.

152* Tarenti in S. Cataldi.

q. uerr. iiii. uir. diui | aug. flamini. iur | dic. perpetuo | ex. consensu. prou

Mur. 167, 7 a Pollidoro; 756, 2 a Como. — 1 «diu.» Como.

153* Tarenti in S. Cataldi.

c. aufidium. atticum. ipsum. posterosque. suos | et. q. uetium. atticum. ipsum. posterosque. suos | coloni. col. tarent | sibi. liberis. posterisque. eorum | suffrag. ord | patronos. cooptarunt

Mur. 1118, 6 a Pollidoro et Como.

154* Tarenti in S. Cataldi.

t. calpurnio. l. f | gal. cratisto. ii. uiro | et | calpurniae. cratistae | et | l. calpurnio. l. f. q. decur | in. colonia. allectori. calabriae | d. d. monumento. locus. datus. quo | inferentur | in. fronte. ped. xx. in. agro. ped. xxu

Mur. 1118, 5 a Pollidoro (qui descripsisse se addit e schedis Hieronymi Merodii) et Como. Ficta est ex interpolatione genuinarum inscriptionum Calpurniorum Cratisti et Cratistae 579. 580.

155* Tarenti in S. Cataldi *Poll.* ad moenia vetera *Como.*

l. fudidio. l. f. ouf. proculo. ii. uiro. aed. q. i̅i̅ | l. fudidius. l. f. eq. rom. quaest. aliment | patri. pientissimo. ex. testamento | eius. p. c

Mur. 703, 9 a Pollidoro; 705, 1 a Como.

156* Tarenti in S. Cataldi.

c. memmio. c. f. gal. luperco | disp. annon. aug. praef. i. dic | aed. q. iiii. et. qq. p. p | collegium. fabrorum. ex. s. c | ob. merita. eius

Mur. 910, 7 a Pollidoro; 2015, 8 a Como.

157* Tarenti in S. Cataldi.

t. phaennae. aug. l. a. comm. benef | statuam. posuerunt. pop. et. ord. tarent

Mur. 912, 8 a Pollidoro.

158* Tarenti in hortis marchionis Romanelli *Poll.* in S. Cataldi *ex formula sollemni Como.*

d. m | crusis. ti|tiniorum | uixit. ann | lx. h. s. e | pardalas | kanini | procli | u. a. x. h. s. e | m. kanini|us. euhethe|s. coiug | b. m. f

Mur. 1335, 6 a Como; 1456, 20 a Pollidoro. — Haec potest esse genuina, Tarentina enim est gens Titinia et formula «h. s. e»; tum in fine excidit «et. filio» post «coiug». — 6 «pardatas» Mur. 1456. — 8 «procli. n» Mur. 1335. — 11 fort. scr. «euethes».

159* Tarenti in S. Cataldi.

OSSA· EVGENIAE· KESTIΛE
IK· DIPOSERVNT· DOLENTEC· FILII·
EVTHICHYVC· ET· BALENC

Mur. 1864, 3 a Pollidoro et Como. Et alibi, ut in graeca Mur. 468, 3, placuit Pollidoro graecas et latinas litteras miscere.

160* Tarenti in S. Cataldi.

m. petronius. ɔ. l. hymnus. sibi. et | c. petronio. hermeti. et. libertis. libertabusq | item. serueis. ancilleisq. suis. si. quis. in. hoc | monumento. alterius. ossa. intulerit. uelim | moueri. si. uiolauerit. habeat. iratum. iouem

Mur. 1488, 13 a Pollidoro et Como.

161* Tarenti in S. M. de Laureto.

titiae. p. f. apuliae | ualeri. itali | piissimae. filiae | parentes

Mur. 1221, 7 a Tafurio et Pollidoro. — 1 «apulae» Poll. — Tafurii auctoritate quodammodo munitur hic titulus, sed hic quoque accipere potuit a Pollidoro, et potuit fingi inscriptio propter cognomina geographica.

162* Tarenti in S. Cataldi.

d m | uolcatiae. martiane. qe. uissit. an. xxxiiii | m. u. d. uiiii | c. uolcatius. rufens. co. dolcissime | com. lacrimis. p

Mur. 1413, 6 (e schedis Merodii Como), 1424, 8 (a Pollidoro). Pollidori typum do utpote auctoris. Como om. 1, vv. aliter divisit, 2 dedit «ualerie. martiane»

163* Tarenti rep. 1737 in eccl. monachorum Caelestinorum.

b. a. m | depositus. iiii. id. n̅o̅b̅ | cons. d̅d̅. nn. arcad | et. honor. augg | iustus. fidelis. qui | uixit. annos. uii

Mur. 395, 1 a Pollidoro. Transposita potius quam falsa; est enim pars Mur. 395, 4, quod notavit de Rossi Ann. XXI p. 309.

164* Tarenti.

herculi. uictor | sac | q. copon..... | class. pr.... | u.....

Pratilli p. 499, inde Carducci p. 122.

165* Tarenti nuper rep.

mineruae uictr | p. titinius a. f. i̅i̅. uir | sign. pos

Pratilli p. 499, inde Cardelli p. 114.

166* lamina aerea Tarenti ad monast. de' PP. Scalzi rep. et donata archiepiscopo Francisco Pignatelli.

neptunalib | sac. prim. ded | l. ualerio l. f | c. lucillio m. f | aedil. ex s. c.

Pratilli p. 497, inde Cardelli p. 115.

167* in via Tarento ad pagos Montagani et S. Mazzani.

liuilla pri|uigna | heic sita est | haue mater

Pratilli p. 501 ab archiepiscopo Brundisino Maddalena.

168* Massafrae.

m. papirio m. f. quir | stellato | curatori prouinciae | salentinor. quaest | aedil. tribuno milit | in prouincia maesia | c. papirius lucceia|nus fratri p. fec

Pratilli p. 485, qui ipse de sinceritate dubitat!

169* Tarenti.

d. m | fecit. col|legiū. fum|atorū. be|ne. mer|enti

Orell. 5044 e sched. Muenteri, quem ex schedis descripsisse satis indicant lineolae supra «u».

P A R S Q U A R T A.

A P U L I A.

I. GNATHIA.

170* Gnathiae.

l. campanius. l. fil | flaccus | ....

Pratilli p. 545.

II. MONOPOLI.

171* Monopoli.

ioui. op. maximo | l. oppius. c. f. fab | calidus | i̅i̅i̅i̅i̅. uir. augustalis | patronus. mun. mon | sacerdos. titial | flauialis. sacr

Gud. ms. 1541, 1, ed. 9, 7 e Ligorio.

172* Monopoli.

dIs. manibus | m. pompedius. m. f. fab | faustus | magister. augusta|lis i̅i̅i̅i̅i̅. uir. municip | monop. i̅i̅. uir. capit | u. f. c | h. m. d. m. a

Gud. ms. 1541, 2, ed. 136, 6 ex Ligorio.

Monopoli.

173* finium | reparata quies | u. c. an. dccxxui | tarentum austrum | et occasum | egnatia graecum | minopolis boream | obtinet

174* heic | babulae cinereis | ennii. uatis. neptis | minonthes. silicius | uir. carus | dolens. posuit

175* hic iacet sepultus | magiolus | caesaris deliciae | gn. magii gnatus | iuuenum decus | .....

Haec protulit Nardelli *la Minopoli ossia Monopoli manifestata* Nap. 1778. 8. (de quo vide *unteritul. Dial.* p. 69) ex Cirulli *(selva d'ora)* et antiquis ms.

III. POLIGNANO.

176* Polignani.

...omini...n.....po... | .....amphitheatri a... | ....lib. tabul. et... | dedic

Pratilli p. 541 a canonico Eusebio Recupero.

177* Polignani.

...caes. antonino aug | ....exercit. uic.. | ...a..c. f. bassian.... | r. fecit

Pratilli p. 542 a Recupero.

178* Polignani.

.....te imp. caesaris | ....hadriani antonini | .....tius......

Pratilli p. 542 a Recupero.

179* Polignani.

..... | ...io caes. n. ser | ...a disp.... coniugi | ...renti fecit u. a xxxu

Pratilli p. 542 a Recupero.

IV. BARIUM.

180* Barii in Apulia.

q. apinio. q. f. quir | prociliano | equo. publico. u̅i̅. uiro | augusT. patrono. et | iiii. uiro. municip. bar | praefecto. fabr | ob. merit. august. d. d

Gud. ms. 1260, 1, ed. 114, 9 ex Ligorio.

181* Barii in Apulia.

dIs. manibus. sac | u. f. c | l. calpurnius. calpurnia|nus. praefectus. fabr | patr. coll. dendrofor | et. tignarior. patronus | coll. orinat. naut. i̅i̅i̅i̅ | uir. quinq. iter. d. d. l. p | sibi. et. calpurniae. f | karissima | et. calpurnio. latino. pri|scillo. eq. publ... | in. fr. p. xx | in. agr. p. xxu

Gud. ms. 1235, 3, ed. 118, 9 ex Ligorio.

182* a Bitunto i̅i̅ p. versus Barium.

arrianus q. fil | ex testamento

Pratilli p. 533.

183* in via a Bitunto Barium.

..... | cineres.....demi | *φιλο...ρ...λ.. νιϰ* | hic seruari iussit | *ροδε.....ορ* | audit ....et her

Pratilli p. 533.

V. TERLIZZI.

Terlizzi (Turricii) in Apulia, ubi musei Borbonici theca calamaria reperta est.

184* c. phenicius. curuus. siculus. c. f. m | d. tra. imp | ad. u. p. cons. op. præ | is | cum. salt. turricii. aduenis | non. mai. ab. ioue. per | rep. exhor. temp | uix. a. xxxix

185* ...i. uiæ fil turri... | ...i. it....d. cccui...

Martorelli in litt. ad Gorium 10 Febr. 1750 (symb. dec. II vol. 2 p. 129) et theca calam. Neap. 1756 p. II. Stulta fraus est, non Martorellii, sed amici cuiusdam, fortasse Agnelli Avitabilis (cf. symb. l. c. p. 132).

VI. MOLFETTA.

186* in agro Molfettae in loco dicto *Vienere* rep.

c. aquilius. i. f. | proc. xx. lib. | ollaria. cum | obrendario | sibi..... | .....

Castaldi p. 39 qui ait se habuisse a Mola.

VII. TRANI.

187* Tranii rep. 1794.

herculi. seruatori | c. elpidius. c. l. faustus | augustalis. ex. uiso | uot. soluit

Castaldi p. 6 ab archidiacono Perna Tranensi. Cf. n. 190*.

188* prope Tranium rep. 1810.

..... | ..... | procuratori. oper. public | praep. leg. uii. fr | patrono. optimo | ..... | .....

Castaldi p. 24 a Perna.

VIII. CANNAE.

189* Cannis.

annibal pauli aemilii romanorum consulis apud cannas trucidati conquisitum corpus inhumatum iacere passus non est; summo cum honore romanis militibus mandauit sub hoc marmore reponendum et ossa eius ad urbem deportanda.

Ughelli Ital. sacra VII, 788.

190* Cannis rep. dicitur 1790.

segestae.... | ....iulius.... | ex. uoto....

Castaldi p. 6. habuit a D. Forges-Davanzati. Suspecta est ut aliae peregrinorum deorum ab eodem auctore prolatae.

IX. CANUSIUM.

191* Cirignolae in loco S. Marci.

neptuno | seruatori | sac | l. cornelius | festus | class. sicil. et | annonae. praef | uot. sol

in latere:

ded. pr. non. dec | seuero. et. quintian. cos

Vulpi Calogerà XIX p. 133 a Pratillio. Mur. 1981, 13 ex Vulpio. Pratilli p. 513 qui addit consulatum.

192* Canusii prope monasterium del Carmine, ubi dicitur *chianca scritta* ad viam qua itur Melfium.

poblicius po..... | liberos | sabellia o. l. saluia | cn. poblicius. felix

Pratilli p. 521 ait se habuisse a Ioanne Bapt. dello Iacono; exstare negat Mola p. 32. Si est genuina, lege initio «*cn.* poblicius po*puli* lib. eros».

193* Canusii rep. 1790.

iano. patri | t. allius. felix | iii. uir. aediculam | ex. uoto. f

Castaldi p. 5 qui accepit a D. Forges-Davanzati.

194* Canusii rep. 1790.

ioui. pluuio | ....

Castaldi p. 3. cui dedit Forges-Davanzati. Fervidam Apuliam refert.

195* Canusii rep. 1794.

d. m | c. herennio. rufo | aug | l. herennius. probus | apollinis. sacerdos | merenti. fratri. f

Castaldi p. 36 qui habuit a canonico Vulturale.

X. VENUSIA.

196* Venusiae.

imp. caesari. diui. traiani | parthici. german. dacic. filio | diui. neruae. nepoti. traiano | hadriano. aug. pontif. maximo | tribunic. pot. xix. imp. $\overline{\text{ii}}$ | cos. $\overline{\text{iiii}}$. p. p. optim. princ | public | uenusinel. col | immun | ann. xx

Gud. ms. 1668, 1, ed. 90, 4 e Ligorio, ex eo Lupoli p. 307. Falsam esse vidit Cimaglia p. 244.

197* Lavelli *Gud. ms.* (male in mus. card. di Carpi *Gud. ed.*).

c. prImidio. c. f. gal. laeno | ueterano. l. uiii. aug. gem | uixit. ann. lxx$\overline{\text{v}}$. mil. an. $\overline{\text{xx}}$ | ex. t. f. p. c | m. prImidius. c. f. gal. allus | leg. caussa. cipp. ii | est. ped. iii. l. p. ui. alt

Gud. ms. 1497, 6, ed. 181, 9 ex Ligorio.

198* ad castrum Loretinum prope montem Vulturem ad sin. Appiae qua Venusiam itur rep. 1733, nunc Loretini apud ducem Giordani.

ueneri | erycinae | uictrici | l. cornelius. sulla | spolia. de. hostib | uoto. dicauit

Pratillius et apud Vulp. Calogerà XIX p. 125; diss. Cort. II p. 177 (inde Mur. 58, 10. 1982, 1.) et Via App. p. 470.

199* ultra Venusiam prope Garanionem.

libero. patri | sac | ludis. triennal | datis. et. popul | epulis. distribu|tis. l. opimius | celsus. orgio|phanta. maximus | d d | iu. kal. nouembr. m | lucullo. et. c. cassio. cos

Vulpi Calogerà XIX, 130 a Pratillio; Mur. 2019, 5 e Vulpio. Mur. cum fraudem intellexisset, cautior factus Pratillius in via Appia p. 478 non ausus est nisi quinque primos vv. afferre et inferne ruptam fecit.

200* Venusiae in S. Trinitatis.

Fortuna cum navis gubernaculo fortunae | salutari | c. iuli. caesaris | dict. perp. p. p | pro. uoto | uenusia *Fortuna cum cornu copiae*

Vulpi Calogerà XIX p. 125 a Pratillio, inde Mur. 1092, 4. Pratilli p. 472. Hunc titulum a nemine Venusiae visum esse fictumque a Pratillio recte ait Cimaglia p. 190.

201* Spinazzolae.

..... | cust. sac. dian | et curat... | quinquen... | hoc monum... | non licet.... | ....

Pratilli p. 478.

202* ad pontem Veneris fl. Aufidi, $\overline{\text{vi}}$ p. a Lacedogna, ad sin. viae quae Venusiam ducit.

imp. caes. m. aur | antoninus. aug | arm. parth. p. p | et. m. aur. commo|dus. aug. procos | reficiend. cur

Vulpi Calogerà XIX, p. 124 a Pratillio. Mur. 2009, 4 e Vulpio. Pratilli p. 469. Lupoli iter Venus. p. 178.

203* Venusiae in monasterio monacharum S. M. delle scale.

diuae | faustinae | pii. aug. filiae | augustae | col. uenusia | d. d.

Pratilli p. 474, inde Lupoli p. 309. Cimaglia p. 243 frustra ait se quaesivisse et de sinceritate dubitat.

204* Spinazzolae.

dn. n. constantino | pio. fel. aug. perp. p. p | triumphatori. orbis | ordo. et. plebs. uniuer|sa. uenusinorum | d. d.

Vulpi Calogerà XIX, 129 a Pratillio. Mur. 1092, 5 e Vulpio. Pratilli p. 478. Inde Lupoli p. 310.

205* Spinazzolae.

l. modio. l. fil | septimiano. tib | $\overline{\text{ii}}$. uir. uenus. praef | i. d. quaestori. et | praef. fabrum | cn. aurelia. maxima | uxor. pientis. fecit | uix. ann. lii. m. i. d. xii.

Vulpi Calogera XIX, 126 a Pratillio; Mur. 1092, 6 e Vulpio; inde Lupoli p. 320.

206* *passata Venosa ed il fiume Iumara (Dauno), rimpetto al luogo detto la Foresta dove è un grandioso sepolcro.*

dis. man | ti. naeuio. t. fil | firmo | praef. fabr. proc | alimon. curat. uiar | c. naeuius. frater | fecit | h. m. s. s. e. h. n. s | infr. p. xii | inagr. p. xiii

Pratilli apud Vulp. Calog. XIX, p. 127 (ex eo Mur. 2024, 1) et in App. p. 475. Lupoli p. 321.

207* Venusiae ad sinistram viae quae Spinazzolam ducit.

m. aurelius. m. f
siluianus
trib. milit. aidil
q. praef. uigilum
in. maced. prof
mercurio. pacif
pericul. superstes
uot. sol
iu. kal. ianuar
gn. lentulo. m. crasso. cos
pro. cuius. dedicat. statuae
....

Vulpius Calogerà XIX p. 128 a Pratillio; e Vulpio Mur. 2029, 1; ipse Pratilli edidit p. 476 (inde Donat. 156, 1) et cum Mur. de fide lap. dubitare vidisset, ut suspicionem averteret hic addidit se lap. evanidum supplevisse ut potuisset.

extra Venusiam in saxo praegrandi.

m. aurelius. m. f
siluianus
trib. milit. aid. q
praef. uigilum

mercur. pacif
periculo. superstes
uot. solu. l
iu. kal. ianuar
cn. lentulo. m. crasso. cos
ob. cuius. dedicat. obtulit
decurionib. et. uniuerso. pop.
....

Lupoli p. 289.

Haec inscriptio defensa est a Kellermanno vig. p. 31 a suspicione falsitatis, propter testimonium Lupoli hominis ut ait veracissimi; nobis qui saepissime dolos eius et fallacias coarguimus longe aliter de ea statuendum est. *Mercurium paciferum* nemo novit nisi ex Ligorio; ordo honorum confusus est, nam debuit esse «trib. milit. q. aid»; praefecti vigilum non erant ordinis senatorii; denique eo tempore (14 a. Chr.) ne instituti quidem erant neque placet cum Kell. cogitare de praef. vigilum aliquo ad tempus constituto. Sed quid opus est argumentis sub oculis posita fraudis ex altera alterius generatione?

PARS PRIMA.

BRUTTII.

Bruttiorum agrum non adiisse me minus doleo, quoniam et subsidia satis sufficiunt et paucae admodum inscriptiones Latinae in iis partibus reperiuntur. Brocchius geologiae scientia clarus et praeter morem Italum itinerum et laborum patiens, cum ante XXX fere annos peragrasset totam Calabriam quae nunc dicitur, si quid novi inscriptionum Latinarum detegere posset rogatu amici Borghesii intentus, affirmavit in Mediolanensibus ephemeridibus (*Bibl. Italiana* XVII, p. 219) omnia oppida in littore maris Ionici, item in Iapygia destituta esse lapidibus antiquis, ut Sybari, Heracleae, Metaponti ne unus quidem titulus extaret. Latinorum titulorum paucitatem si quis Graecorum copia compensari arbitratur, non minus errat. Cuius rei causas et rationes explorare neque huius loci est neque facilis negotii; barbarorum crebrae incursiones, loca horrida et paludosa et deserta, incolarum incuria accusari possunt, sed minime rem explicant, haec enim fata ubique sustinuerunt lapides scripti, reliquiarum reliquiae. Quo tempore in his oris Graeca oppida floruerunt, nulli tituli scribebantur; post ruinam eorum admodum tempestivam ager Bruttiorum ut Lucanus a Romanis neglectus est vilicisque et saltuariis opulentorum hominum traditus. Coloniae si quae erant, non curabantur. Ita e. c. eius oppidi, quod fuit primum Sybaris, deinde Thurii, denique Copia, ne unus quidem titulus Graecae aetatis extat; Latinae extat unus, antiquus, saeculi fortasse septimi, inscriptio basilicae a censoribus (municipalibus) fabricatae, alius nullus. — Multos titulos in Bruttiis extare et adhuc nos latere eo minus credo, quod Calabrorum indoles litteris et rerum antiquarum studio dedita est; si esset quod ederetur vix effugisset tot chronicorum scriptores.

Primus qui colligeret epigrammata in Bruttiis, non numero quidem sed praestantia insignia, fuit *Prosp. Parisius* patricius Romanus (*rariora Magnae Graeciae numismata* 1592; cuius libri non vidi nisi ed. Germanicam, quam I. G. Volckamerus curavit a. 1683). Sed longe principem locum obtinet in re epigraphica Bruttiorum *Georgius Gualterus,* qui edidit *tabulas antiquas Siciliae et Bruttiorum* Messanae 1625 (editio Panormitana 1624 ab auctore reiecta est). Germanus ille, qui ante ducentos annos peragravit Italiam epigraphiae causa, hoc specimine edito naufragio periit una cum schedis suis, exceptis paucissimis, quae inter copias Barberinas servatae sunt, pertinentes ad Beneventum. Egregius auctor est, testis oculatus et accuratus; liber complectitur totum agrum Bruttiorum. Indigenarum chronica de universa provincia, ut *Gabrielis Barrii de antiquitatibus et situ Calabriae* libri quinque (cum notis Thomae Aceti Rom 1737 fol.) et *Fiore, Calabria illustrata.* (Napoli 1691. 2 voll. fol.) rem epigraphicam non augent. Sed non negligendi fuerunt libri de uno alterove oppido scripti, per quos aliquid profecimus in lapidibus Crotonis, Vibonis et Reginis.

1. Croton. *Nola-Molisi Cronica di Crotone.* Nap. 1649. 4. pp. 208. Pleraque quae affert longe meliora habemus a Gualtero; pauca nova addit. Versuum distributionem non dedit ad lapides.
2. Vibo. Huius oppidi, quod inscriptionum copia omnia reliqua Bruttiorum antecedit, lapides collegit nostra aetate *Vitus Capialbi,* patriae decus neque apud exteros ignotus, primum in dissertatione *Cenno sulle mura d' Ipponio col giornale degli scavi di Montelione* (Memorie dell' Inst. di corr. archeol. T. 1. p. 157 sg.), deinde in *inscriptionum Vibonensium specimine* (Neap. 1845. 8. pp. 74.). Apographa satis emendata sunt, lacunae tamen non bene notatae. — In Capialbi libros transierunt paucissimae inscriptiones, quas enotaverunt *Bisogni* (*Hipponis historia* Neap. 1710. 4. pp. 412) et *Hilarius Tranquillo* (*Istoria apologetica dell' antica Napigia, oggi detta il Pizzo.* Nap. 1725 4.) Hunc librum non vidi, Bisognii vidi.
3. Regivm. *Iosephus Morisanus* (*inscr. Reginae dissertationibus inlustratae.* Neap. 1770. 4. pp. 496) docte disseruit de inscr. Regii, sed eae graecae fere sunt, paucae tantum latinae. Post eum *Iosephus de Logoteta* in libro: *il tempio di Iside e Serapide di Reggio illustrato.* Nap. 1794. 8. pp. 104 primus edidit aliquot titulos Reginos post Morisanum repertos.

De reliquis auctoribus non opus est aliquid praefari; itinerum et ephemeridum scriptores et qui syllogas instituerunt, subinde dederunt aliquid. Apud Gruterum paucissimae inscriptiones agri Bruttii leguntur, et eae quidem maiore ex parte excerptae sunt e Parisio. Deinde Gualterum exscripserunt Sponius, Fabretti, Muratori; huic miserunt alias amici ex Calabria, sed his noli fidem habere. In Bruttiis enim ut alibi ubi in ipso diluculo litterarum incipiebant labores archaeologorum, multa et puerilia commenta videntur extáre in schedis antiquis, quibus usos credo Muratorii amicos. Ipsis enim falsi crimen obiicere nolo. Falsa eius modi misit Muratorio P. Elias Amati; plura P. Scarfò monachus Basilianus, praesertim seriem titulorum graecorum pessime fictorum (Mur. 1817. 1818); denique Angelus Zavarronius ICtus, qui Montaltinis suis et Metapontinis aut decipere voluit aut ipse deceptus est, Crotonenses e Nolae libro descripsit. Tafurium, qui et ipse cum Muratorio lapides Bruttios communicavit, Gualteri et Ughellii libros expilasse puto.

BRVTTII.

I. REGIVM. IVLIVM.

(Reggio)

1 Regii rep. 1789 in demolienda turri Iulia, epistylium.

ISI· ET· SERAPI· SACRVM
Q· FABIVS· TITIANI· LIB· INGENVVS· SEVIR
AVGVSTALIS· FAB· CANDIDA· SACRORVM· S· P

Logoteta librum singularem de hoc titulo edidit, quem supra citavimus

---

2 Regii ara marmorea ad sedile nobilium prope Catholicam ecclesiam.

VICT
G SACR

Morisani p. 483 qui supplet *Victoriae reg.* (malim *Aug.*) *sacrum.*

---

3 Regii rep. 1577 extra portam Iudechae nunc clausam, auctore Theganio quem citat Morisani. Gualt. vidit prope D. Mariam Catholicam.

CORRECTORI LVCANIAE
ET BRITTIORVM
INTEGRITATIS CONSTAN
TIAE MODERATIONIS
ANTISTITI ORDO
POPVLVSQVE REGINORVM

Gualt. 363; ex eo Fabretti 102, 237. Mur. 1076, 3 a Tafurio, fortasse ex eodem. Vidit etiam Holsten. ad Cluv. p. 302. Morisani marm. VIII. — In coronide Theganius legit litteris exesis ANTONIVS, Gualt. ....V..., nunc novicia carmina superne sculpta sunt. — 4 CIAE Gualt. — 6 RHGINORVM Mor., RHEGINVS Mur., sed H deesse testatur Holsten.

---

4 Regii nuper rep.; extat in atrio palatii archiepiscopalis. *Moris.*

REGINIS
IVLIENSIBVS

Morisani p. 305.

---

5 Regii rep. extra moenia ad duo diruta aedificia hemicyclica post maioris arcis vallum; affixa nunc ubi quotidie affiguntur edicta municipalia non sine quotidiano lapidis detrimento. Litterae non sunt bonae.

TI· BERVENVS· TI· F· SABINVS IIIIVIR ÆD
POT · II · TESTAMENTO LEGAVIT · MVNICIP
BVS REGINIS IVL· INPRYTANAEO STATVAM
AEREAM MERCVRI· TRVLLAM ARGENTEAM
ANAGLYPTAM· P IIS :: · LARES ARGENTEOS
SEPTEM P· IIS : PELVEM AEREAM CORINTHE
AM ITEM IN TEMPLO APOLLINIS MAIORIS
PVGILLARES MEMBRANACEOS OPERCV
LIS EBOREIS PVXIDEM EBOREAM TABV
LAS PICTAS XVIIII
HEREDES EIVS
PONENDA CVRA
VERVNT

Titulus iam per Kiriacum Ancon. (Mich. Reg. p. 97) innotuit. Partem eius edidit Panvin. Rom. p. 743 ed. 1558 (inde Manut. orthogr. 682, 1. Grut. 174, 2.). Integrum exhibuerunt codex Waelscapple f. 98 et Ligorii (v. Gud. ad Grut. 174, 7), item Verderi (v. Grut. 174, 7). Ed. primus Parisius rariora M. Gr. num. 1592, p. 29 ed. 2; unde et ex cod. Verderi sumsit Grut. 174, 7. — Vidit deinde Holstenius (ad Cluver. p. 302). — Secutus est Gualterus n. 358, a quo accepit Mur. 475, 1. — Postremus edidit Morisani p. 266 aeri incisum. — 1. TIBER VENVSTI F Chaupy qui lap. examinavit apud Morisanium p. 482, quam lectionem sequor. TEBERVENVS TI· F Gualt.; TI· EFRVENVS· TI· F Panv.; TI· TARFENIVS· TI· F Grut.; T· TAREFENVS T· F Paris.; T· HERVENVS· TI· F Kir. Waelsc.; T HERVENVS T· F Moris.; T· ERVENVS Lig. — IIIIVIR unus Waelsc.; IIVIR Ligor. ap. Grut. et Gualt.; TRIVIR Kir. Moris.; TRIVMVIR Paris.; om. Panv. Manut. Grut. — AD (pro ÆD) Waelsc. Paris. ÆD· POT. II om. Panv. — 3. MVNICIPIB· Grut., MVN (pro MVN) Moris. — RHEGINIS Panv. Manut. Paris. Grut., sed H deesse auctor est Holstenius. — IVLI. Grut. — PRYTANEO Kir. Waelsc. Grut. Gualt. PRITANIACO Paris. — 4. AE· ME· TRVLLAM om Kir. et TRVLLAM ante LARES ponit. AVREAM· MERCVRII Paris. — 5. P· om. Paris. — Puncta post S om. Grut. (in textu) et Moris., habent Paris. Verderus Gualt. P· II· S· ::== Kir. P· IISIIII Waelsc. — 6. do ex Moris. et ita Paris., nisi quod : omittit. P· H· S· E· PELBEM Gualt. P· II∾ IL· PELBEM Grut. (sed in not. Verd. S :=) P· II· S· L. PELVEM Kir. P· II· S E PELVEM AERAM Waelsc. — CORINTHIAM Paris.; AM ad v. 6 reiecit Morisani. — 7. APPOLLINIS Waelsc. — 8. MEMBRANACIOS Grut. MEMBRANARIOS Waelsc. — 9. EBURNEIS Kir. EBORIS W. — PYXIDEM W. Paris., PIXIDEM Grut. — EBOREAM Gualt. — 10. XIIII Paris. — 11. HAEREDES Paris.

---

6 Regii in aedibus Fab. Venetiani e regione portae S. Philippi. *Gualt.*

D· ∞ M·
FABIA SPERATA
SALLVSTIS
AGATHOCLES
OCAERODIOS
ATOICEHOHCAN

Marcantonio Politi Cronaca di Reggio l. 1, f. 32 q. n. v. (inde Fiore Cal. illustr. I, 293. Barrius p. 195). Melius Gualt. n. 359 (ex eo Mur. 1460, 7). — Politi SALLVSTII AGATOCLES O KA· ερoδιος αντις ερυδαν. Morisani p. 126 recte ita explicat: *Fabia Sperata Sallustius Agathocles ὁ καὶ Ῥόδιος αὐτοῖς ἐποίησαν.*

---

7 Regii rep. in hortis ad eccl. S. Michaelis Archangeli.

D· M
SEX· FABIVS· CELS*us vix*
*a*NNIS · XXVIIII· MENS////
*d*IEM · I· PARENTES· ET
FRATRES· PIISSIMO· FECER*VNT*

Logoteta p. 57.

II. LOCRI.

(Gerace)

8 Gerace in quadam officina; Gualt. err. typ. ponit Tropiae. Ara ornata.

IOVI OPTI
MO MAXIMO
DIIS DEABVS
QVE INMOR
TALIBVS ET
ROMAE
AETERNAE
LOCRENSES

Scheppig descripsit Kellermanno; aeri incisam dedit dux de Luynes Mon. Ined. d'Inst. I, pl. XV a. — Gualt. 370. Mur. 11, 7 a Tafurio, 1054, 5 e Gualtero Arditi vaso di Locri p. 28. Alios praetermisi.

---

9 Locris rep. 1817.

D· M·
FELIX· VIXIT· AN
NIS· X· COLLE
GIVS· CANN
OFORORVM
B· M· P

Ed. Capialbi esposizione di un raro Niccolo al Consigliere Padula, edita et in eph. Regiensibus q. d. *Fata Morgana* et in libro inscripto *le ore solitarie.*

---

10 Locris.

D· M·
C· CORNELI
VS· TROILVS
IIII·VIR·A·P·IIII·VIR
IVR· DIC· Q· P· P· ET
ALIMENTARI
AE· VIX· ANNIS
XXX· MENSIBVS
V· SESTIA· PON·
TICE · FILIO · DVL
CISSIMO· FEC·

Ed. Capialbi in *Fata Morgana* s. d. 15 Iulii 1833 num. I. ann. II.

---

11 Gerace in S. Philoxenae.

D ∞ S
P· VACELLIO· P
FIL· PVSILLIONO
SPLEND· EQ
R· PATRON· MV
NICI*pii* HERE

Gualt. 371 (ex eo male Mur. 1112, 1). — 1. D. O. S Gu.

---

12 Gerace in S. Philoxenae.

D· M
CANTINIA
·HIMAVS

Gualt. 372.

---

13 Gerace penes Andream Paciulli.

D· M
CL· PRIMI
TIBA· VIX*it*
ANNIS · XXVII
IVCVNDI*nus*
CONIVG· B· M· F

Gualt. 373 (ex eo Mur. 1326, 9) qui 3 VIXLI, 5 IVCVND lac. non ind.

---

14 Gerace in loco dicto *Cento camere.*

QVINTIONI
FLACCI· VILICO
PHILEMATICVM
SIBI· ET· CONSER
DE · SVO · FECIT

Bullettino Napoletano anno I, p. 8.

---

15 in ruinis Locrorum.

D ∞ M
P· VAGELLI · P· L· LACONIS
VIX· ANN· LVII· M· VI· D· IIII
FILIVS· PATRI· B· M· F

Voyage pittoresque de Naples et Sicile III, p. 118.

III. VIBO. (*Montelione*)

16 Olim liminis loco (unde margine superiori litterae detritae sunt et dimidiatae) Mileti in ianua eccl. episcopalis; post terrae motum Calabriae a. 1783 illata in Museum Borbonicum, ubi nunc extat inter sacra. Mur. male Regii ponit.

Q· VIBVLLI· L· F· Q· N· C· CINCIVS· C· F· PAVL· IIIIVIR· I· D
SIGNVM· PROSERPINAE· REFICIVNDVM· STATVENDVMQVE· ARASQVE
REFICIVNDAS· EX· S· C· CVRARVNT· HS· DCCↀXX· MAG· FVERE· HELVIA· Q· F· ORBIA· M· F

Descripsi. Primus ed Parisius rariora magnae Graeciae numismata Rom. 1592, p. 30 ed. 2 (ex eo Grut. 97, 8); Mur. 128, 7 e Gualtero (?) aliique multi, sed male omnes. Correxi ego Bullett. dell' Inst. 1846, p. 143. — Prima littera v. 1 potest esse et Q et L.

17 Mileti apud Lombardum Comitem.

CASTOR· POLLVX

[dioscuri cum equis.]

VOTVM· SOLVIT

Capialbi inscr. p. 10.

18 Montelione in museo Capialbi, rep. m. Ian. 1834 in agro.

FVLGVR
DIVM

Capialbi inscr. p. 10 et in litt. ad Kell.

19 Montelione supra Marzanorum aedium ianuam.

AVGVSTO

Ex Bisogno dedit Capialbi inscr. p. 11.

20 Tropiae apud Capucinos.

LATIAE· P· F· AV
LEIAE· AVRNAE
SACERD· AVG· SE
V..........E
G...........
D..........G
X...........

Gualt. 369, quem pessime exscripsit Mur. 159, 5.

21 Montelione in museo Capialbi.

TI· CLA
CAES
MANIC
XI·COS·V

Capialbi mura d' Ipponio p. 180, inscr. p. 11.

22 Montelione in museo Capialbi.

.....INI· PII.....
.....ABNEPO.....
.....ET· DIVI.....

Capialbi mura d' Ipp. p. 191, inscr. p. 36.

23 In latere basis quadratae, in cuius summa parte quattuor loculi visuntur ad vasa mensurasve recipiendas. Extat Montelione in atrio collegii.

Q· BARONIVS· Q· F
L· LIBERTIVS· C· F· PONT· MAX
IIII·VIR·I·D·Q·C·P·EX·S·C·CON·HS

24 Montelione ad parietem domus quondam Fiaschè prope portam S. Antonii, rep. 1832.

....Q· F· AVGVR
PONTIFEX· MAXIM
EX· S· C· STAT· CVR

Ed. Capialbi n. 23 mura d' Ipp. p. 192, inscr. p. 12; n. 24 mur. d' Ipp. p. 193, inscr. p. 11.
Videntur duo exempla eiusdem tituli vel potius tituli duo non multum diversi, alterum a sinistra fractum, alterum a dextra; more suo Capialbi non accurate indicavit, ubi lapis fractus sit. E Baronio libenter fecerim Laronium, quae est nota gens Vibonensis. In prioris tituli v. 2. PON. mur. d' Ipp., PONT. inscr. Sigla Q. C. P interpretatus est Borghesius in litteris apud Cap. inscr. p. 13 — 18 *Quinquennales Censoria Potestate*; ubi pontificem maximum in coloniis ex lapidibus praesertim Vibonensibus adseruit. — CON. HS, si recte lectum est, interpretor CON*stat* HS.......

25 Montelione ante S. M. Dominicanorum; non exstat.

L· LABERIO· L· L
OPTATO
ORNAMENTIS· CENSOR
HONORATO· VIX· A· XXII
CLVTORIAE· L· F
QVARTAE
VIX· AN· XXIIII
MATER· FILIAE· ET· GENERO

Gualt. 375 (ex eo Mur. 712, 2). Capialbi p. 22.

26 Montelione apud Didacum de Francia S. Catharinae Marchionem.

Q· MVTICILIO· Q· F· AEM· SEX· DECCIANO· QQ C· P·
Q· P· P· EQVO· PVBL *ho*NORATO· AB· IMP· DIVO· HADRIANO
ALLECTO· IN· *Decu*RIS· AB· IMP· ANTONINO· AVG· PIO
PATRONO· MVNICIPII· OB· AMOREM· PATRIAE· ET BENEFICENTIAM
MVLTAQVE· MERITA· EIVS· EX· CONSENSV· POPVLI· CVIVS· OB
DEDICATIONEM· ITERVM· DECVRIONIBVS· HS· VIII· N· AVGV
STALIBVS· HS· VI· N· POPVLO VIRITIM HS· IV· N· DEDIT
L· D· P· P· D· D·

Primus vid. edidisse Romanellius in eph. cuius mihi copia non fuit, unde repetiit Millin. magasin. encycl. 1812. 2. p. 403. Capialbi inscr. p. 19 quem sequor in vv. div. — 1 DECIANO Mill. — 3 C..VRIS Mill., improb. Cap. 4 MVNICIPI Mill. — ...FICENTIAM (om. *bene*) Mill. — 6 AV...IBVS Mill. — IIII DEDIT (om. N.) Mill. — 7 PVB Mill. pro P·P.

27 Montelione ad domum Francisci Lentini Baronis D. Calogori. Nunc vid. extare in aedibus Marzanis.

D M
//// SATRIO L F INGENVO
IIII VIR AED POT
VIX AN XXIIII
PATER F B M FECIT

Gualt. 376, inde Mur. 742, 5. Capialbi inscr. p. 23; qui 4 XXVIIII vix ex marmore. Lacunam initio 2 ego indicavi.

28 Montelione in aed. Marzanis.

//// CVRANTE
//// ANIO· LAR
/// ANO· QQ· C· P·

Capialbi mura d' Ipp. p. 193 inscr. p. 18. Lacunarum signa addidi ego.

29 Montelione in museo Capialbi.

.... QVINTA ....
.... E· SACERDOS· PE ....
.... NAE· EXORNATVM· POI ....
.... ENSA· SVA· IT· AQVA· IN· ID· PE ....
.... ONIBVS· SING· HS VIII N AVGV ....

Capialbi inscr. p. 10. Mura d' Ipp. p. 190 dedit v. 2 POI pro PE, v. 5 ....NIBVS et AVGVST..... — v. 4 leg. vid. ET· AQVA· IN· ID PEC. *sua adducta.*

30 Montelione in museo Capialbi.

M· S·
MARCIANO
O· POL· PRAEF
I· ORN· CEN......
AN· LIX
......FEC

Capialbi inscr. p. 26.

31 Pizzo.

M· S·
NICIVS· FESTI
IIII· VIR

Ex Hilarii Tranquilli historia del Pizzo Capialbi inscr. Vib. p. 35. Lacunam ego indicavi.

32 Montelione in museo Capialbi.

....OTI· MARCI	........OTI MARCI
....NTONI· PATRI	NTONI PATRI
....C·AP.....P	..............P
....RAM· FABR	FABR...........
....NVM·DECRETO	...... NVM DECRETO

Capialbi mura d' Ipp. p. 190. inscr. p. 18. Exempla utriusque editionis magnopere inter se diversa exhibui.

33 Montelione in lamella aenea aurata penes Capialbum.

ƆMREI
DEBI
CI..VEN
AS· PVB·
S· ∞

Capialbi inscr. p. 38. Mur. d' Ipp. p. 191 legit 1 ...MRE..., 3 ...I·VEN....

34 Montelione olim in hortis de Signoretta.

C· T· C·
MARC
RILLA
L· D

Ex Bisognio III, 3 Capialbi inscr. p. 34.

35 Montelione in aed. Marzanis *Gualt.* Mur. 1629 in Sicilia collocat, 1517 Romae.

C· ALFIDIVS
C· ET· Ɔ· LIB
CHRYSANTVS
VIX· ANN· XI

Gualt. 384. Mur. 1517, 4 a Ficoronio; 1629, 1 ex Scarfò et Gualtero. Capialbi p. 29 repetiit typum Gualteri.
Huius tituli duo exempla habemus, alterum Gualterii, alterum Patris Scarfò:

Gualt.	Scarfò.
C· ALFIDIVS	C· ALFIDIVS
C· ETƆLIS	C· ET· Ɔ
CHRYSMVS· YSANTVS	LIB· CHRYSANTVS
VIX· ANN· XI	VIX· AN XI

In Gualteriano videtur inesse dittographia, haerente descriptore in cognomine utrum legeret CHRYSMVS an CHRYSANTVS. Ficoronius plane expressit typum Gualterii (nisi quod LIB pro LIS, CHRYSIMVS pro CHRYSMVS, X pro XI), videturque ab amico aliquo Vibonensi non lapidem accepisse sed apographum e Gualtero exceptum.

36 Montelione in museo Capialbi.

D· M· S
AMPLIATVS
VIX· ANN· XXX
CONIVNX· B· M· P

Capialbi mur. d' Ipp. p. 189 inscr. p. 32.

37 Mileti apud Lombardum Comitem; rep. prope portum Vibonensem 1835.

D· M
ATHENAIDI
MATER· FI
LIAE· DVLC
ISSIM· FECIT

Capialbi inscr. p. 35.

38 Montelione in aed. Marzanis. Male Mur. in Sicilia collocat.

D· M· S
ATILIA· HYGIA
VIX· AN· XXXV
ATILIVS· EVHODVS
CONIVG· B· M

Gualt. 379, inde Mur. 1304, 6, Capialbi inscr. p. 27.

39 Montelione in museo Capialbi.

D· M· S
M· AVRELIVS
M· F· MAXIMVS
VIX· AN· XXV· AVRELIVS
AFRICANVS· VIX· A· LXIII
FRATRI· ET· PATRI

Capialbi mur. d' Ipp. p. 190. inscr. p. 31. mur. d' Ipp. in fine: V· A· LXIII· FATRI (sic) ET PATRE ('sic' Cap.)

40 Montelione apud Phil. Iac. Pignatarium.

M· CAERELLIVS· M· L
HERACLIDA

Capialbi inscr. p. 34.

41 Montelione in aed. Marzanis.

D· M· S
COTTIA
FELICVLA
VIX· A· LVII
FIL· MATRI
B· M· F

Gualt. 381; Mur. 1253, 5 a Tafurio; Capialbi inscr. p. 28. — 4. LVII Gualt. LVIII Mur. Cap.

42 Montelione, videtur extare in aed. Marzanis. Aliud exemplum se habere Ficoronius Muratorio retulit, si quidem Ficoronius lapidem habuit, non apographum Vibone missum, quod magis credo.

D· M· S
CRATO
V· A· XXXV
PARENTES

Gualt. 377. Mur. 1157, 3 a Tafurio et Ficoronio. Capialbi inscr. p. 27. — 1 om. Mur.; D· M Cap. — 2 VIX· AN· Mur. In fine F add. Mur.

43 Montelione in museo Capialbi.

d· M· s
iuLIAE· MI
RINE· RAIA
CHARIS· MA
TRI OPTIMAE

Capialbi mur. d' Ipp. p. 180. inscr. p. 38.

44 Montelione in museo Capialbi, urnula.

DIS· MANIB
SEX· MANLLI
SEX· F· LVPI
V· A· VII· M· VIII· D· X

Mur. 1706. 15 a Scarfò. Capialbi inscr. p. 31. — 1 MANIBVS Mur. — 2 MANLLI Mur. Cap. — 4 M. VII· Mur.

45 in S. Pancratii monasterio Basilianorum in Calabria *Mur.*, quod videtur esse prope Pizzum.

D· M· S
MINICIA
EVTYCHIA
VIX· AN· LXXV

Ex Hilario Tranquillo (istoria del Pizzo Nap. 1725) affert Capialbi inscr. Vib. p. 36; a Scarfò monacho Basiliano accepit Mur. 1712, 7. — 3 EVIRCHIA Capialbi

46 Montelione in aed. Marzanis.

D· M· S
MVNATIA
LIMENE
VIX· AN· XXXV
FILIVS· MATR
PIENTISSIMAE· F

Gualt. 383 et inde Mur 1267, 10, melius Capialbi inscr. p. 29. — 4 XX pro XXXV Gualt. — 6 PIENTISSIM Gualt.; improbante utrumque Cap.

47 Montelione in museo Capialbi.

D· M· S
M· NVMISI
VS· COMMOD
VS· VIXIT· AN
IS· IV· FIL· PAT.....

Capialbi inscr. p. 32; male ed. mura d' Ipp. p. 190.

48 prope muros Vibonis rep. 1833, alt. palm. 2½, larg. p. 3.

D· M· S
T· SCAEPIVS
DIONYSIVS
VIX· AN· XVII
PVLLIVS· DIONYSIVS
FILIO· OPTIMO· ET· SIBI

Capialbi inscr. p. 35 et in litteris ad Kellermannum. — 1 om. Cap. ed. — 2 SCAEFIVS ed.

49 Montelione in aed. Marzanis, litteris saeculi Augustei *Cap.*

C· SEGVLIO· C· F· CAM
TIFLANO
ALEXANDER· L· ERGA· SE
BENE·MERENTI· DE· SVO· FECIT
C· SEGVLIO· ALEXANDRO
MALLIAE· ZOTINI V
C· SEGVLIO· AMILLO· V· A· XXVII
H· M· S· S· E· N· S·

Gualt. 380, Mur. 1558, 8 a Tafurio, Capialbi inscr. p. 28. — Init. add. Mur. D· M· S· — 1 C· init. om. Mur. — SFGVLIO Gualt. — 6 ZOTINIV Gualt. (= Zotini vivit) ZOTINI Mur. ZOTINIAE Cap. — 7 AMILLIO Cap.

50 Montelione in museo Capialbi.

D· M· S
TITIRIA· AN
TIOCHIS· VI
XIT· AN· XIIII· M· IIII
DIES· VIIII· MATER
FILIAE· FECIT

Capialbi inscr. p. 33.

51 Montelione; nunc desideratur.

D· M· S
TVRILLIA
QVINTA· VIX
AN· XV· MEN· VI
DIE· XX· M· AEL·
PATER· ET· MA
RITVS· B· M· F

Mur. 1223, 4 a Scarfò. — 6 corruptus est; falsa enim non videtur esse haec inscripto, etsi venit ab auctore suspecto.

52 Montelione in aed. Marzanis.

D· M· S
TVRILLIVS
AMIANTVS
VIX· AN· LVIII
VXOR· MARITO
B· M· F

Gualt. 378, inde Mur. 1411, 11. Capialbi inscr. p. 27.

53 Montelione in aed. Marzanis.

D· M· S
L· VAGELLIVS· FELIX
VIXIT· ANN
XXXVIIII
CONIVNX· B· M· F

Gualt. 382. Mur. 1412, 9 a Tafurio. Capialbi inscr. p. 28. — 2 L· om. Gualt. — 3 VIX. Mur — 5 CONIVX Mur.

54 Montelione in museo Capialbi.

D· M· S
FRIGETVS· VI
XIT· ANNIS· XXII
FRATER· BEN· ME
renH· FECIT *"sic" Cap.*

Capialbi mur. d'Ipp. p. 189. inscr. p. 32. — 2 scr. EPICTETVS vel eiusmodi quid. FRYGETVS mura d' Ipp. 4 BENE mura d'Ipp.

55 Pizzo in platea.

D· M
Q· INSTI
FLORIN

Ex Hilarii Tranquilli istoria del Pizzo (Nap. 1725) Capialbi inscr. Vib. p. 35. Mur. 1688, 7 ex eodem, ut vid., per P. Scarfò. — FLORI·N Cap.

56 Montelione in museo Capialbi.

..... A· IIII
..... RVM QVATTVOR
..... MATRIS· MISERAE
..... QVE· ME· RAPVIT
..... EMPER···HVIC

Capialbi inscr. p. 37.

57 Montelione in aed. Marzanis, in urnula. Mur. male in Sicilia collocat.

A· E· M
FORTVNATVS
EX· T· F· I

Gualt. 385 (inde Mur. 1777, 8. Capialbi inscr. p. 30).

58 Montelione in museo Capialbi.

ILA......
ANNIS......
VII

Capialbi inscr. p. 36.

59 Montelione in domo Marzanorum.

..........ITEST
S· FIERI· F
.......ME· ANN
POT Æ ....

Bisogni p. 134. Capialbi inscr. p. 57.

60 Montelione in museo Capialbi.

... SAE· SECVNDA ...
.. OS· XVIII

Capialbi mur. d'Ipp. p. 191. inscr. p. 36.

61 Montelione in museo Capialbi.

..... M· S
..... HODI
..... NN ...

Capialbi inscr. p. 36.

62 Montelione in museo Capialbi.

.... DIVS · VIX. .ANN. ...
XIIII· PIVS ....ANN
.... SALV.......

Capialbi mur. d' Ipp. p. 190. inscr. p. 33. mur. d' Ipp. 2. ita: PIVS. .I·N. .V...

63 Montelione in museo Capialbi.

PATER· FIL.....
DVLCISSI.....

Capialbi mura d'Ipp. p. 191. inscr. p. 36.

64 Montelione in museo Capialbi.

.....LLIA.....
.....ER· FIL.....
.....RISSIM.....

Capialbi mura d'Ipp. p. 191. inscr. p. 36.

65 in fistula plumbea mus. Capialbi.

P· OLLI· CN· F· FELICIS

Capialbi inscr. Vib. p. 37.

66 in pago S. Cononis apud Briaticum rep. 1840.

+ PAVLVS INFAS BIC RECVI
ESCIT PER INDITIONEV
CVI BICSIT ANNOS III
M ÇII ET DEPOSITVS
⁜ OCTOBRIS FLT

Capialbi inscr. Vib. p. 50.

67 in pago S. Cononis apud Briaticum rep. 1837.

☧ BM HVIC TVMV
LO REQVIXCIT IN PACE
PEREGRINVS DIAC
QVI VIXIT AN PLM
L DEPOSITVS EST
SVB D IIIII D OCTO
BRIS INDVXV "sic"
DECIES PSC BASILI
VC CONSL

Capialbi inscr. Vib. p. 48. v. ult. err. typ. CONLS

IV. SCYLACIUM = MINERVIA.

(Squillace)

68 prope Squillace dicitur reperta a. 1762 in loco dicto *la Maddalena* II· M. p. a mari, M. p. a monte Moscio, viginti passibus a fluvio. *Partitari.* – rep. in agro DD. Pepe *nov. Fior.* — extat in camera sub quadam domo *Voy. pitt.* — Brocchi Bibl. Ital. XVII, p. 219 ait extare Squillacii inscriptionem editam, quae non potest esse nisi haec. Cf. etiam Grimaldi studj sulla Calabria ult. 2ª p. 35.

IMP· CAESAR· T· AELIVS· HADRI
ANVS· ANTONINVS· AVG· PIVS· PONTIF
MAXIM· TRIB· POTEST· VI· COS· III· P· P· IMP· II p. C. 143
COLONIAE· MINERVAE· NERVIAE· AVG
SCOLACIO· AQVAM· DAT

Ianuarius Partitari de hoc lapide scripsit peculiarem commentarium (Nap. 1762, 4.), unde exscripserunt alii ut e. c. Vargas Macciucca spieg. di un raro marmo greco (Nap 1791) p. 8. — Eodem anno ediderunt editores Nov. Fior. 1762. p. 288. cf. 1765. p. 59. – Ex lapide dedit Voyage pittoresque T. III, p. 142. – Frater Archangelus de Squillacio descripsit Donato 349, 8; denique Kellermanno descripsit Scheppig.
Lapidem extare negari non potest in tanto auctorum consensu; quid quod auctores itinerarii Gallice scripti notaverunt lapidem longum esse pedes 5½, altum poll. 22. Litteras Partitari dicit optimae notae; at nov. Fior. ita: "*La forma delle lettere è de' tempi bassi perchè l' I è gotico* "*e il dittongo Æ stà unito, nè le altre lettere sono migliori,* "*ma non può essere apocrifa, perchè si è trovata in un* "*podere della nobile famiglia Pepe, e da un pezzo in* "*quella città manca chi possa averla finta e sotterrata.*" Vindicavi titulum in *Berichte der sächs. Ges. der Wiss.* T. II, p. 51. Scheppig. et Part. sequor in vv. div., in qua re id solum dissentit Voy. pitt. quod HADRI reiicitur ad v. 2; in Nov. quattuor lineis absolvitur quae finiunt vocabulis ANTONINVS, P· P, SCVLACIO et DAT. Praeterea 1 ÆLIVS Nov. — ADRIANVS Part. — 2 PONT Part. — 3 IV Part. — 4 NERVIAE om. Voy. — 5 SCOLATIO Voy. SCVLACIO Nov.

V. SYBARIS = COPIA

aliaque oppida.

69 In loco ubi Sybaris coloniaque Copia fuit, campo Phil. Iacobi Sallutii VI· M· p. a Corigliano, supra templum quoddam.

P· MAGIVS· P· F 7 CES
Q· MINVCIVS· L· F
BASILICAM· FAC
CVR·DE·SEN·SENT

Gualt. n. 393, unde repetivit Fabretti 241, 650; idem e sched. Barb i. e. Gualteri dedit 709, 301. — 4 CVRAVIT Fabr. utroque loco pessime.

70 Catanzari in aede maiori.

PATER· ET· CLAVDIA· ICO
MATER· FILIO· PIISSIMO
FECERVNT

Gualt. n. 394.

71 in vico San Benedetto Ullano 1½ m. p. a Montalto civitate Calabriae urna in eccl. abbatiali.

D· M
L· AVRELI· STEP......
PROC·XX·HER·AVG......

Mur. 680, 1 ab Elia Amati P. Carmelita, quem sequor; extant praeterea duo exempla valde diversa, unum Aceti in Barrium II, 5 p. 73 vv. non div., alterum ex hoc enatum Caroli Nardi Neapolitani Calogerà T. XXII, p. 215 sq., unde repetivit Mur. 2042, 3.

Acetus:	Nardi:
D· M	D· M
L· AVRELIO· STEPH	L. AVRELIO
PROC· AV· HEREDIS	STEPHANO· PROC
AVGVSTI	A· VEREDIS· AVG

A· VEREDIS originem duxit ex AV· HEREDIS Aceti. — Sed praestat retinere typum Amatii, ad quem puncta ego apposui. Titulus ita lectus mihi non est suspectus, etsi aliae falsae inscr. ab Amatio proficiscuntur; complurium auctorum etsi minime bonorum consensus quodammodo supplet iustam auctoritatem.

VI. CROTO.

(Crotone)

72 prope Crotonem *al capo delle colonne* in agro Archidiaconi eccl. cathedralis Crotonensis rep. 1843 inter vestigia aedis antiquae, ara alta palm. 2 centes. 93, larga p. 1 cent. 21. sertis et bucraniis exornata.

HERAE LACI
NIAE· SACRVM
PRO SALVTE MAR
CIANAE· SORORIS
AVG· OECIVS
LIB· PROC

Aeri incidit Vitus Capialbi *di un' ara dedicata a Giunone Lacinia* Nap. 1846 multique ediderunt his annis proximis.

73 Crotone in arce ubi itur ad aediculam S. Dionysii.

L·LOLLIO·L·F L·N·L·PRO
N· COR· LOLLIO· MAR
CIANO· EQVO· PVBL·
ORNATO· PATRONO
COL· OMNIBVS· HON
FVNCTO· FVTIA· C· F
LONGINA· MATER· FI
LIO· PIISSIMO· OB· CV
IVS· STATVAE· DEDICA
TIONEM· DECVRIONI
BVS· AVGVSTALIBVS
ePVLANTIBVS· PO
PVLO· VIRITIM· DI
viSIONEM· DEDIT
l· D· D· D

Gualt. 387. Nola-Molisi p. 102 qui multa erravit, sed recte 6 FVTIA dedit. Gualt. EVTIA. — E Gualtero Spon. misc. p. 162. Fabretti 485, 161; e Nola Gud. ms. 795, 3; a Zavarronio, qui corruptum Nolae exemplum magis etiam corrupit, Mur. 1106, 6.

74 Croton in arce ubi itur ad aediculam S. Dionysii.

FVTIAE· C· F
LOLLIANAE
FILIAE· PIISSIMAE· C· FVTI
VS ONIRVS ITERVM II VIR ITEM
DEDIT· DECVRIONIBVS HS X N
VT EX VSVRIS EORVM QVOD
QVOD ANNIS VII IDVS APRILES
NATALE FILIAE MEAE EPVLAN
TES CONFREQVENTETIS
HS CCCC N ET IN PROFVSIONI
BVS HS CC N NEQVE IN ALIOS
VSVS CONVERTATIS
L D D D

Gualt. n. 386. Corruptam dedit Nola-Molisi p. 102. E Gualtero repetiverunt Spon. misc. p. 161 (inde Donat. 253, 4). Fabretti 221, 587; e Nola Gud. ms. 795, 2.

75 Crotone in eccl. S. Angeli.

FVTIAE· C· FIL· LOLLIANAE· FILIAE
PIISSIMAE· C· FVTIVS· ONIRVS

Nola-Molisi p. 103; inde sine dubio Mur. 1106, 6 (a Zavarronio). — Mur. vv. aliter div. et 1 F dedit pro FIL

76 Crotone rep. in murorum novorum fundamentis fodiendis.

D· M· S
IVLIAE· GRAMMAE· VXORI· INCOMPARABILI
SEX· IVLIVS· PRIMVS

Nola-Molisi p. 103, inde Gud. ms. 795, 4, ed. 275, 11 et per Zavarronium Mur. 1355, 8

VII. PETELIA.

(Strongoli)

77 in tubis plumbeis rep. Strongoli in novae aedis Capucinorum fundamentis.

PETILIA

Gualt. not. p. 145 ex ore P. Aemilii Sanctorii Urbinatium archiepiscopi.

78 Strongoli ad palatium urbis praesulis.

M· MECONIO· M· F·
M· N· M· PRON· COR
LEONI
AED· IIII VIR· LEG· COR· Q· P· P
PATRONO· MVNICIPII
IIII VIR· Q Q
DECVRIONES· AVGVSTALES· POPV
LVS· EX AERE· CONLATO
OB· MERITA· EIVS

Gualt. 388 (ex eo Fabrett. 463, 93. Spon. p. 196). Ughelli Ital. sacra IX, 515. — 1 MEGONIO Ugh. — 2 PROV Ugh. — 4 AC· IV· VIR· LEG· Q· P· P Ugh. Gualt. ut dedi, nisi quod CORO· PP, quod correxit Fabrett. — 5 om. Ugh., item 6 Q· Q. — 8 POPVLVSQVE et CONFLATO Ugh.

79 Strongoli ante aedem maximam cippus quadratus tribus lateribus scriptus.

M · MECONIO · M · F
COR · LEONI
AED · I̅I̅I̅I̅ VIR · LEG · COR
QVAEST · PEC · P *s*
PATRONO · MVNICIPI *s*
AVGVSTALES · PATRONO
OB · MERITA · EIVS
L · D · D · D

in latere dextro

KAPVT · EX · TESTAMENTO

HOC · AMPLIVS · REI · P · PETELINORVM · DARI · VOLO
HS · X̅ · N̅ · ITEM · VINEAM · CAEDICIANAM · CVM
PARTEM · FVNDI · POMPEIANI · ITA · VTI · OPTIMA · MAXI
MAQ · SVNT · FINIBVS · SVIS · QVA · MEA · FVERVNT · VOLO · AV
TEM · EX · VSVRIS · SEMISSIBVS · HS · X̅ · N̅ · COMPARARI · AVGV*s*
TALIVM · LOCI · N̅ · AD · INSTRVMENTVM · TRICLINIORVM · DV*or*
VM · QVOD · EIS · ME · VIBO · TRADIDI · CANDELABRA · ET · LVCERNAS
BILYCHNES · ARBITRIO · AVGVSTALIVM · QVO · FACILIVS · STRATI*o*
NIBVS · PVBLICIS · OBIRE · POSSINT · QVOD · IPSVM · AD · VTILITATE*m*
REI · P · N̅ · PERTINERE · EXISTIMAVI · FACILIVS · SVBITVRIS · ONVS · AVGVS
TALITATIS · DVM · HOC · COMMODVM · ANTE · OCVLOS · HABENT
CETERVM · AVTEM · TEMPORVM · VSVRA · SEMISSE · HS · X̅ · N̅ · AD · INST*ru*
MENTVM · AVGVSTALIVM · ARBITRIO · IPSORVM · ESSE · VOLO · QVO
FACILIVS · MVNVS · MEVM · PERPETVVM · CONSERVARE · POSSINT
NEQVE · IN · ALIOS · VSVS · VSVRAS · QVAS · ITA · A · RE · P · ACCEPERINT · TRA*ns*
FERRI · VOLO · QVAM · SI · NECESSE · FVERIT · IN · PASTINATIONEM
VINEAM · QVOQ · CVM · PARTE · FVNDI · POMPEIANI · SIC · VT · SV
PRA · DIXI · HOC · AMPLIVS · AVGVSTALIBVS · LOCI · N̅ · DARI
VOLO · QVAM · VINEAM · VOBIS · AVGVSTALES · IDCIRCO · DARI
VOLO · QVAE · EST · AMINEA · VT · SI · COGITATIONI · MEAE · QVA · PRO
SPEXISSE · ME · VTILITATIBVS · VESTRIS · CREDO · CONSENSERITIS
VINVM · VSIBVS · VESTRIS · DVM · TAXAT · CVM · PVBLICE · EPVLAS · EX
ERCEBITIS · HABERE · POSSITIS · HOC · AVTEM · NOMINE · RELEVATI · IN
PENDIS · FACILIVS · PROSILITVRI · HI · QVI · AD · MVNVS · AVGVSTALIT*a*
TIS · COMPELLENTVR · LOCATIO · VINEAE · PARTIS · FVNDI · POMPEIANI · VINE
AM · COLERE · POTERINT · HAEC · ITA · VT · CAVI · FIERI · PRAESTARIQVE
VOLO HOC · AMPLIVS · AB · HEREDIBVS · MEIS · VOLO · PRAESTARI
REI · P · PETELINORVM · ET · A · RE · P · PETELINORVM · CORPORI · AV
GVSTALIVM · EX · PRAEDIS · CETERIS · MEIS · PALVM · RIDICA*m*
OMNIBVS · ANNIS · SVFFICIENS · PEDATVRAE · VINEAE
QVAM · AVGVSTALIBVS · LEGAVI

in latere sinistro

*a v*OBIS · AVTEM · AVGVSTALES · PETO · HANC · VOLVNTATE*m*
MEAM · RATAM · HABEATIS · ET · VT · PERPETVA · FORMA · OB*ser*
VETIS · CVRAE · VESTRAE · MANDETIS · QVO · FACILIVS · AVT*em*
NOTA · SIT · CORPORI · VESTRO · HAEC · ERGA · VOS · VOLVNT*as*
TOTVM · LOCI · KAPVT · QVOD · AD · VESTRVM · HONOREM · PE*rti*
NET //

Edidit primus v. 10–46 Fabricius mon. ant. ed. 1549, p. 12, (Fc.) qui ait rep. esse a. 1498 seque descripsisse (e schedis scil.) Romae apud Bernardinum Vallam. Integram dedit Parisius rar. M. Gr. num. 1592. p. 30, item codex Waelscapple f. 96 his praemissis "missum exemplar huius marmoris della Rocca ad Hadrianum Guilhelmi." E Scaligeri schedis (i. e. e Fabricio) et Parisio dedit Grut. 437, 6 (1—8); 215, 2 9 – 46). Hi omnes versuum ordinem non observant lacunasque celant. Longe optimum est exemplum Gualteri n. 389 (inde Spon. p. 196) 391, quod Dominicus Sabbatinus Strongolensis cum rogatus a Fabretto (404, 305. 306) cum lapide conferret, corrupit, non correxit. Ughelli Ital. sacr. IX, 515 ded. anticam; inde Mur. 1116, 3 per Zavarronium. — Auctores *voy. pittoresque de Naples et Sicile* III, p. 102 quod Strongoli in foro viderunt testamentum Parmenionis, non potest non esse hic de quo agitur titulus. — In v. 1. afferenda Gruterum saepe neglexi, e reliquis post Gualteri Parisianum exemplum optimum esse iudicavi.

1 ᴍ pro ᴍ utroque loco W. Paris. Grut. Gualt.; obstat praeter Ugh. et Fabrett. et Mur titulus socius n. 78. — ᴍᴇɢᴏɴɪᴏ W. Fc. Paris. Ugh Mur. — 3 ᴠ · ᴠɪʀ Ugh. Mur. ʟᴇɢɪ · ᴄᴏʀ W. — 5 ᴘᴀᴛʀᴏɴ · Fabrett. — 6 ᴀᴠɢᴠsᴛᴀʟɪs Paris. — ᴘᴀᴛʀᴏɴᴏ om Ugh. Mur. — 10 hic incipit Fc. — ʀᴇɪᴘᴠʙ. W. — ʀ ᴘ · ᴘᴇᴛɪʟɪɴᴏʀᴠᴍ Fc. — ᴅᴀʀᴇ W. — 11 ʜ (pro ʜs) W. — ᴄᴀʟᴄɪᴅɪᴀɴᴀᴍ Fc. — 12 ᴘᴀʀᴛᴇ ɪɴ Paris ᴘᴀʀᴛᴇ W. ᴘᴀʀᴛ. Gualt. — ғᴀᴠᴛɪ (pro ɪᴛᴀ · ᴠᴛɪ) Fc. — 13 ǫᴠᴇ Fc. Par — ǫᴠᴀᴇ (pro ǫᴠᴀ) W. Paris Fabrett. — 14 ᴀᴠɢᴠs W. Paris. Fc. Fabrett. — 15 ᴛᴀʟᴇᴍ W. — ɴᴏsᴛʀɪ W. — ᴅᴠᴏʀᴠᴍ W. ᴅᴠᴠᴍ Fc. Paris. — 17 ʙɪʟʏᴄʜɴᴇɪs Fc. ᴅʏʟɪᴄʜɴᴇs W. — sᴛʀᴀᴛɪɴɪʙᴠs Paris. optime; sᴛʀᴀᴛɪ…ɪᴠs Fc. sᴛᴀᴛɪᴏɴɪʙᴠs W. — 18 ᴘᴠʙʟ · Fc. — ᴠᴛɪʟɪᴛᴀᴛᴇᴍ W. Fc. Par. Fabrett. — 19 post ᴏɴᴠs ins. W. ᴀᴠɢᴠᴍᴇɴᴛᴠᴍ. — 21 ᴄᴀᴇᴛᴇʀᴠᴍ Paris. Fabrett. — ɪɴsᴛʀᴠ W. Fc. Par. Fabrett. — 22 ɪᴘsᴏʀᴠᴍ om. W. — ǫ · (pro ǫᴠᴏ) W. — 23 ʀᴇɪᴘᴠʙ · (pro ᴀ · ʀᴇ · ᴘ) W. — ᴘᴇᴛᴇʟɪɴᴏʀᴠᴍ post ʀᴇ · ᴘ · add. Fabretti, male. — ᴀᴄᴄɪᴘᴇʀᴇɴᴛ Fc. — ᴛʀᴀɴs W. Fc. Par. Fabrett. — 25 ᴄɪᴏɴᴇᴍ W. — 26 ᴠɪɴᴇᴀʀᴠᴍ W. — ǫᴠᴏǫᴠᴇ Par. — 27 ᴅᴀʀɪ · ɴᴏɴ (pro N̅ · ᴅᴀʀɪ) Fc. 28 ᴠɪɴᴇᴀɴ Gualt. err. typ. — ᴠɪɴᴇᴀᴍ · ᴀᴠᴛᴇᴍ · ᴠᴏʙɪs Fc. — ᴀᴠɢᴠsᴛᴀʟɪʙᴠs Fabrett. — ɪᴄɪʀᴄᴏ Par. — 29 ǫᴠᴇ W. — sᴇ · ᴄᴏɢɪᴛᴀᴛɪᴏɴᴇ Gualt. — 30 ᴘʀᴏsᴘᴇxɪssᴇɴᴛ (pro -ssᴇ. ᴍᴇ) Fc. — ɴᴏsᴛʀɪs Fc. — 31 ᴅᴠɴᴛᴀxᴀᴛ Fc. — ǫᴠᴠᴍ Paris. Fabrett. ᴅᴠᴍ Fc. (pro ᴄᴠᴍ). — 32 ᴇxᴇʀᴄᴇʀɪᴛɪs Gualt. — ᴘᴏsɪᴛɪs Fc. — ɪᴍᴘᴇɴᴅɪs W. ɪᴍᴘᴇɴsɪs Paris. — 33 ᴘʀᴏsᴇʟɪᴛᴠʀɪ Gualt. ᴘʀᴏsᴘᴇᴄᴛᴠʀɪ W. Fc. — ɴᴇ (pro ʜɪ) W. — ᴀᴠɢᴠsᴛᴀʟɪᴛᴀ W. Par. Fc. Fabrett. — 34 ᴄᴏᴍᴘᴇʟʟᴀɴᴛᴠʀ Par. ᴄᴏᴍᴘᴇʟʟᴇʀᴇɴᴛᴠʀ Fabrett. — ᴠɪɴɪᴀᴇ Gualt. — ғᴠɴᴅɪ om. W. Par. — ᴘᴏᴍᴘᴇɪᴀɴᴀᴇ Par. — ᴇᴀᴍ (pro ᴠɪɴᴇᴀᴍ) Fc. — 36 ʜᴀᴇʀᴇᴅɪʙᴠs Par. — ᴍᴇɪs om. W. — 37 ᴘᴇᴛɪʟ- Fc. — ᴇᴛ usque ad ᴘᴇᴛᴇʟɪɴᴏʀᴠᴍ om. W. — ᴄᴏʀᴘᴏʀᴠᴍ Par. — 38 ᴇᴀ (pro ᴇx) Par. — ᴄᴇᴛᴇʀɪs W. Fc. Grut ᴄᴀᴇᴛᴇʀɪs Par.; om. Gualt. Fabr. — ʀɪᴅɪᴄ Gualt. ʀɪᴅɪᴄᴀ W. Par. ʀɪᴅɪᴄᴀᴍ Fabr. ᴅɪᴄᴀʀɪ per transpos. Fc. — 39 ᴠɪɴɪᴀᴇ Gualt. — 40 ᴀᴠɢᴠsᴛᴀʟɪʙᴠs Gualt. — 41 ᴀ · ᴠᴏʙɪs et reliqua supplementa in 41—45 extremis W. (hic tamen ᴠᴏʙɪs) Fc. (at ᴠᴏʟᴠɴᴛᴀs 41) Par. (at ᴠᴏʟᴠɴᴛᴀᴛᴇᴍ 44) Fabretti e lapide proferunt. — 42 ʀᴀᴛᴀᴍ om. W. — ᴘᴇʀᴘᴇᴛᴠᴠᴍ · ғɪʀᴍᴀᴍ Fc. — 43 ᴄᴠʀᴀ · ᴠᴇsᴛʀᴀ · ᴇᴍᴇɴᴅᴇᴛɪs W. — 44 ɴᴏᴛᴀs ᴇᴛ W. — 45 ʟᴏᴄᴠᴍ · ᴀᴘᴠᴛ W. ᴛᴠʟɪ · ʟ · (pro ᴛᴏᴛᴠᴍ · ʟᴏᴄɪ) Fc. Malim ᴛᴏᴛᴠᴍ · ʜᴏᴄ · ᴋᴀᴘᴠᴛ.

Titulus ut commode legi posset, iterum eum subieci minusculis scriptum et nostro more distinctum.

Hoc amplius rei publicae Petelinorum dari volo sestertium decem milia nummum, item vineam Caedicianam cum partem fundi Pompeiani ita uti optima maximaque sunt, finibus suis qua mea fuerunt. Volo autem ex usuris semissibus sestertium decem milium nummum comparari[1]) *(Augustalium loci nostri ad instrumentum tricliniorum duorum, quod eis me vibo tradidi) candelabra et lucernas bilychnes arbitrio Augustalium, quo facilius strationibus publicis obire possint. Quod ipsum ad utilitatem rei publicae nostrae pertinere existimavi, facilius subituris onus Augustalitatis, dum hoc commodum ante oculos habent. Ceterum autem temporum usura(m) semisse(m) sestertium decem milium nummum ad instrumentum Augustalium arbitrio ipsorum esse volo, quo facilius munus meum perpetuum conservare possint, neque in alios usus usuras, quas ita a re publica acceperint, transferri volo quam si necesse fuerit in pastinationem*

Vineam quoque cum parte fundi Pompeiani sicut supra dixi hoc amplius Augustalibus loci nostri dari volo. Quam vineam vobis, Augustales, idcirco dari volo (quae est Aminea), ut, si cogitationi meae (qua prospexisse me utilitatibus vestris credo, consenseritis, vinum usibus vestris, dumtaxat cum publice epulas exercebitis, habere possitis. Hoc autem nomine relevati inpendis facilius prosilituri hi, qui ad munus Augustalitatis compellentur. — Locatio vineae, partis fundi Pompeiani ....[2], *vineam colere poterint. — Haec ita ut cavi fieri praestarique volo*

Hoc amplius ab heredibus meis volo praestari rei publicae Petelinorum et a re publica Petelinorum corpori Augustalium ex praedis ceteris meis palum ridicam omnibus annis, sufficiens pedaturae vineae quam Augustalibus legavi.

A vobis autem, Augustales, peto, hanc voluntatem meam ratam habeatis et ut perpetua forma observetis curae vestrae mandetis. Quo facilius autem nota sit corpori vestro haec erga vos voluntas, totum loci kaput quod ad vestrum honorem pertinet [faciatis ut lapidi incisum palam legi possit.]

1) *in usum* nisi excidit, cogitatione supplendum est.

2) Caput de locatione consulto videtur omissum ut prima tantum et postrema verba referrentur.

PARS SECUNDA.

LUCANIA.

Provincia vasta et deserta Lucania non multas inscriptiones habet, quae antequam exhibeantur, librorum quorundam qui ad universam provinciam pertinent, examen praemittam.

1. *Constantini Gattae memorie topografico-storiche della provincia di Lucania* (Nap. 1732. 4. pp. 488. sine appendicibus) eiusdemque alterum opus post obitum auctoris editum eodem titulo (Nap. 1743. 4. pp. 184) non sunt duae editiones eiusdem libri, sed duo libri diversi; posterior prioris tamquam appendix pauca nova suppeditavit et in his quaedam falsa. Ubi simpliciter Gattam citavi, intellige de priori libro. Gatta fuit homo imperitus, sed bonae fidei, etsi interdum a fraudatoribus municipalibus deceptus esse videtur; nam aliquot titulos Volceianos, unum oppidi Salae inter falsos reiecimus coacti, etsi Gattae auctoritate defenduntur.
2. *P. Lucae Mannellii* (s. *Mandellii*) historia Lucana ms. (*la Lucania sconosciuta*) usi sunt Antoninius, qui vidit Salerni in bibl. Augustinianorum et post eum Romanellius, qui vidit Neapoli in bibl. Regia. Buxentini duo inde videntur proficisci.
3. *Iosephus Antonini baro S. Blasii* (*di S. Biase*) data opera epigraphiam Lucanam corrupit variis libris plenis titulorum stulte confictorum, qui sunt
   Lettera di Matteo Egizio al Sig. Langlet con due lettere sulla stessa materia del Barone Antonini al Sig. Egizj. Prodiit primum sermone gallico Paris. 1738, deinde italo Neap. 1750 iterumque ad calcem ed. a. 1795 Lucaniae Antonini. Ne tibi imponat nomen honorificum sub quo citari solet hic liber Matthaei Aegyptii, decepti ab amico, cuius malam fidem minime perspexit.
   Antonini la Lucania Nap. 1745. 4. pp. 611.; ed. 2 Nap. 1795. Tom. 1. 2. paucis mutatis; adiecta est defensio libri Antoniniani a nepote eius Mazzarella Faraone contra Magnonium scripta, ipsa stultitia stultior. Nam *Paschalis Magnonius* (*lettera al Barone Gius. Antonini contenente alcune osservazioni critiche sui di lui discorsi della Lucania* s. l. et a.), vir acer et integri iudicii, statim post Antoninii Lucaniam editam libro peculiari ludicra Antonini commenta confutavit, neque de eius mala fide dubitavit Trutta (antich. Allif. p. 191) neque dubitabit quicunque inscriptiones ab eo prolatas perlustraverit. Topographica quaedam commenta, ut duarum Petiliarum, harum fraudum praecipuam causam praebuerunt. — Citavi ed. 2.
4. *Iac. Phil. d'Orville Sicula, ed. Petrus Burmannus secundus* (Amstel. 1764. fol.) continet p. 596 sq. titulos Lucanos non ita paucos, quorum plerosque a Valetta, alios a Theophilo Mauro accepit. Pars exscripta est e Gatta, Bellabona, Franchio, neque immunis est labe Antoniniana; alios accepit e lapidibus descriptos, in his quosdam alibi adhuc non editos.
5. Quod attinet ad collectiones epigraphicas, Lucania fere ibi desideratur. Titulus Materae attributus ab *Apiano* ab aliis rectius ad Casertam refertur. Volceianae inscriptiones aliquot apud Apianum extant, apud *Gruterum* praeterea Grumentinae quaedam et Tegeanenses ex schedis *Cittadini* et medici *Everardi Aelii Vorstii*. Complures protulerunt *Muratorius* et *Maffeius* (M. V. 353. 354), derivatas tamen plerasque ex libris Gattae aliisque libellis editis, item ex libro tum inedito Antoninii, quas certatim miserunt viri docti Neapolitani *Ignatius Maria Como, Franciscus Valetta, Tafurius, Andreinus* cet. Paucae restant quae suam auctoritatem habent, ut Potentinae Muratorii; aliae a Tafurio, e schedis Pacediani cet. acceptae in falsis legentur.
6. *Lombardi* (*topografia ed avanzi delle antiche città nella Basilicata*, in: *memorie dell'Inst. di corrisp. archeol.* T. 1. p. 193—252) inscriptiones Latinas non affert, sed extare ait in his locis Lucaniae: p. 217 prope Grassanum, ubi olim fuit Irtum, inde titulum singularem latinum cum Gervasio se communicasse et superesse ibi multos titulos Romanos; p. 221 „nel bosco di Rossano presso la casa rurale del Cantore Danzi presso Vaglio" extare tit. Rom.; p. 225 in summo monte Volture in monasterio Capuciniorum extare titulum fractum; p. 226 Lagopesole in castello Doriarum extare duas vel tres inscr. latinas; p. 234 Abriolae in eccl. extare tit. latinos magni momenti; p. 237 sub Marsico vetere et Viggiano reperiri inscr. haud paucas. — Ad haec attendant quibus agrum Lucanum peragrare dabitur.

I. BVXENTVM. (*Policastro*)

80 Policastri in turri campanaria.

AVGVSTAE· IVLIAE
DRVSI· F
DIVI· AVGVST

Antonini 1, 418. Romanelli topogr. 1, 373 ex Mannellio. Dedi typum Antoninii punctis tantum omissis in vv. extr., etsi fortasse ex coniectura procedentem. Rom. adiunxit titulo Germanici itaque dedit: AVG· H· IVLIA· DRVSI· F ‖ .... DIVI· AVGVSTI

81 Policastri in turri campanaria *Ant. Rom.* — in Lucania *Maff.*

GERMANICO· CAESARI
TI· AVG· F· DIVI· AVG· N
DIVI· IVLI· PRON· AVG
COS· II· IMPERAT

Antonini 1, 418. Romanelli topogr. 1, 373 ex Mannellii historia Lucaniae ms., qua cum Antonini quoque usus sit, ex eodem auctore uterque hanc inscr. habuisse videtur. Maff. M. V. 353, 2 (ex eo Donat. 97, 11) item ab Antoninio videtur pendere. — Vv. div. incerta; sequor Ant. Rom. — Ant. in vv. extremis puncta ponit. — 2 TI om. Ant., T· Rom. — 3 IVLII Ant. Maff. — 4 do ex Ant.; COS·II·IMPERATORI·II Rom.; COS·IMPERATORI·II Maff.

82 Sapri prope Policastrum cippus quadr. alt. palm. 4.

D· M
L· SEMPRONIO
L· F· POM· PRISCO
AED· DVOVIR
DES· V· A· XXV
MEN· VII
SI· NON· ANTE· DIEM· CRVDELIA· FATA· FVISSENT
HIC· PATER· ET MATER· DEBVIT· ANTE· LEGI

Antonini lett. all'Egizj p. 133 ed. 1750. Lucania 1, 434. — Videtur genuina. — Lett. TEGI pro LEGI.

83 Marateae VIII· M· p. a Policastro in Basilicata penes doctorem Paulum d'Alitto.

D· M
L· AELIO· PIO
L· AELIVS· SERENVS
FRATRI· OPTIMO

Antonini 1, 438. Mihi non videtur suspecta.

II. VELIA.

(*Castell' a mare della Bruca prope Pisciottam*)

84 Veliae rep. 1828 cum quinque aliis latinis et septendecim graecis titulis.

D· M
C· SEXTILIO· OP
PIO· IIII VIR· QQ
V· A· L· CLAVDIA· PO
TITA· CONIVGI· CA
RISSIMO

Edidit Capialbi in ephemeridibus Reginis q. d. Fata Morgana 15. Iul. 1839 num. I ann. II. Accepi praeterea a Schnarsio medico Neapolitano. — 3 Schnars VIROQ — 4 Schn. V· AE·, Capialbi *pecvn* ALIM pro V· A· L — 5 POTIT Cap. — v. ult. om. Schnars.

Veliae tituli rep. cum titulo C. Sextilii Oppii.

85 GALIMORPHVS

86 HEDILIO

87 TATO CONIVGI....

Ed. Capialbi l. c.

88 Futani (m. p. 50 a Salerno prope Pisciottam orientem versus) ad fl. Rubicante a Vallo versus meridiem, urna palm. 2 sertis avibusque bibentibus exornata aquae lustrali destinata in unica vici ecclesia.

D· M· S
L· VALERIO· M·*f. su*
SCEPTO· VIX· ANNIS· XL· *m*....
DIEBVS· II· T· COMINIVS *su*
SCEPTVS· ET· PVBL*iLia*....
ANDREA· FILIO· KAR

Antonini 1, 344. Haec omnino recedit a solito fingendi more eius videturque genuina. 3. 4 Ant. lac. in fine non indicavit.

III. PAESTVM (*Pesto*)

In Paestanis antiquitatibus elaboraverunt praeter Antoninium (qui paucis genuinis multa falsa immiscuit) et Magnonium supra citatos duo viri *Paoli* (*Paesti rudera,* Romae 1784. fol.), et, qui magis mihi profuit, *Iosephus Bamonte,* canonicus Capaccii (*le antichità Pestane,* Nap. 1819. 8. pp. 124).

89 Paesti rep. 1829, nunc in museo Reginae matris Neapol. (Capodimonte).

Caput iuvenis capillati et pileati.

HELPIDI HOMO FELIX
DEVS TE SERVET
FLAVIIS LEONTIO ET BONOSO CONSS p. Chr. 344 Borgh
VI IDVS APRILES
CVM CIBES FREQVENTES COLONIAE PAESTANO
RVM COEGISSENT BERBA FECERVNT NON ALI
VNDE AESTIMAMVS STATVM CIBITATIS
ALTIOREM CVLTIOREMQVE REDDI NISI INDVS
TRIVM VIRORVM PATROCINIO FVICIANTVR "sic"
OPTIMI CIBES IGITVR HELPIDIO HONESTIS
SIMO VIRO PRO DIGNITATE SVA PATRONATVM
OFFERAMVS CREDIMVS QVOD IN OMNIBVS NOS
PATRIAMQVE NOSTRAM FOBERE DIGNETVR
HELPIDIO
PLACET PLACET HELPIDIO HONESTISSIMO
VIRO CVIVS TANTA AEQVITAS TRANQVILLI
TAS DIGNITAS IVSTITIA INNOCENTIA HVMA
NITAS EX ORIGINE PROPACATA MONSTRA
TVR CVIVSQVE PROLES SANCTISSIMI ET EIVS
VENERAVILIS FLOS DECVSQVE EST TABVLAM
PATRONATVS SICVTI PARENTIBVS EIVS OP
TVLIMVS OFFERAMVS QVEM SI ACCIPE
RE FVERIT DIGNATVS SPERAMVS QVOD
PRO HONESTATE NOMINIS SVI IN OMNIBVS
NOS AEQVO SINCERAEQVE ANIMO ASPI
CERE AC FOBERE DIGNETVR

Repeto ex apographo Urlichsii qui vidit Bull. 1836 p. 152 et ex folio singulari cui inscr.: *Tavola di bronzo rinvenuta in Pesto in Gennajo* 1829. Non semel praeterea edita est his ultimis annis, ut a Guarinio fasti duumvir. ed. 1. p. 223, cuius disputatio *de' consoli voluti municipali* Nap. 1837 ad hanc tab. pertinet; cf. eiusdem iter vagum anni 1846. p 5 sq., et ab Osanno in progr. Gissae 1839 ed. — 6. 7 FECERVNT ‖ NON ALIVNDE fol. — 9 FVLC fol. — 19. 20 ET ‖ EIVS VENER Url. — ELOS "*sic*" idem. — 20. 21. TA ‖ BVLAM PATR Url. — 21 PASENTIBVS Url. add. "*sic.*" — 22. 23 ACCIPERE | FVERIT Url. — 25. 26 ASPICERE ‖ AC FOB Url.

90 Paesti ad eccl. rep.

*C· PETRO*NIVS· OPTATVS·
MAG· MEN· BON·
*STATV*AM· BASIM·PLVTEX
SACR

Antonini la Lucania p. 250 ed. 1; correxit Magnoni p. 250 itaque repetivit Antoninii ed. 2. T. 1. p. 243, item Marini atti p. 256. Paoli Paesti rud. p. 169. Bamonte p. 94. Litterae quae apud Bamontium desunt, cursivis dedi. — 2 MEN· BOM Ant. ed. 1.; MEN· BON Paoli. — 3 PLVTEV Ant. ed. 1.

91 Paesti paulo supra rudera templi quod credunt esse Paci dedicatum, in lapide praegrandi. *Bam.* In sepulcro (?) prope theatrum reperta *Ant.*

Q· NVMONIO· C· *f*· VALAE· PATRONO

Antonini 1, 231 (in ed. 1. deest). Bamonte p. 65 qui cum primum vidit integram lectuque facilem reperit, sed postea litteras evanuisse. Ant. CIVALAI·, Bam. CEVALAE.

92 Paesti in duobus magnis lapp., quorum alter fuit in loco dicto Spinazza, alter in agro coloni cuiusdam ex Giungano.

Q· CEPPIO· Q· F· MAE· LONGINO· PON....
II· VIR· DESIGN· VIXIT· ANN· XX
Q· CEPPIO· CALLIMACHO· PATRI
AVIANAE· MATRI

Paoli Paesti rudera p. 169. Bamonte p. 97, qui confert numum paestanum cum nomine Q· CEP. Extat etiam in schedis Amadutii Savignani, cui descripsit Lud. Blanconius Bononiensis. Bamonti typum damus. — 1 PON sine lac. Blanc.; PONT Paoli. — 2 DESSIGN. VIX· Blanc., DESIGN....VIXIT Paoli. — 4 AVIANIAE Blanc.

93 rep. Paesti prope ecclesiam cum altera C. Petronii Optati.

P· CLAVDIVS· C· F
C· SEXTILIVS· L· F
DVO· VIREI
DE SEN*atus sententia*

Antonini 1, 250. Haec aperte genuina est; dicitur in ed. 1. recens inventa cum plagulae imprimerentur, una cum altera a viris fide dignis visa. v. ult. Ant. DESTV

94 Terra di Monte nel Cilento in aedibus feudatarii.

D· M
ARRIO· ISIDO
RO· MISSICIO· PA
TRI· SILVANVS
FECIT· V· AN· LXX
V· ME· VI· DIES
VIII· BENEMER

Antonini Lucania II, 53. Affertur ut componatur cum inscriptionis fragmento Heracleae reperto, in qua T. Missicius nominatur. Eiusdem Arrii Missicii alterum titulum mulieri *n. Picinesi* dedicatum infra dabimus, quo hic titulus satis defenditur.

95 Paesti.

.... IS M ....
L· RABILI
MIL· COH....
7 TIF.......

Bamonte p. 98.

96 Paesti rep. dono data est Antonio Mela (direttore della fondiaria nella provincia di Salerno).

D· M
BENNIAE
EPHESIAE
PRIMVS
COL· ARCA
RIVS· CONIV

Bamonte p. 90.

97 Paesti rep. *nella terra del Tesoro.*

C·*f*
C· CAMVRTIO· APRO
VIX· A· XXI
CE

Bamonte p. 89 qui APRO

98 Paesto Neapolim translatum in hortos advocati Paschalis Iosiae Materazzi baronis Sezzamazzanae

D· M
Q· CEPPIO· OPTATO
EVTYCHIA· CONIVX
B M

Eumelo Fenicia sull' antichità di Pianura. Neap. 1795 p. XVIII.

99 rep. in via Paestana sternenda, nunc Eboli penes Matth. Romanum.

M· MARCI
ANTIOCH
M· MARC
H· M

Descripsi. Ex altera parte haec visuntur litteris sequioris aevi:

BONO
REIPVB

100 Paesti apud Bamontium.

D· M
M· NANNEIO· QVE
TIANO· QVI· VIXIT
ANNOS· L· M· III· DIES
X· ORAS· III· DICITIA
CEMELLA· COIVCI
BENE· MERENTI· FECIT

Bamonte p. 88.

101 Paesti rep. 1814 in via extra portam *di Auro*, erat penes Bamontium.

D· M
SALYSTIÆ· FORTV
NATAE· MODE*s*
TVS· ET· PRIMITI
BVS· FILI· MATRI
BIXIT· AN· LV· B· M· F

Bamonte p. 83.

102 Paesti rep. in agro quodam extra portam *di Auro*.

D *m*
TVLLIO· SVCE*ssa*
PISTORI· PIISSIMO
AC· SANCTISSIMO
CONIVCI· QVI· VIXIT
ANN· LX·M·VI·D·XVI
OPTATA· B· M· FEC

Bamonte p. 92.

IV. SALERNVM. (*Salerno*)

Acc. *Amalfi*.

Aliquot epigrammata Salernitana afferuntur iam a *Pontano* in libris de aspiratione, quae inde fere repetiverunt Apianus et alii; alia protulit *Manutius* a bono auctore descripta; Gruterus alia accepit a *Sirmondo* summa fide ex lapidibus excepta; *Gatta* a. 1732 quae post Gruterum reperta erant edidit; *Muratorius* usus est variis auctoribus, ut schedis Ambrosianis Como Valletta Ginnanio, quibus non est quod diffidas, exceptis schedis quibusdam per Comum usurpatis. Quae Valletta habuit Salernitana, edidit etiam *d'Orville* (1764) in Siculis p. 596. 602. Praeterea P. *Raphaelis Garruccii* de antiquitatibus Salernitanis librum lithographice descriptum neque tamen publici iuris factum vidi; plus vero mihi profuerunt schedae *Iosephi Augelluzzi* medici Eburensis. Denique ipse moratus sum Salerni et descripsi lapides qui extant.

Quod ad Amalfiam attinet, *Manutius* edidit Amalfitana quaedam nota etiam *Panvinio*, quae item *Smetius* per Pighium accepit. *Gruterus* Smetii copiis et editis et mss. usus est, praeterea edidit titulos Amalfiae exscriptos a *Sirmondo*. Circa a. 1700 *Matthaeus Aegyptius* agri Amalfitani titulos collegit, quorum pauci extant in eius opusculis, plures in schedis Goetzianis, id est Aegyptii, in appendice Muratoriana. Doctoris *Francisci Pansae istoria dell' antica repubblica di Amalfi* (Nap. T. 1. 2. 17:4. 4.) complura epigrammata Amalfitana continet; auctor rei epigraphicae plane ignarus sed non indiligens observat versuum ordinem et saepe in eius corruptelis verum deprehendere licet. Ex hoc libro excerpta sunt quaecunque agri Amalfitani epigrammata protulit Muratorius, etsi pro Pansa laudat Comum, qui Pansae librum Muratorii causa expilasse putandus est. At si ad hoc exemplum diiudicanda est ratio qua Comus (nolo enim incusare Muratorium) eiusmodi copiis usus est, graviter est reprehendendus; nam quaedam praetermisit, locos indiligenter notavit, sana luxavit, corrupta ex coniectura saepe perversa semper tacita emendavit, supplementa tacite addidit. Supplementa quaedam exigua ad Pansam addidit *Matthaeus Camera* (*istoria della città e costiera di Amalfi* Nap. 1836. 8. pp. 457), Pansam diligentia neutiquam superans, copia multo inferior. — Non multum me adiuverunt libri *Horatii Casaburi* (*not. stor. top. sulla città di Marcina* Napoli 1829) et *Io. Alphonsi Adinolfi* (*storia della Cava distinta in tre epoche.* Salerno 1846. 8.) Titulus an tituli, quos cum inscriptione *'Cave'* protulit *Zaccaria excursus litt.* Venet. 1754. T. 1. p. 363 e schedis *Gallettii* (unde sumsit Donat. 273, 2. 321, 10. 420, 1. 10) num ad hanc Cavam recte referantur nescio; suspectos admodum esse ut reliquos Gallettianos damnatosque esse a Kellermanno vig. p. 32 col. 1 in f., p. 41 col. 2 scio. Quamquam in eo erravit Kellermannus, quod dixit spuria esse e sylloge saec. XVI deprompta; cum Gallettius vidisse se velit aliquas earum inscriptionum apud Ficoronium, fraus subest longe recentior.

Ceterum Amalfia utrum aetate imperatorum fuerit oppidum (sive Marcina sive aliud) necne non huius loci est quaerere; hoc tantum constat fuisse ibi stationem fabrum tignuariorum Ostiensium. Inter titulos Amalfitanos invenitur lapis Puteolis asportatus, alter Smyrna fortasse devectus. Complures inesse adventicios probabile est, magna enim pars sunt cistae, vasa aquae benedictae marmorea aliaque ad ecclesias suas ornandas a pristinis istis mercatoribus fortasse e longinquis regionibus reportata.

103 Malphiae *Waelsc. Manut.* Malphiae in Apulia aut Calabria in basi *Smet.* Malphiam Smyrna adlata videtur.

DIVO· IVLIO
CIVIT
ZMYRNAEORVM

Manut. Orth. 790, 2. Smet. 49, 1; quod addit se eius paginae titulos omnes ipsum vidisse, ad hunc titulum non pertinet; nam neque ita scribit *'in Apulia aut Calabria'* qui vidit, neque fuit Smetius in his partibus, et alia Amalfitana epigrammata, quae profert, a Pighio accepit, quem hunc titulum quoque Smetio obtulisse puto. Codex Waelscapple f. 103. Grut. 225, 1 e Smetio.

104 Malphiae in aede S. Angeli tab. marm. arae S. Francisci imposita *Smet.* Salerni ad S. Angeli *Waelsc. Manut. Lips.* — *Mazzella* Miseni collocat, *Capaccius* locum non indicat, *Pratilli* ponit Puteolis, unde re vera prisci Amalfitani videntur asportasse.

IMP· CAESARI
DIVI· HADRIANI· FIL
DIVI· TRAIANI
PARTHICI· NEPOTI
DIVI· NERVAE· PRONEP
T· AELIO· HADRIANO
ANTONINO· AVG· PIO
PONTIF· MAX· TRIB· POT· $\overline{V}$ p. Chr. 142
IMP· II· COS· $\overline{III}$·P· P
CONSTITVTORI· SACRI
CERTAMINIS· ISELASTICI
SOCII· LICTORES· POPVLARES
DENVNTIATORES· PVTEOLNI

Panvin. fast. ad a. 895 Manut Orth. 553, 1. Smet. 55, 6 a Pighio. Lips. auct. p. 27 a Nic. Florentio (e Manutii libro, puto). Mazzella Misen. n. 8. Grut. 254, 4 a Pighio et Panvinio et Mazzella. Capacc. L. II. c. 24 p. 334 e Mazzella sine dubio. Pratilli p. 199. — Sequor Smetium. — Panvin. om. 2—5; Manut. W. om. 2. — 6 T· om. Man. T· HELIO W. — 11 SELASTICI omnes (SELLASTICI Panv.); scr. aut CERTAMIN· ISELASTICI aut ut dedi supra. — 13 DENVNCIATORES omnes praeter Panv.

105 Salerni ante coll. Iesuitarum.

REPARATORI· ORBIS· SVI
D· N· FLAVIO· VALERIO
CONSTANTINO PIO
FELICI· INVICTO
AVGVSTO

ORDO POPVLVSQVE SALERNITANVS
DEVOTI· NVMINI MAIESTATIQVE
EIVS

Descripsi, sed 6. 7. 8 latebant in terra. Ed. Gatta 1732 p. 387; Mur. 260, 1 a Petro Paulo Ginnani Priore Benedictino; 1078, 2 a Como; d' Orville p. 602; Voyage pittoresque de Naples III, 168. — 7 DIVOTI d'Orv. DEVOT· Voy. — 8 cum 7 coni. Voy.

106 Salerni ante collegium Iesuitarum.

DOMINAE NOSTRAE FLAVIAE AVGVSTAE
HELENAE DIVI· CONSTANTI· CASTISSIMAE
CONIVGI PROCREATRICI D· N· CONSTANTINI
MAXIMI· PIISSIMI· AC· VICTORIS· AVGVSTI
AVIAE DOMINORVM NOSTRORVM //////
urceus ////CONSTANTINI· ET· CONSTANTI· BEATISSI patera
MORVM· AC· FELICIVM CAESARVM

ALPINIVS MAGNVS·V·C·CORR·LVCANIAE·ET
sic IBRITTIORVM·STATVIT·DEVOTVS·EXCELLEN
TIAE· PIETATIQVE· EIVS

Descripsi. Ed. Gatta 1732 p. 381, unde interpolavit Antonini 1, 116 qui habuisse se ait a Caspare Paragallo. Ex alio exemplo ed. Mur. 261, 1 (e sched. suis et a Ginnanio), item e lapide d'Orville p. 602.

107 Salerni ante collegium Iesuitarum.

ANNIO· VICTORINO
V· C· CORR· LVCANIAE
ET· BRITTIORVM· OB· IN
SIGNEM· BENIVOLEN
TIAM· EIVS ORDO
POPVLVSQVE SALER
NITANVS

Descripsi. Ed. Grut. 1094, 3 a Sirmondo q. v. Gatta 1732 p. 380, unde videntur sumsisse Mur. 1078, 3 a Como et Antonini 1, 118 variis erroribus. — 1 FANNIO Grut.

108 Malphiae. (Panvin. s. l.)

PR· AED· CER· Q· PROVINC
CYPRI· PRO· PR
TRIB· MIL· LEG· II· AVGVST
III· VIR· VIAR· CVRAND
PATRONO
COL
D· D· P

Panvin. resp. Rom. ed. 1558. p. 62. Grut. 492, 4 e Smetii ms. et Panvinio. — 2 CIPRI· PRO·P Gr. — 4 VIRO Panv. — 5. 6 ci. Panv.

109 Salerni rep. 13. Iul. 1737; extat ante collegium Iesuitarum.

GRACCHI VC

ARRIO MECIO GRACCHO· V· C
TANTO ET TAM PROVIDO PATRONO
COLONIAE SALERNITANORVM QVI CIVITA
TEM NOSTRAM QVAE DISTITVTA ET DEFESSA
IPSO TRANSITV CANALIS DIGNATIONIS
SVAE RESPECTV AD SPLENDOREM RIVOCAVERIT
FVGANTES VERO CIVES AC· DEFESSVM ORDINEM
(in terra latet) *sic* DISPOSICIONEM CANDORIS SVETAD PRAESTATIONEM patera
CIVIBVS SVIS VEL QVAE AD SALVTEM PATRIAE PERTI
NET SVA PROVISIONE RELEVARE DIGNATVR
CVIVS SI VNIVERSA GESTORVM REFO
VEAMVS DIES NON SVFFICIT OB EIVS
MERITA ET AMOREM QVEM ERGA OR
DINEM VEL CIVES EXIBET ORDO POPV
LVSQVAE SALERNITANVS STATVAM
PONENDAM CENSVERVNT

Descripsi. Ed. Mur. 1117, 1 a Como satis correcte; Vulpi Lat. Vet. T. X p. 2 p. 686. — 3 AC pro ET M. — 5 DESTITVTA M. V. — 7 REVOC· M. V. — 8 EGANTES V. — 9 DISPOSITIONEM CANDORIS SVI ET AD PRAEST (PREST M.) M. V. Fort. leg. SVET*am* AD PR. — 16 LVSQVEM.

110 Salerni in S. Matthaei.

D· M
LVCIL· APRVL
LAE· C· M· P· NEPOS
PER· GRADVS
HERES

Mur. 1479, 1 e sched. Ambros.

111 Salerni rep. 1826 in aedibus Lanzara nunc Rossi, hodie non extat.

....SERVILIO· C· F
MARSO· C· I· P· C· OB
EXIMIAM EIVS· ERGA
SE SING· VNIVERSIQ
*h*ONORIFICENTIAM
DECVRIONES· AVGVS
TALES· COLONI
P· S

Dedit mihi medicus Eburensis Iosephus Augelluzzi. 1 init. lacunam notavi. — 4 vid. scribendum VNIVERSQ. vel simile quid. — 5 ONOR. Aug.

112 Salerni.

ACERRIO· FIRMEO· LEONTIO
PRIMARIO· VIRO· ET· EDITORI
MVNERIS· SVI· CVM· FERARVM
LIBYCARVM· QVI· VIXIT· ANN
XXX· DIGNISSIMO· FILIO
CONSACRABERVNT

Grut. 343, 2 e Manutio.

113 fortasse Amalfiae.

P· OCTAVIVS· RVFVS· DECVRIO· SIBI
VIVVS· FECIT

E schedis Fabii Giordani habui loco non notato. Apud Pansam vero II, 190 cum referatur decanum Dominicum Ancoram in aed. cath. Amalfiae hoc epigramma posuisse:

HIC· INTVS· HOMO· VERVS· CERTVS· OPTVMVS
RECVMBO· PVBLIVS· OCTAVIVS· RVFVS
DECVRIO

(inde male Mur. 726, 4), Giordani titulum pro Amalfitano habeo, quem deperditum civis Amalfitanus patriae amore ductus restituerit elogiis de suo additis.

114 Salerni in S. Benedicti.

M· CANINIO· M· F· PO
TENTIAE· PRISCINO
MIL· COH· VI· PR· 7 SA
TRI· VIX· ANN· XXXV
MIL· ANN· XV
M· TVLLIVS· SEVERVS
CONTVBERNALIS
HERES· B· M· ET· VALERIA
HELPIS· CONIVGI· CA
RISSIMO· POSVERVNT

Mur. 802, 7 a Franc. Valletta. d'Orville Sic. p. 596. — 2 LENTIAE d'Orv.

115 Salerni in S. Benedicti.

VALERIVS· RVFINVS
EVOCATVS· COHORTIS
TERTIAE· PRAETORIAE
MILITAVIT· ANNIS· XV

Grut. 1110, 4 (vidit Sirmondus).

116 Amalfiae in S. Andreae.

TI· CLAVDIVS· DIVI· L· ERASTVS
SCRINIARIVS· AB· EPISTVLIS
FECIT· SIBI· ET
VALERI*ae* CHIONE· CONIVGI
SVAE· LIBERTIS· LIBERTABVSQ· SVIS
POSTERISQVE

Grut. 1111, 10 (vidit Sirmondus). — 4 VALERIO Grut.

117 in operculo arcae Amalfiae in S. Laurentii ara primaria; ipsa arca figuris ornata exstat in hortis eiusdem ecclesiae.

*c*N· HAIO· DORYP*h*ORO
PVRPVRARIO· AVGV*st*
DVPLICIARIO· VIXIT
ANNIS· XXXXVIIII
M· VI· DIEBVS· XXIX

Pansa II, p. 184. Mur. 903, 3 a Como accepit, qui Pansae librum male exscripsit. 1 GN et DORYPIORO Pansa. — 2 AVGVSTI Pansa. — ANN· XXXVIIII· MES· V· DIEBVS· III Mur.

118 cista marm. Amalfiae in eccl. S. Laurentii.

IMPETRATI· AVG· N· DIS
PENSATORIS· RAT· AED· SA
CR· ET· OPER· PVBLICOR
HERENNIA· GEMELLA
CONIVGI· DVLCISSIMO

Pansa II. p. 184, inde per Comum. Mur. 905, 5.

119 Atrani in eccl. Carminis.

Q· MAECI
IDAEI· VIATORI
AED· PL

Pansa II, 187. Mur. app. 9, 8 ex schedis Aegyptii. 1 Q· MAECI....Pansa, Q.....RAECI Aeg. — 3 MED....PL Pansa.

120 Scalae in viculo quodam infra episcopatum antiquum.

DIS
MANIBVS
L· RENNI· L· LIB
PHILODOXI
MAG· QVINQ
COLL· FAB· TIG
*c*ST· IDEM· AVG
L· RENNIVS· PROCVLVS
FECIT· PATRI· SVO
CARISSIMO

Camera p. 383. 3 L· RENNII· LIB Cam. — 4 L· HILODOXI Cam. — 7 CVSTODEM· AVG Cam.

121 Salerni *Man.*, in cathedrali *Mur.*

T· TESTIO· LIBERTINO
SEVIRO· AVG· IDEM· Q· Q
ITEM· PATRONO· ET· Q· Q
CORPORIS· T· REIECIVS
MARMORIORVM
IIII· TESTI· HELPIDIANVS
PRISCVS· PRISCIANVS
ET· FELIX· FILI· ET· HEREDES
PATRI· DVLCISSIMO

Manut. Orth. 404, 22; ex eo Grut. 473, 8. Hanc Mur. 197, 1 a Como ita accepit: T· ESTIO· ELPIDIANO· VIRO· AVG· QQ· T· ESTIVS· ELPHIDIANVS· PRISCVS· ET· PRISCIANVS· ET· FELIX· FILII· HEREDES· PATRI· DVLCISSIMO· — 6 TRAIECTVS corr. Scaliger.

122 Salerni in aedibus episcopi, in quibus iam Ap. collocat.

T· TETTIENVS· FELIX· AVGVSTALIS
SCRIBA· LIBRAR· AEDIL· CVRVLL *sic*
VIATOR· AEDIL· PLEBIS· ACCENSVS
CONSVLI· HS· L· M· N· LEGAVIT
AD· EXORNANDAM· AEDEM· POMONIS
EX· QVA· SVMMA· FACTVM· EST· FASTIGIVM
INAVRATVM· PODIVM· PAVIMENTA· MARM· OPVS· TECTORIVM

Descripsi. Novit iam Kiriacus (Mich. Reg. p. 95). Ed. Apian. 107, 1. Panvin. Rom. p. 615 ed. 1558. Manut. Orth. 342, 51. Smet. 6, 7 ab aliis. Codex Waelscapple f. 122. Grut. 94, 11 (ex Ap. Manut. Smet.) Mur. 700, 4 a Como (T· FIENVS. FELIX· AVG reliquis omissis); 619, 1 legitur Ligoriana huius tituli editio auctore digna. E Ligorii schedis item refertur apud Gud. ms. 1213, 8 non interpolata, sed corrupta; dicitur rep. Romae in Aventino.

123 Amalfiae in eccl. Rosarii in fonte quodam, titulus largus palm. 4, altus p. 3.

L· VALERIVS· THREP*t*VS
FECIT· MAG· QQ
COLLEG· FABR· TIGNVARI
ORVM· OST*e*NSIVM· CVRAT
NEGOTIANTIVM· FORI· VINARI
Q· Q· COLLEG· GENI· FORI
VINARI· E.....PE.....PATRIS
E*t*· VALER......STAE

Pansa II. p. 186, ex eo Mur. 521, 4 per Comum. 1 THREPIVS Pansa. — 4 OSTINSIVM Pansa. 6 pro GENI Mur. GEM· coniecit vel CENT, male. — 8 EI pro ET Pansa.

124 Salerni in S. Matthaei *Mur.*; *Pont.* locum non indicat.

D· M
AEL· ANTIOC
HIDI· B· M· Q
VIX· ANN· LI· M· VIII
L· SEPT· SATVRNINVS
COIVG· CARISS· ET· L· SEP
ACHILLES· FRAT· ET· SEP
ANTIOCHIS· ET· VICTO
RIA· COLENDA
NEPOT· ET· HER

Mur. 1288, 12 e sched. suis, 1402, 13 a Como. — Pontan. de aspir. L. 1 (ed. 1538 p. 35; ex eo Grut. 750, 12) titulum hunc cum daret omnibus compendiis solutis, inde error ortus est ut scriberet 2. 3 AELIVS ANTIOCHVS HIDI et cognomen HIDI ex hoc lapide efficeret; quem errorem coniectura sustulit Grut. — Praeterea omisit clausulam 6 sq. inde a ET· L· SEP. — 2 SEP (pro AEL) Mur. 1402. — 3 QVAE Mur. 1402. — 4 MENSES· IX Pont., MENS· X Mur. 1402. — 5 SEP· (om. L) Mur. 1402 — SATVRNIVS Pont. — 6 CONIVG Mur. 1402. — 6 L· SEPTIMIVS Mur. 1402. — 7 FRATER Mur. 1402. — 10 NEPOTES (om. ET. HER) Mur. 1402. — Denique ex hoc lapide fluxit corruptissimum exemplum quod e schedis Antonii Mazae ed. Mur. 1435, 4, ponens Salerni: D· M ‖ ANZIO· B· M ‖ SEP· SATVRNINVS II ET· SEP· ACHILLES ‖ ET· SEP· ANTIOCHIS

125 Salerni in pavimento templi S. Benedicti.

AELIAE· VENVSTAE
FILIAE· DVLCISSIMAE· QVAE
VIXIT· ANN· XIIII· M· X· D· VIII
POSVERVNT· L· ASINIVS· PHILO
CALVS· ET· ASINIA· HELENE
PARENTES· ET· SIBI· ET· SVIS
LIB· LIBERTABVSQ· POSTERQ
EORVM

Mur. 1125, 7 a Franc. Valletta; d'Orville Sic. p. 596.

126 Salerni in S. Benedicti.

P· AELIO· AGATHEMERO
FLAVIA· MVSIAS· CONIVGI
CARISSIMO· FECIT

Grut. 1139, 8 (vid. Sirmond.) Mur. 1290, 6 a Como, 1385, 3 a Fr. Valletta. Eiusdem typum dedit d'Orville Sic. p. 596. D· M· add. d'Orv. — 1 PAELIO Mur. 1385 d'Orv. — ALATHEMERO Mur. 1290, ACATHEMERO Mur. 1385.

127 Ravelli in eccl. principali S. Pantaleonis.

HIC· ANNIA· APHRODISIA· CONIVX
RARISSIMA

Infra protome in corona, quam sustinet aquila; in angulis genii stant duo alios duos genios intuentes; prope visuntur homines duo equos domantes aliaeque figurae.

Pansa II. p. 188 (inde Mur. 1296, 3).

128 Atrani.

D· M
ANNIAE· C· FIL
LONGINAE· V
XORI· INCON
PARABILI
T· IVNIVS
HERMES
MARITVS
FECIT

Mur. app. 9, 1 e sched. Aegyptii apud Goetzium.

129 Positani in eccl. abbatiali S. Mariae in pavimento, tabula marmorea longa palm. 5, larga palm. 3, pedum usu detrita.

PVLEIVS· L· L· L· SALVIVS· ALEP· POSID· APPVLEIVS· L· L· L· FELIX· CINA· L· APPVLEIVS· L ·L
TVLVM · VSTRINVM · DE · SVO · DEDERVNT · IN · FRONT · P · F · IIS · IN · AGR · P · X · NE · IS · A *ger*
PVLEIVS· L· L· MAMA   L· APPVL*e*IVS· . . L· L· . . . .   L· APPVLEIVS· L· L· HERACLEO
PVLEIVS· L· L· L· MA*h*ES   L· APPVLEIVS· L· L· MENOCRAT*es*   L· APPVLEIVS· L· L· L· HILARVS
PVLEIVS· L· L· L· HILARVS   L· APPVLEIVS· L· L· DIOGENES   L· APPVLEIVS· L· L· L· SVLLA
PVLEIVS· L· L· L· HVTILIS   L· APPVLEIVS· L· L· L· ANTIOCHVS   L· APPVLEIVS· L· L· L· SACA
PVLEI*u*S· L· L· L· VI*c*TOR   L· APPVLEIVS· L· L· L· MA*h*ES   L· APPVLEIVS· L· L· L· HILARVS   VII
PVLEIVS· L *l l* CERDO   L· APPVLEIVS· L· L· GA PHILOC   L· APPVLEIVS· L· L· HILARVS   L· AP
PVLEIVS· L· L· L· MELEA*g*ER   L· APPVLEIVS· L· L· LIBANVS   *l* · APPVLEIVS· L· L· CERDO   L· A
PVLEIVS· L· L· CERD*o*   L· APPVLEIVS· L· L· ACERRIOR   L· APPVLEIVS· L· L· AMPHIO   L· A
PVLEIVS· L· L· L· VVGVSTVS   . . . .   L· APPVLEIVS· L· L· OPTATVS   L· A
PVLEIVS. . . . .   L· APPVLEIVS· L· L· OPTATVS   L· A
PVLEIVS. . . . .   L· APP*u*l*e*IVS· L· L· *an*TEROS
PVLEIVS. . . . .   L· APPVLEIVS . . . .
ACTI BAE· CARIS
VIX· ANN· XXXVI

Pansa I. p. 311, unde per Comum habuit Mur. 1572, 1 negligenter et descriptam et emendatam. Fracturas notavi ego. — 1 ALEP· POSID· et CINA, quae quid sibi velint ignoro, Mur. omisit in lacunis. Cum Positani extet titulus, fortasse interpolatio subest. — 2 pro FIIS fort. scr. LIIS, Mur. XIIS. — Pansa in his discedit: col. I. 4 MAIES. — 7 PVLEIÆS et VIGTOR. — 8 PVLEIVS· L· CERDO. — 9 MELEACER. — 10 CERDNN. — col. II. 3 APPVLDIVS. — 4 MENOCRATE. — 7 MAHES. — col. III. 9 L· om. — 11 OPATVS. — 13 L· APPLIVS· L· L· NITTEROS.

130 Atrani in eccl. S. Salvatoris de Biretta.

in pyramide puer nudus exhibetur, infra legitur

APRIO· EVTYCHIANO
FLAVIA· EVTYCHIA· FILIO
CARISSIMO

Pansa II. p. 187 (ex eo male Mur. 1133, 7 et Camera p. 296) Mur. app. 9, 3 e sched. Goetzianis, i. e. Aegyptii. — 1 ARRIO malim. — ET pro EVTYCHIANO Pansa. — 3 CLARISSIMO Mur. app.

131 Amalfiae in eccl. Rosarii in hortis ad fontem.

D· M
A*t*ILIA*e*· C· *fil*· QVA*r*TIL*i*AE
VIX· ANNIS· II· MESES· V
DIES· XXIII· IVLIVS
FELICISSIMVS· COIVGI
B· M

Pansa II. p. 185 (ex eo per Comum Mur. 1303, 10 male). — 2 A·ILIALC· III· QVATTILIAE Pansa.

132 Atrani.

C· AVEDIO
AVEDIA
CONIVGI
MO· FECIT
QVO· VIX· AN

Mur. app. 8, 13 ex schedis Aegyptii

133 Salerni *Apian.*, at *Pontan.* locum non indicat et haud scio an sine ratione Salerno attribuatur.

AVRELIAE· VALERIANAE
VIX· ANNIS· XXIIII· MEN· VII
DIEB· XIII
ELVIA· CHRESTA
FILIAE· DVLCISS

Pontan. de asp. L. 1 ed. 1538 p. 30; Apian. 107, 4; Grut. 672, 7 ex Apiano et Pontano. — Vv. distributio arbitraria est. — VIXIT et MENSIBVS et DIEBVS Pontan ex more suo. — 4 CHRESIA Ap. — 5 DVLCISSIMAE Ap., non Pontan.

134 Salerni.

L· CADI
PROCVLI
OPTATVS
ET· APVLE
NEPOTVLA
P

Mur. 1445, 9 e schedis Ambros.

135 Salerni.

CICEREIAE · ZENONIDI
AVRELIVS· VICTOR· FIL
MATRI· BENEMERENTI
FECIT

Grut. 1128, 9 (vidit Sirmondus).

136 Ravelli.

HIC · PVER · OCTAVO · FRAVDATVS · CLAVDITVR · ANNO
IMPIA · QVEM · FATI · SAEVA · RVINA · PREMIT
NOMEN· ERAT· CLEMENS· MINIME· LAEDENDVS· ET· ANNIS
SPES· ERAT· IN· PVERO· NVNC· CINIS· ET· GEMITVS

Smet. 140, 11 a Pighio, inde Grut. 677, 8. Codex Waelscapple f. 146. Burm. Anthol. IV, 105, qui invenit etiam in cod. Bucheliano. — 1 PATER pro PVER W. — 3 LEDENDVS. W. — Est suspecta.

137 Salerni *Apian.*; *Pontan.* locum non indicat et haud scio an recte ad Salernum referatur.

CLODIAE · HELPIDI
CONIVGI · INCOMPARABILI
GENIALIS· MARITVS

Pontan. de asp. L. 1 p 31 ed. 1538; Apian. p. 107, 5; Grut. 773, 1 ab istis. Vv. distrib. arbitr.

138 Atrani in eccl. S. M. de' Benni.

ti· CLAV*dius* . . . .
DORVS · FECIT · CLAV
D*i*AE · FVSCAE · LI
BERTAE · SVA*e* ID*q*
CONIVGI· CARISSIMAE
SANCTISSIMAE· ET
BENE· MERENTI

Pansa II, 186 (inde Mur. 1528, 12 et ut puto etiam Camera p. 298). — 1 II· CLAV. . . . Pansa (Camera om. II.). — 3 DAE Pansa Cam. — 4 SVAFIDS Pansa (et ita Camera, sed om. S), unde Mur. SVAE· FIDISS

139 in suburbio Salerni.

D· M
TI· CLAVDIO· MA
RCELLO· VIX· A· XVIIII
M · III · AVRELIA · PRO
CLA · FIL · PIENTISSI
MO· FECIT

Mur. 2057, l. a Como.

140 Pogerolae in pago Amalfitano in eccl. S. M. Gratiarum.

CONSI
AE· Q· F
FELICVLAE
P· F

Pansa II. p. 190, unde corrupte dedit Camera p. 288. Mur. non habet.

141 Vietri.

CORNELIA · L · L · H*y*GIA
VIX· *a*. XXXX
TI· CLAVDIVS· AVGVSTI· L
INOPVS · CONIVGI · SV*ae*
FECIT

Casaburi p. 25 qui vv. ex arbitrio divisit deditque HIGIA VIX XXXX, et SVO pro SVAE.

142 Vicentino VIII· M· p. a Salerno.

D ≈ M
CRESCENTI
NAE· FIL· KA
RISSIMAE· B·
M· Q· V· AN· XII
MENS· XI· DIE· I
F·MATER·ET·PATER

Guarini iter vag. mans. II. p. 22.

143 Salerni in pavim. templi S. Benedicti.

EVCHARIAE· FILIAE
DVLCI
VIXIT· ANN· X· HORAS· IIII

Mur. 1161, 3 a Como. d'Orville Sic. p. 596 (a Valletta, puto). — 1. 2 d'Orv. ci. — 1 EVCHACIAE Mur. EVCHARIO d'Orv.

144 Salerni.

D· M· FADIAE· PRIMIGENIAE
M· ANTONIVS· *p*ATROCLES
CONIVGI· CARISSIMAE

Misit Borghesius Kellermanno e cod. Urbinate, qui ATR.

145 rep. in agro Piceno, exstat Salerni in aedibus Vietri.

D· M
FELICI· VIXIT
AN· III·M·XI·D·XVIII
DIADVMENVS
FIL· B· M· F· C

Garrucci ant. de' Lig. Beb. p. 40.

146 in pago Amalfitano Tramonti in eccl. S. Erasmi a Pocara.

D· M
FLAMINIAE
SYMPHERVSAE
P· AVRELIVS· ABAS
CANT· PATRO· B· M· F

Camera p. 374.

147 Salerni *Pont. Ap. rel.*

FLAVIA· CALEMERA
DVLCISSIMA
HAVE
SEX· HELENIVS
SEX· L· DEMOSTHENES

Pontan. de asp. L. 1 ed. 1538 p. 28 (inde Grut. 911, 19). Apian. 107, 2 (inde Grut. 975, 9). Manut. Orth. 390, 9. Mur. 1583, 1 (e sched. Fr. Iucundi Gorius). — 4. 5 om. Pontan., qui saepe affert inscr. mutilas, Man. — 1 CALEMERA Pont. Mur. Grut. utroque loco, CLAMERA Ap. Man. — 5 S· L· DEMOSTHENES Grut. 975 contra Ap. DEMOSTENES Ap.

148 cista Gragnani in eccl. parochiali.

larva FOLIA· VETVSTA larva

aviculae duae uvas comedentes.

Pansa II. p. 144.

149 Salerni.

P· GALERIVS· MAXI
MVS· VIXIT
ANN· XIIII· MENSES
VII· DIEBVS· III· H· S· E

Mur. 1681, 1 a Como.

150 Pogerolae prope Amalfiam in eccl. parochiali S. M. Virginis.

IVLIA· DIOC*l*EA· GRATI

Pansa II. p. 190, ex eo corrupte Camera p. 287. — DIOCIEA Pansa.

151 Salerni.

IVL · AVR · FESTO · IVN · VIXIT · ANN
VI· MENS· XI· D· XXI
FESTVS· PATER· ET· MATRONA· MATER

Mur. 1177, 1 e schedis suis et a Como. Schedas Mur. sequor; Como 1 IVLIO· AVRAE· FESTO, 2 om. D XXI

152 Amalfiae in monasterio Trinitatis. *Pansa;* in aede Sanctimonialium Nobilium. *Aeg.* urna aquae benedictae.

T · IVLI
THEATRICI

Pansa II, p. 184. Mur. app. 9, 7 ex schedis Aegyptii. — TIT· IVLI Pansa.

153 cista anaglyphis ornata Amalfiae in eccl. S. M de Hospitali.

DIS · MANIBVS
L· IVVENTI· ASIATICI
V· A· XXXVIIII
POSVIT· IVVENTIA· SECVNDA
MATER

Pansa II, p. 183, ex eo per Comum Mur. 1181, 3.

154 Amalfiae in sacristia eccl. S. Trinitatis. *Pansa.* Cavae in eccl. S. Trinitatis. *Gud.*

D· M
L· LARTI· TROPHIM
i· LARTIA· CHRE
SIME · LIBERTO
B *m* F

Pansa II, 185 (inde Mur. 1545, 1 per Comum). — 3 AE Pansa, pro I. — 5. 6 B· F Pansa. — Idem videtur esse titulus Gud: ms. 7, 4, ed. 315, 6: D·M·S ‖ L· ARPIO POSVIT ‖ CHRISIMVS ‖ LVPVLVS

155 vas marmoreum pulcherrimum Amalfiae in eccl. S. Nicolai Graecorum, in sacristia.

DIS· MANIB
MALLIA· TITI· FILIA
PANTHERIS
VIXIT· ANNOS· XVIII
MENSES · X
DIES· XXIIII

Pansa II, p. 183 (ex eo per Comum Mur. 1705, 10).

156 Salerni in S. Leonardi.

D M
P· MANILIO· HYGINO
P· MANILIO· HYMETO
MANILIA· PRIMITIVA
et MANILIA · CHRESIMA
V· F

Mur. 1480, 11 e sched. Ambros. — 5 P Mur. pro ET.

157 Pastinae prope Amalfiam in eccl. parochiali.

DIS· MANIBVS
C· MECLONIO
PARTHINO
V· A· II· M· V
IVVENTIA
EPHESIA
MATER

Pansa II, p. 188 (inde Mur. 1186, 8 per Comum); item Matth. Aegyptius, cuius exemplum habemus et in opusculis eius p. 182 et in schedis eius quae penes Goetzium fuerunt, apud Mur. app. 9, 4. — 1 D·M Aeg. in opusc., non apud Mur. neque ita Pansa. — 2 MAECLONIO Pansa. — 4 VIA (pro V· A·) Pansa.

158 Amalfiae in eccl. parochiali SS. Philippi et Iacobi, urna rotunda avibus et geniis ornata.

D· M
NONIA*e l*A
RINATI· Q· V
A· XXIII· M· VII
D· VIII· NONIVS
FAVSTIANVS· IN
FELIC· SOROR

Pansa II, p. 183 (ex eo per Comum Mur. 1485, 2). — 2. 3 NONIALIA ‖ RINATI Pansa, unde Mur. NONIAE· RENATAE

159 Salerni.

C· PLV
TIO
CALCHEDO
NIO

Pontan. de aspir. L. II. ed. 1538. p. 64. Mur. 1726, 18 e sched. Ambros. — Pontan. LVCIO pro PLVTIO.

160 Amalfiae in monasterio Monialium S. Nicolai Civium. *Pansa;* ibi ad aedem sacram Annuntiatae *Mur. app.*

D· PETRONIO· MER
CVRIO · V· A · XIIX · M · IIX
DIEB· XI· H· S· E· D· PETRONIVS
EPICTETVS · PATER
FILIO· PIENTISSIMO
FECIT

Pansa II, p. 185 (inde per Comum male Mur. 1199, 8) Mur. app. 9, 6 e sched. Goetzianis, i. e. Aegyptii. — 1 P· PETRONIO Aeg. — 2 ANN· Aeg.

161 Atrani.

D· M
SEX · POMPEIO
MERCVRIO
SEX · POMPEIVS
DEMETRIVS
PRIVIGNO
SVO· POSVIT

Mur. app. 9, 2 e sched. Aegyptii apud Goetzium.

162 Amalfiae in eccl. cath. S. Andreae cista sepulchralis ornata Amoribus qui cum canibus ludunt.

DIS· MANIBVS
P · POPILIO · APOLLONI
POPILIA· EVTYCHIS
ET· SERGIVS· ANICIVS· C
TRIVMPHALIS · PA · B · M

Grut. 1125, 2 (vidit Sirmondus). Pansa II, p. 182. Mur. app. 9, 5 e sched. Aegyptii, qui plane convenit cum Sirmondo. — 2 D· POPILLO Pansa. — 5 D· A· B· M· F Pansa.

163 Salerni in cathedrali.

D· M
PROCVLEIVS· C· F· FALL
MAGNVS· C· PROCVLEIO· LIB
ALEXANDRO· PATRI· ET. PROCVLEIO
LIB· CALICE

Mur. 1555, 12 a Como.

164 Salerni in S. Benedicti.

D· M
L· RENNIVS· CRISPINVS
SE · VIVO · SIBI · FECIT · ET
SVIS· LIB· LIBQ· POST
EORVM

Mur. 1736, 1 e sched. Ambros.

165 Atrani.

D· M
P· SENATIO· AT
PATRONO· OP

Mur. app. 8, 14 e sched. Aegyptii.

166 Salerni in S. Matthaei.

HAVE· SEPTIMA SIT TIBI
TERRA LEVIS QVISQV
E HVIC TVMVLO POS
SVIT ARDENTE LVCER
NAM ILLIVS CINER
ES AVREA TERRA TEGAT

Descripsi. Ed. Grut. 1148, 17 (vidit Sirmondus). Mur. 1743, 14 (a Como et Ginannio). Alios praetermisi.

167 Salerni.

A· SERGIO
AGATHONI
A· SERGIVS
AMOENVS · LIB
B· M· FI

Manut. Orth. 35, 1., ex eo Grut. 954, 6. Zaratinus Castellinius in additamentis ms. ad Smetium p. 16 terg. (codex est Ortii Veronensis, unde descripsit Kellermann) qui lapidem vidit; e Castellinio Malvasia Ael. Lael. p. 82. — 4 om. Cast. — 5 BENEMERENTI· FILIO Manut.

168 in monasterio Cavensi S. Trinitatis.

A· SERGIVS CLADVS	ET SERGIA· LAIS ·

coronae

Gud. ms. 7, 3; ed. 331, 6.

169 Salerni apud Ios. Palmerium.

DIS· MANIBVS SERVILIAE· A· L ARIEMODINI CONIVGI · CARIS SIMAE	DIS· MANIBVS A · SERVILIO APELIE MEMORIAE

Mur. 1403, 9 a Como.

170 Atrani in sacristia eccl. S. Salvatoris de Biretta.

C· STERTINIVS· C· F
PRISCVS

Pansa II, p. 187 (ex eo Mur. 1749, 3 per Comum et Camera p. 296). Descripsit denique Schulz Dresdanus.

171 Tramonti in litore Amalfitano in eccl. *del Casale del Ponte.*

VALERIAE
C· F
OVF

Camera p. 374.

172 Salerni.

D· M· S
M · VAL · PVNICVS
AEMILIAN · QVI
VIXIT· ANN· IX· MENS
IIII · DIEB · XII · VAL
DRAGONTIANVS
ET· AE . . . . . ZENONIS
PARENTES· INFELICES
FILIO· DVLCISS

Manut. Orth. 342, 50, ex eo Grut. 712, 5.

173 Salerni in S. Benedicti *Grut.;* Neapoli in S. Benedicti *Mur.*

L· VERATIVS· NICOMACHVS
VERATIAE · REGINAE · ALVMNAE
DVLCISSIMAE· QVAE· VIXIT
ANNIS· V· MENS· VIIII· D· XXIII
FECER · POSPHORVS · ET · RVS
TICA· PARENTES

Grut. 1119, 5 (vidit Sirmond.) Mur. 1508, 9 e sched. suis. — 5. 6 ex Mur. accesserunt.

174 cista marmorea Ravelli in S. Augustini, ubi pauperculae mulieres degunt.

P· VETILIVS P· T· L ACVTVS	P · VETILIVS AMIANTVS VIXIT· AN· I· ET M· VI

Pansa II, p. 87 et diverse p. 189 (ex eo per Comum Mur. 1763, 15). — P· D· L p. 189. — AMIRANTHVS p. 87.

175 Ravelli in eccl. S. Liborii.

*v*IBIAE · APHRODIT*ent*
FRATRES· FECERVNT

Pansa II, p. 189 (inde male per Comum Mur. 1471, 1). 1 IBIAE Pansa, IVLIAE Mur. — APHRODITVII Pansa.

176 Ravelli in eccl. SS. Annuntiatae in sacristia.

VIBIAE · C*al*LIT*y*CHE · MATRI
B· M· C· VIBIVS· EVSEBES· FIL

Pansa II, p. 189 (ex eo per Comum Mur. 1285, 10). — 1 CRILITICHE Pansa.

177 Vetranti in eccl. cathedralis sacristia.

L· VISELLIVS· L· Ͻ· Ͻ· L FELIX MERCATOR· VINAR VIX· ANN· LV	VISELLIA · QVARTA MATER· FILIO· PIO FECIT· ET· SIBI

Casaburi Marcina p. 94. Adinolfi storia della Cava, quem sequor; Casaburi versuum nullam rationem habuit, sed recte dedit LVCII Ͻ Ͻ L pro L· I· I· L, quod habet Adinolfi.

178 Salerni.

EX· VOLVNTATE· ET
PIETATE· M· VLP
AVG· LIB· DOCIMI
T· CLAVDIVS· IRENAEVS
ET· VENVLEIA· CORIN
THIAS· POSVERVNT· SIBI

Misit Borghesius e cod. Urbinate. — Alia inscr. eiusdem Docimi legitur ap. Donium cl. X, n. 105. *Kell.*

179 Ravelli in S. Crucis, vas marmoreum avibus et capitibus vervecum ornatum, quo nunc aqua sancta infunditur.

D· M
M· VlPIO
AVG· LIB
EVPHORIO
Q· V· A· III· D· VIII

Pansa II, p. 86 et aliter II, p. 189; ex eo per Comum Mur. 1017, 3. 1763, 4. — 2 VEPIO P. 86, VRPIO P. 189. — 3 AVO· LIB P. 86, AVG...ILB... P. 189. — 4 EVPHATRO P. 86.

180 cista cum titulo evanido Amalfiae in monasterio PP. Conventualium.

protome mulieris
in concha.

CANNVTIA SCEDEO
IL·MAE (FOEMINAE
OPTIM·AE) MERE·
TV T· E· C· CATRVI
SVCC·ES· F· MC....
IBTANTI CENESC....

Pansa II, p. 184.

181 Amalfiae in eccl. Rosarii, urna aquae benedictae.

DIS· M
SERVILIVS........
.........C·D
CINADVS
....

Pansa II. p. 185.

182 Atrani in eccl. Carminis.

DIS· MANIBVS
FELICISS........
VIX· AN
EIX

Pansa II. p. 187.

183 Ravelli in eccl. S. Ioannis.

DOMITIAM
FIORI.......VEM
IVXYRIVS....HTVS

Pansa II. p. 189.

184 Amalfiae in eccl. Rosarii ad fontem; subscr. est titulus medii aevi.

LI	FLAVI
	PRIS
BENE· M	VIX·AN

Pansa II. p. 186.

185 Amalfiae in eccl. Rosarii ad fontem.

CISSIMVS· QVAE· VIXIT· AN
LIDROMVS· PATERO· QVI
DECESSERVNT

Pansa II. p. 186.

186 in eccl. S. M. del Pino in pago Amalfitano.

D· M
....
....
....

Pansa II. p. 187.

187 Salerni in S. Benedicti.

FILIAE· DVLCISSIMAE· PRAETEXTATAE· QVAE· VIXIT
☧ ANN· XI· M· IIII· D· XXV· D· P· VII· IDVS· AVG
IN· PACE· FECERANT· PARENTES· ET· SIBI

Mur. 1927, 2 a Fr. Valletta. d'Orville Sic. p. 596. — In vv. div. sequor d'Orvillum. — 2 M·IIII om. Mur. — 3 PARENES Mur.

188 in gradu eccl. S. M. del Pino in pago Amalfitano.

HIC............
VIX· II· I· IVNIVS
DEPOSITVS· M· N· I· C

Pansa II. p. 188.

V. EBVRVM (*Eboli*)

189 Eboli in turri campanaria eccl. paroch. S. Mariae ad intra.

L· D· D· D

T· FL· T· F· FAB· SILVANO· PATR· MVN
EBVR· II VIR· II QQ QVEST· ARK· CVR *sic*
REI FRVMENT· HVIC· COLL· DEND
ROPHORR· OB EXSIMIAM ERGA *sic*
SE BENIVOLENTIAM ET SPEM PER
pETVAM STATVAM DIGNISSIMO
PATRONO POSVERVNT CVIVS STA
TVAE HONORE CONTENTVS OB
TVLIT COLL· SS· HS VIII M N VT QVOD ANNIS
NATALI EIVS DIE III IDVVM DECEMBR
CONFREQVENTENT V*bi dedit o*B STATVAE D*e*
DICATIONEM COL P*atron. sing.* HS XX N E*t*
*q*Q II VIR AEDILIC· S*ing. iis*////N ET CETE
RIS· CONDEC· SING ·HS////*n sevir*ISS AVGV*s*
TALIB· HS· XII N COLL DENDrOPHOR ET
FAB· SING· HS· MILLENOS ET EPVLVM
PLEBEIS· SING· HS· ////N ET VISCERATIONEM

in latere sinistro

DEDICATA V KAL APRIL
anno II VIR C STLACCI VA//////
CN· BRINNII· STEP*h*ANI

Descripsi. Ed. Lupoli opusc. p. 254. Guarini comm. VIII, p. 13 cf. comm. VII, ed. 2. p. 35. Varios errores in hoc titulo difficillimo exscribendo commissos esse neque miror neque vitupero, sed aegre fero fallacem Lupoli indolem, qui vulnera celavit lapidemque foede interpolavit. Cuius ne ingenium ignores, en vv. 13. 14. 15 ex eius recensione: | DEDICATIONEM· CONTVLIT· HS· XXX· N· II | QQ· II· VIR· AEDILIC· SING· ET· LIBE || RIS· EOR· DEC· SING· HS. XX· N· VI· VIRIS· AVGVS ||. Fraudem detexi Bull. 1847. p. 119. Guarinii exemplum etsi non satis emendatum, tamen ab interpolatione immune est. Difficultatem facit v. 15 ubi quod reposui incertum est; s alterum a lapicida male repetitum videtur.

190 Olevani in vico Ariano penes parochum; rep. in crypta S. Michaelis Archangeli Clevani ad latus altaris, cui tamen exstruendo non inservierat. Litterae sunt tertii quartive seculi.

IO· SPL· EQ· ROM· P· C· M
A· II· DATO· EX· INDVLGENTIA· N
bu KENTINORVM· VELIENSIVM· V
ENTIBVS· SVIS· A· SOLO· EX////
ECVNIA· RESTITVIT· E*T*
· CVM· STERILITAS·AN*NO*
NONARIAE· ADIVV*IT*
ISTRIBVIT· OOB· QV*AM*
////IOOIOYNAA////

Descripsi; indicavit eam medicus Eburinus Iosephus Augelluzzi, qui vidit paullo pleniorem.

191 Olevani prope Eboli in vico Monticelli penes Ianuarium de Sio.

E· ANNOR· III
ALLVSTIO
O· VIRO

Descripsi.

VI. COMPSA. (*Conza*)

Compsam cum non adierim, inscriptiones huius oppidi non habeo nisi quas saec. XVI ibi descripsit *Cittadinus* (cuius schedis usi sunt Panvinius Manutius Smetius per Ioannem Metellum Ligorius Gruterus) quasque hac aetate ibi collegit Fridericus *Cassitto*, qui schedas suas liberaliter mecum communicavit, quaedam inde etiam Guarinio misit. Quarum schedarum de auctoritate non satis certa v. praef. Praeter quos nemo quod sciam adiit oppidum neglectum et remotum, situm in confiniis Lucaniae Apuliae Campaniae. — Quae tradunt *Antoninius* et *Lupulus*, quaere inter suspectas.

192 Compsae ad S. Pancratii in aedibus Turri.

........HADRIAN
FIL...DIVI· TRAIANI
PARTHICI· NEPOTI
DIVI· NERVAE· PRON
T· AELIO· HADRIANO
ANTONINO· AVG· PIO
PONTIF· MAX· TRIB
POTEST.....COS· II p. Chr. 138
P· D· D

Ex schedis Cassittii, unde ed. Henzen Bull. 1845 p. 56.

193 Compsae in loco q. d. *sotto la scarpa.*

......AELIO
ANTONINO
....AESAR..
F· CAESAR...
D· T· IMP....
.......VERI
......RTINA
V· C

E schedis Cassittii.

194 Compsae.

IN· QVO· OPERE· COLLEGIVM· DEC
MERCVRIALES· DEDIT
IMP· CAESARI

e schedis Cassittii. Videntur fragmenta diversa, nisi fraus subest.

195 Compsae in aed. archiepiscopi. *Smet. Grut.*

....
M· F· GAL· PRIMO· X· VIR· STL
IVD· TRIB· LEG· VII· GEM· FE
LICIS· HISPAN· CITERIORIS
Q· VRBAN· AEDILI· CVRVL
PRAETORI· CVRAT· VIAE
AVRELIAE· PROCOS· LY
CIAE· PAMPHILIAE· COS
POLYGIMVS· LIB

Panvin. resp. Rom. ed. 1558 p. 112. Ligor. apud Gud. ms. 1351, 1. Manut. Orth. 343, 52. Smet. 83, 9 ab aliis. Grut. 491, 12 e Smet. et schedis Cittadini. Versuum divisio est Gruteriana. — 1 PRIMVS Panv. Man. Smet. — 3 LIC· Man — 4 VRBANO Panv. VRBANVS Man. Smet. — AED. Grut. — 6 PROCONS Smet. Grut — 7 CONS Man. Smet. Grut. 8 POLYLIMVS Citt. POLYMVS Smet. Grut. POLIMVS Panv. Man. POLLIMVS Lig.

196 Compsae prope coemeterium.

L· ANTISTIO· Q· F· GAL· PAV
LO· II VIR· QVINQ· PATRONO
MVNICIPII· PLEBS· VRBANA
AERE· CONLATO
L· D· D· D

E sched. Cassittii. Suspecta propter II viratum. Vide similem in Abellanis.

197 Compsae.

C· BEBIO· C· F· GAL· LVPVLO
IIII· VIR· AED· IIII· VIR· I· D· Q VIR
QVINQ· PLEBS· VRBANA
EX· AERE· COLLATO· L· D· D· D

Grut. 373, 5 ex schedis Cittadini. Ligor. apud Gud. ms. 1351, 3, quem sequor in vv. distr. Lupoli inscr. Corf. p 213 se exscripsisse Compsae simulat.

198 basis Compsae in aede S. M. Pietatis. *Smet.*

M · MINDIVS · M · F
GAL · MAXIMINVS
STATVAM · MERCVRII
OB · HONOREM · QVINQ
POSVIT
CVIVS · DEDICATIONE · DEDIT
POPVLO · VIRITIM · DENARIOS · SING
L · D · D · D

Panvin. resp. Rom ed. 1558 p. 496. Codex Waelscapple fol. 79. Ligor. apud Gud. ms. 1351, 4, ed. 36, 2. Smet. 25, 11 a Io. Metello, inde Grut. 51, 3. Lupoli Inscr. Corf. p. 253 ait se exscripsisse; si libet, crede falsario. Smetium sequor in vv. div.; Panvinius cum quo consentit Waelsc. differt, item Ligorius. — 1 MIRIDIVS Lig. — 2 MAXIMIV sched. Cittadini apud Grut.; MAXIMVS Panv. W.; MAX Lig. — Sequentia verba ita traiecit Lig.: MERCVRII OB · HONOREM · QVINQ · STATVAM — 6 DEDICATIO Lig. — 7 SINGVLOS Lig.

199 Compsae in S. Angeli a Portella.

M · MINDIO · M · F · GAL
MAXIMO · IIII · VIR · AED
IIII · VIR · I · D · Q · IIII · VIR · QVINQ
M · MINDIO · M · FIL · GAL · PROCVLO
MINDIAE · M · F · MATRONAE
M · MINDIO · M · F · GAL · LIVIANO
PLEBS · VRBANA · AERE · CONLATO
QVORVM · DEDICAT · DECVRIONIBVS
HS · POPVLO · VTRIVSQVE · SEXVS · XI DEDIT

E schedis Cassittii. Potest esse cento ex n. 197. 198.

200 Compsae sub atrio ecclesiae.

//// PONTIO · GAL
MARCELLINO · IIII
VIR · I · DIC · ET · OP
PIAE · IANVARIAE
PARENTIBVS · B · M

Ex schedis Cassittii.

201 Compsae in aede cath. a dextra cryptae.

C · VMBRIVS · EVDRASTVS
FORTVNATVS · IIII VIR
MENSVRAS · LEGE · CIVITATIS
PROPRIO · SVMPTV

Grut. 223, 1 ex autographo Cittadini. Ligor. apud Gud. ms. 1351, 2, ed. 142, 8. Henzen Ann. XVI (1844) p. 92 e schedis Cassittii. — 1 VMBRILIVS Lig. — LVDRASTVS Lig., EVDRASIVS Cass. — 2 FONTVNATVS Grut. FONTYNATVS Lig.

202 Compsae.

GAL ////
IIII AV////
VIR QQ Q *pec. publ. qua*
EST ALIMENT *sacerd*
XVVIR MATRI*s deum*
OB MERITA EIVS *et splen*
DIDAM EDITIO*nem mu*
NERIS GLADIA*tori*
PLEPS · VRBANA *aere*
CONLATO · CVIVS · DE*dicat*
POPVLO VTRIVS*que*
SEXSVS X C ET E*pulum*
BIDVO · DED*it*
L · D · D · *d*

E schedis Cassittii ed. Guarini comm. XVI. p. 76.; Bullett. 1832, p. 208 ex litteris Guarinii, quas vidi. Hoc exemplum Guarinianum accuratius est. — 2 in litt. post IIII add. VIR (*sic*), fort. ex suppl. — ult. V deest in comm. — 5 XVIR litt. — 8 GLADIATO comm. — 11 POPVLVS litt. — 12 CETER litt. CETERIS (om. X) comm. — 13 L · D · D · D comm.

203 Compsae in loco dicto *Picchiazzo.*

L · ALBIVS · S · C

E schedis Cassittii.

204 Calitri in agro d'Amato.

D · M
APOLLONIO
SECVNDIANV
S · FILIO · MEMO
RIA · B · M · F

Guarini varii monum. 1835. p. 44. Descr. Cassitto.

205 Compsae.

N · LEPIDVS · Q · F

E sched. Cassittii.

206 Compsae in massa Gervasio.

MAGVLLIAE · ROMANAE
FELICIO · CONTVBERNALI · KARISSIMAE
CVM · QVA · VIXIT · ANN · XIII

E schedis Cassittii.

207 Compsae ad fontem publ. extra urbem in loco dicto Picchiazzo. *Rom. Cass.* Buccini (Volceis) in Lucania collocant *Apian. Grut. Mur.*

IN · QVEM · INDVXI · SARCOPHAGVM · IN · QVEM · DVM · RECEPTVS
FVERIT · CORPVS · MEVM · NVMQVAM · VLLO · LICEAT · ACCEDERE
NEQVE · APERIRE · NEQVE · VEXARE · OSSA · MEA · NEQVE · FILIVS · NE
QVE · NEPOTES · NEQVE · ALIA · ADFINITATE · VLLVS · SI · QVIS · AV
TEM · AVSVS · FVERIT · INFRINGERE · VEL · APERIRE · IS · TVM · INFERET
POENE · NOMINE · REIP · FOLLES · MILLE · SANE · MEVIA · PRISCA
SI · PERMANSERIT · VSQVE · IN · DIEM · FINITIONIS
SVAE · RECIPIATVR · IBI · IVXTA · MARITVM · SVVM

Apian. 174, 2, inde Grut. 810, 10. Ex eodem Apiano, sed negligentissime vid. descripsisse Fonteius de gente Caes. p. 150. Arbitrarie correxit Fabric. 1587. p. 231. Apiani exemplum repetivit Mur. 1715, 8 e sched. suis et Farnesiis. Ad exemplum Io. Ant Cassittii dedit Romanelli topogr. II, 357, sed bonum auctorem interpolavit. Ego do ex schedis Frid. Cassittii, quas sequor in vv. dividendis. Fonteii et Fabricii v. l. omisi. — Superne puncta ponit Romanelli. — 1 RECEPTVS Apian. Rom. Cass., RECEPTVM ex corr. Grut. Mur. — 2 NVMQVAM · VLLO Cass., NVMQVAM · VLLI Rom., NVLLI VNQVAM Ap. Grut. Mur. — ACCIPERE pro ACCEDERE Rom. Cass. — 3 NEQVE · APERIRE · NEQVE · VEXARE Cass. VEL · APERIRE · VEL · VEXARE Rom. NEQVE (NEQ. Ap.) VEXARE (om. NEQVE · APERIRE) Ap. Grut. Mur. — NON. FILIVS (pro NEQVE · FILIVS) Ap. Grut. Mur. — 4 QVE (Q · Ap. Grut.) NEPOTES · NEQ · (hoc. voc. om. Mur.) DE · AFFINITATE Ap. Grut. Mur., fortasse recte. — 5 INFR · VEL · AP · AVS · FVER per transpositionem Ap. Grut. Mur. — IS · TVM om. Rom. Cass. — ante INFERET add. Rom. VEL · VEXARE · OSSA · MEA — INFEREI Ap. in textu, INFERRI Ap. in emend., INFERIT Cass. — 6 POENE Ap. Grut. Cass., POENAE Mur. Rom — REIPVBLICAE · COSSANAE Rom. aperta interpolatione. — FOLIES Ap. - Quae post MILLE sequuntur Rom. ex Grutero supplevit; at in schedis Frid. Cassitti haec quoque adsunt. — MEVIA unus Cass. optime, NEVIA Ap. Grut., NAEVIA Mur. — 7 VSQ · Ap. Grut. Mur. — 8 SVAE Cass. Grut., SVES Ap., MEAE Mur. — RECIPIETVR Ap. Grut. Mur. — SVAM "sic" pro SVVM Cass.

208 Compsae in aedibus Eduardi Rosa.

PRIME M
IRTILVS · P
ATER · FILI
AE · B · M · FECI

Ex schedis Cassittii.

209 Calitri (Princip. Ultra) VI p. a Compsa in muro cryptae eccl. S. M. in Elice.

D · M
SECVNDIANO
hasta VRSVLVS · PATRI culter
BENEMERENTI
FECIT

Guarini varii monum. 1835, p. 43. Descr. Cassitto

210 Compsae *nella Campagna del S. Rosa.*

ISATI
SPROTI

e sched. Cassittii.

211 Campagnae in medio foro.

N · AHIVS ·
SVCCESSVS ·
AVGVSTALIS ·
NVCERIAE ·
MARCIAE · MEROE ·
COIVGI · ET · SIBI ·
CVM · QVA · VIXIT ·
ANNIS · LIII ·

Exemplum confectum a Canonico Alexandro Guerriero misit mihi medicus Eburensis Iosephus Augelluzzi. Ed. d'Orville Sic. p. 599 qui 1 ANIVS, 6 CONIVGI. Admodum corruptam dederat ante Nicolaus de Nigris (Istoria della città di Campagna. Napoli 1691. p. 156) qui 1 M pro N; AHIVS om.; 4 NVCVRIAE; 5 MEROAE; ult. AN.

212 Caposele, contrada Castagneto alle falde della montagna di Oppido, rep. 1834. Lapis altus pedes 5. poll. 8, latus p. 2. p. 8. Cave ne montem Oppidi prope Caposele confundas cum Oppido Basilicatae, olim Bantia, quod Guarinium fecisse miror.

SILVANO · SACRVM · VOTO
SVSCEPTO PRO SALVTE DOMITIAN*i*
AVG N L DOMITIVS PHAON AD CVLTV*m*
TVTELAMQVE ET SACRFICIA IN OMN*e* *sic*
TEMPVS POSTERV*m* IIS QVI IN CONLEGIO
SILVANI HODIE ESSENT QVIQVE POSTEA
SVBISSENT FVNDVM IVNIANVM ET
LOLLIANVM ET PERCENNIANVM ET
STATVLEIANVM SVOS CVM SVIS VILLIS
FINIBVSQVE ATTRIBVIT SANXITQVE VT
EX REDITV EORVM FVNDORVM Q · S S S K IANV
III IDVS FEBR · DOMITIAE AVG N NATALE ET
V K IVLIAS DEDICATIONE SILVANI ET XII K
IVLIAS ROSALIBVS ET IX K NOVEMBR NATA*le*
DOMITIANI AVG N SACRVM IN RE PRAESEN*ti*
FIERET CONVENIRENTQVE II QVI IN
CONLEGIO ESSENT AD EPVLANDVM CVRA
NTIBVS SVIS CVIVSQVE ANNI MAGISTR HVIC
REI DOLVM MALVM AFVTVRVM QVOMINVS
EA QVAE SVPR*a* SCRIPTA SVNT FIANT
MANIFESTVM EST CVM PRO SAL*u*TE OPTVM*i*
PRINCIPIS ET DOMINI N FVNDI CONSECRAT*i*
SINT DIESQVE SACRIFICIORVM COMPRE
HENSI PRAET*e*REA LOCVS SIVE EA PARS
AGRI SILVAEQV*e* EST IN VIVARIO QVAE CIPPIS
POSITIS CIRCA SILVANVM DETERMINATA
EST SILVANO C*e*DET *i*T*e*M I*t*VS AD SILVANV*m*
PER FVNDVM QVAESICIANVM OMNIBVS PATEBIT
LIGNIS QVOQVE ET EX FVNDO GALLICIANO
ET AQVA SACRIFICII CAVSA ET DE VIVARIO
PROMISCVE LICEBIT VTI HAEC SIC DARI
FIERI PRAESTARI SINE DOLO MALO IVSSIT
PERMISITQVE L · DOMITIVS PHAON
CVIVS OM*ni*S LOCVS · FVIT

Edidit Guarini var. monum. p. 13 ex duobus apographis, quorum unum confecit Paschalis d'Amato Teorensis: ex tertio Avellino opusc. III, 305, qui exemplar sibi missum ut erat cum descriptoris supplementis edidit. Hoc ego magis secutus sum supplementaque ea non mutavi nisi monito lectore. — 2 ANI G. — 3 AVG N G. ad 2 retulit. — 3 CVLTVM G. — 4 SACRIFICIA G. — OMNE G. — 5 POSTERV · G. — COLLEGIO Av. — 8 PESCENN G. fort. recte. — 9 STATVLLIANVM G. — 11 SSS Av. SS G. — KAL IANVA G. — 12 E G. ET Av. — 13 V KAL G. — 15 PRAESENTI G. — 17 COLLEGIO Av. — 18 SYI "sic" Av. SVIS G. — MAGISTRIS G. — 20 SVPER SCRIPTA G. — 21 SALVTE G. — OPTIMI G. — 22 DOMINI · N · G. DOMINII (sic) Av. — CONSECRATI G. — 24 PRAETEREA G. — LOCVS G. *Omnis* Av. — EA om. G. — 25 SILVAEQVE G. SILVEQVE Av. — IN om. Av. — 27 *cui* DET ET VIM IIVS Av. CVI DET VIAM · DIVS G. in qua corruptela certo latent CEDET et ITVS: num recte in mediis scripserim *item* ignoro. — SILVANVM G. — 28 QVE · SICIANVM G. — 30 SACRIFICIO HAVSTA G. SACRIFICII CAVSA melius Av. — 33 L · om. G. — 34 OMINES G. Av., unde feci OMNIS.

Silvano sacrum voto suscepto pro salute Domitian[i] Aug. n(ostri). L. Domitius Phaon ad cultu[m] tutelamque et sacr[i]ficia in omn[e] tempus posteru[m] iis, qui in conlegio Silvani hodie essent quique postea subissent, fundum Iunianum et Lollianum et Percennianum et Statuleianum suos cum suis villis finibusque attribuit, sanxitque ut ex reditu eorum fundorum q(ui) s(upra) s(cripti) s(unt), K. Ianu., III Idus Febr. Domitiae Aug(usti) n(ostri) natale, et V K. Iulias, dedicatione Silvani, et XII K. Iulias rosalibus, et IX K. Novembr. nata[le] Domitiani Aug(usti) n(ostri), sacrum in re praesen[ti] fieret, convenirentque ii qui in conlegio essent ad epulandum, curantibus suis cuiusque anni magistr(is). Huic rei dolum malum afuturum quominus ea quae supr[a] scripta sunt fiant, manifestum est, cum pro sal[u]te optum[i] principis et domini n(ostri) fundi consecrat[i] sint diesque sacrificiorum comprehensi. Praet[e]rea locus, sive ea pars agri silvaequ[e] est, in vivario, quae cippis positis circa Silvanum determinata est, Silvano c[e]det. [Ite]m i[t]us ad Silvanu[m] per fundum Quaesicianum omnibus patebit. Lignis quoque et ex fundo Galliciano et aqua sacrificii causa et de vivario promiscue licebit uti. Haec sic dari fieri praestari sine dolo malo iussit permisitque L. Domitius Phaon, cuius om[ni]s locus fuit.

VII. VOLCEII. *(Buccino)*

Volceiorum Atinae Tegiani ager quibus limitibus terminandus sit cum non satis constet, ego utpote in re incerta lapides vicorum Pertosae Aulettae Montis Caggiani ad Volceios, Pollae ad Atinam, Salae Padulae ad Tegianum retuli. Apud antiquos pauci tituli ex his partibus extant, praeter famigeratissimum Pollanum, quem novit iam Pontanus, dabimusque in titulis miliariis. Aliquot Volceianos habet *Apianus*, alios addidit e Cittadino Ursino Ligorio Vorstio *Gruterus*, duos prope Padulam repertos e ms. antiquo (Cyriaci) produxit *Donius*. *Gattae* liber complura epigrammata ex his partibus sistit, quae per Comum et Valettam Muratorio innotuerunt; insunt tamen suspecta aliquot Volceiis et Salae attributa. *Antoninius* etiam oppidorum Caggiani et Atinae multa epigrammata produxit eaque genuina fere omnia, praesertim quae accesserunt demum in ed. 2. *Muratorius* propria non habet nisi tres Volceianos titulos falsos omnes e schedis Nicolai Pacediani diffamatis, Tegianenses aliquot genuinos a Como, Padulanum e schedis Aegyptii, Salanos duos suspectos a Tafurio missos. *D'Orvillius* quae produxit, alia e Gatta transscripta accepit, alia ex archetypis; praeter suspectum titulum a Tafurio Muratorio missum insunt tituli quidam, de quibus licebit dubitare. — Nuper editus est liber *Iosephi Albi-Rosa (l'Osservatore degli Alburni sulla valle di Diano ossia descrizione storico-topografica della medesima.* Napoli Gius. Zambrano 1840. 8. pp. 75), ubi in appendice p. 63—75 inscriptiones vallis Tegeanensis collectae sunt, in his ineditae multae. Quas p. 63 dedit duodecim inscriptiones hac generali praescriptione: *lapidi inedite rinvenute in tenimento di Auletta Caggiano e Pertosa presentemente conservate nelle casine rurali di D. Nicola Carusi* (quae villa sita est ab Auletta secundo lapide Pertosam versus) *e di D. Crisostomo Columna* (sub Caggiano) *non che nel Palazzo Abbamonte in Caggiano*, earum cum in aedibus Abbamonte secundam, in villa Columnae tertiam invenissem primamque ab ipso Albirosa Pertosae attribui vidissem, quartam et sequentes ad Carusianam villam retuli. — Tegiani vidi Canonici *Macchiaroli* codicem ms. *(notizie di S. Cono)* inscr. aliquot suppeditantem male descriptas. Quod ad Atinam attinet, Io. Bapt. Curte Salernitanus nuntiavit se editurum esse compendium historiae Neapolitanae cum appendice de Atina auctoris patria; num liber prodierit, ignoro. Ego fui Buccini, Atinae, Caggiani, Pollae, Diani epigrammataque quae extant descripsi.

213 Volceiis.

IOVI· CONSERVATORI
ET· MARTI· VLTORI
ORDO· POPVLVSQVE· VOLCEIANVS

Gatta p. 359, inde Mur. 1095, 5 a Valletta, ex eodemque Gatta sine dubio d'Orville p. 602. Suspecta propter artificiosam oppositionem et Volceiis parum convenientem magniloquentiam. Inter lapides huius regionis insunt quattuor sacri, qui etsi a variis editoribus proferuntur tamen fortasse redeunt ad eundem auctorem: Volceianus hic et qui sequitur n. 214 *flaminis Volcani*, Atinas *matris magnae*, Salanus *flaminis Dialis* qui *templum Iovis* constituerit; quorum etsi quartum solum inter falsas reiicere potui, tamen de omnibus vehementer dubito.

214 Volceiis in silva DD. Mauri quae dicitur *la Manzella.*

D· M
P· MEVIO· P· FILIO
VOLCANI· FLAM
VIXIT· ANNIS· LVI· M· X· D· III
MANILIA· AMATISTA
CONIVX· B· M· F

Gatta p. 360, unde habuit d' Orville p. 598. Suspecta; videtur esse fraus municipalis alicuius, qui Volceis convenire putaret Volcani flaminem. Fortasse pro cognomine interpolatum est sacerdotium.

215 Pertosae rep. 1830 in basi sub capite marmoreo hedera coronato.

GENIO
AVG· H· LOC
GN· FLAVI
PRISCVS

Albi-Rosa p. 63.

216 Volceiis in castello.

PIO SACRO DD· NN· CONSTANTINI· MAXIMI· VENER
SIMORVMQVE· CAESARVM· VVLCEIANAE· CI
VERO ET *vet*T*io* RVFINO CONNSS « PER TVRCIV — p. C. 323
MMDCCCCXCI

							F MVSCINIANVS	M
X	F MACERIATVS	MLVI	F VEFEIANVS	MXVII	F TVENVS	MXLV	F EVPORIANVS	M
X	F MARCELLIANVS	MLVI	F FVFICIANVS	MXVIIII	F FEROCIANVS	MXII	F CERONIANVS	M
X	F MICERIANVS	*M*X	F CVRIANVS	MXV	F CASTRA	MXXIIII	F OPPIANVS	MX
CVI	F CASINIANVS	*M*X			F DORV..ANVS	MXXVI	PAGO TRASAAVNC·	M·I
VIIII	K OPPIANA	MII	F FVRIANVS	MXL	G MODIANVS	MXXVIII	F CEFRIANVS ·	M·X
XV	K POSTVMIA	*M*I	AGELLVS SVP	MX	K CORVIANA	MXII	F CESI*NI*ANVS	MX
Pacichelli T. IV p. 1. p. 363, ex eo Mur. 826, 5 (a Pollidoro). — Etsi epigraphia Tarentina vulneribus apertis et caecis laborat tota movetque suspicionem titulus qui scriptoris de re rustica nomina ostendit, tamen hunc titulum egregie tuetur C. L. Grotefend *Ztschr. für Alterthumswiss.* 1835 p. 179; Columellam enim natione Hispanum fuisse et commoratum esse in Syria, quod utrumque aliunde constat, convenit cum tribu Galeria tituli nostri Hispanorum propria, et cum tribunatu legionis VI ferratae, quae tum in Syria stationem habebat. Talia homo omnium imperitissimus Pacichellius fingere non potuit; Pollidorus vero a Pacichellio sumpsit.

579 Tarenti.

CALPVRNIA· CRATISTA
V· A· L· H· S· E

Io. Iuvenis p. 24, inde Grut. 905, 3.

580 Tarenti.

D· M· S
T· CALPVRNIVS· CRATIS
TVS· V· A· VI· D· XXXX· H· S· E

Io. Iuvenis p. 24, inde Grut. 905, 2.

581 Tarenti.

D· M· S·
FESTVS· VIX· A· LV· LVPV
LA· COI· B· M· *f*

Io. Iuvenis p. 24, inde Grut. 782, 11. — COIB· M· E Iuv.

582 Tarenti.

D· M
IVLIA· FILEMATI*o*N· V· A
XVIIII· H· S· E

Io. Iuvenis p. 24, inde Grut. 916, 5. — FILEMATIN Iuv.

583 Tarenti in eccl. S. M. Constantinopolitanae extra muros.

C· IVLIO· AMBROSIO· D· LV
CRETIVS· IVSTVS· FILIVS

Io. Iuvenis p. 24, inde Grut. 730, 12. Pacichelli memorie de' viaggi IV, 1, p. 364 (inde Mur. 1261, 3 a Tafurio) sic: C· IVLIO· D. LVCRETIVS | IVSTVS· FILIVS; Iuvene male exscripto.

584 Tarenti.

D· M
LAENIA· PRIMIGENIA
V· A· LV· H· S· E

Io. Iuvenis p. 24, inde Grut. 916, 18.

585 prope Tarentum rep. in regione q. d. *Muriveta.*

D· M· S
SEX· LICINI
PRISCI

Io Iuvenis p. 24 (inde Grut. 917, 6 et Pacichelli p. 364 tacito auctore) ; Carducci p. 86. — SEXT· LICINI· PRI (P· R Pac.) Iuv. Pac.; quod Carduccius fortasse coniectura emendavit.

586 Tarenti.

MEMMIA· SECVNDINA· V
A· XXVIII· H· S· E· MEM
MIVS· SAENANIVS
CONIVG· B· M· F

Io. Iuvenis p. 24, inde Grut. 808, 4.

587 Tarenti.

C· MEMMIVS· DIONYSIVS
V· A· LX· H· S· E· IVLIA
MARIA· CONIVGI· B· M· F

Io. Iuvenis p. 24, inde Grut. 808, 1.

588 Tarenti in columna sub confessionario in eccl. archiepiscopali.

D· M· S
A· TITINI· A· F· CLA
IVNIORIS

Pacichelli p. 365, inde Mur. 1753, 17 a Tafurio.

589 Tarenti sub confessionario in eccl. archiepiscopali.

D· M· S
A· TITINI· FRVCTI

Pacichelli p. 365, inde Mur. 1754, 1 a Tafurio.

590 Tarenti.

D· M· S
VICILIAE· TITINIAE
PROCVLAE

Io. Iuvenis p. 24, inde Grut. 926, 7.

IX. GENVSIA. (*Ginosa*)

591 tab. aerea quae ubi reperta sit non traditur; crediderim tamen ibi inventam, ubi scripta est, hoc est Genusiae. Extat in Mus. Borbonico.

FELIX
POST CONSS DD NN ARCADI III ET ONORI II p. Chr. 395.
AVGG· GI KA· APRIL GENVSIAE
REFERENTIBVS VAL FORTVNATO ET AVR
SILVANO QQ· VERVA FAOTA SVNT DE COOPTAN *sic*
DO PATRONO FL SVCESSO HORNAT*e* ET EX S
PLENDIDO VIRO QVOD T*ant*A FA
MILIARITATE ET *indu*STRI
A SVA SINGVLOS V*ni*BERSOS
QVE TVEATVR ET FOBEAT PLA
CET IGITVR HVIC TABVLAA *sic*
AERE INCISVM PER VIROS FRIACIPALES *sic*
OFFERRI ET APVT °OENATES DOMVS
HVIVS DEDICARI CENSVERVNT

Descripsi. Ed. Gazzera mem. della R. Accademia di scienze di Torino vol. XXXV (1831) dipl. di patron. n. XXVII p. 39. 70. 99, ex exemplo non optimo quod miserat Labus; ita 1 IELIA, ubi leg. FELIX; 2 om. III et II; 6 HORNATO· ET· EX|PLENDIDO; 7 legit *tute*LA

PARS QVARTA.

APVLIA.

Apuliae oppida inscriptionum numero Calabriam et Bruttios, Lucaniam etiam longe superant. Primas partes tenent Venusia et Luceria coloniae, inter municipia vero Aeclanum et Canusium, quae et ipsae postea coloniae effectae sunt. — *Compsanos* lapides cum Ptolemaeo 3, 1, 70 ad Lucaniam retuli, etsi rectius fortasse cum libro colon. p. 210. 261 ad Apuliam referri potuerunt; *Teatis* s. *Teani Apuli* inscriptiones inter Samniticas exhibebuntur. — *Schedae Cyriaci Stoschianae,* e quibus Muratorius edidit aliquot titulos Apulos et Lucanos, praeter Venusinos non dederunt nisi unum lapidem Sipontinum, alterum Ausculanum, tertium Aeclanensem. Primus fuit *Aldus Paulli f. Manutius,* qui saec. XVI. med. ex his partibus syllogen inscriptionum accepit, missam sibi a Q. Mario Corrado, confectam vero ab Io. Antonio Palea Giovenazzensi, qua de re videndi sunt Manut. in Orth. 53, 4 et epistola 96 l. IV ad Paleam in Corradi sylloge epistolarum: "*Inscriptiones de veteribus monumentis quas ad me misisti mihi gratissimae fuerunt. Misi ad te vicissim quae Brundisii cet. colligere potui.*" L. VIII ep. 233 Corradus ad Manutium: "*Sallentinos proinde habebis atque si ipse perlustraveris. Reliqua etiam in Apulia videor mihi posse affirmare vix fore amplius quod tibi putem esse placiturum. Videro tamen et ad te scribam.*" Unde mihi proficisci videntur tituli a Manutio vel ex schedis eius a Donio primum prolati Canusini, Giovenazzensis, Lucerini, Troianus, Accadini, Ausculani, Venusini, Aeclanenses. — Post Paleae curas Apuliae epigraphia dudum neglecta est, nam etsi ex aliquot oppidis hic illic inscriptiones emerserunt, ut Tranenses et Canusini per Stephanonium, Bovinenses per P. Pietro-Paolo, tamen nemo inventus est, qui totius provinciae lapides colligeret et ederet. Paullo diligentius homines et indigenae et advenae rem susceperunt versus finem saec. proximi, quo tempore *Domenicus Lombardus* Lucerinas inscriptiones congerere coepit, *Chaupy* abbas Francogallus post *Pratillii* mendacia (qui tamen in hac provincia interdum bonis auctoribus usus est, ut apparebit in lapidibus milliariis Canusinis Giovenazzensibus Tranensibus) Apuliam percurrens lapides miliarios et alios aliquot enotavit, Ausculanos *Cimaglia et Torcia,* Venusinos *Cimaglia,* alii alios protulerunt, quos hoc loco singillatim enumerare longum est. Sospitator vero epigraphiae in littoribus Apulis fuit *Emmanuel Mola* Barinus, vir integer et diligens, doctus praeterea et litteris et lapidum usu, sed parum notus, quippe qui quae edidit ephemeridibus Italis in ipsa patria rarissimis inseruerit. Barinos quosdam lapides edidit in libello separato (v. p. 34), alios aliorum oppidorum scriptionibus brevissimis, maxime vero profuit libro: *Peregrinazione letteraria per una parte dell'Apulia* 1796 (inest in eph. Venetis quas nancisci non potui, sed ex exemplis separatim excusis unum dono mihi dedit Iosephus d'Addosio Barinus notarius vir optimus). Maxima est utilitas eius in lapidibus Canusinis et Cannensibus. — Ex hoc praesertim libro compilata est sylloge inscriptionum provinciae Barinae, quam in actis academiae Herculanensis publici iuris fecit facturusve est eius academiae praeses consiliarius *Iosephus Castaldi;* inscriptio est: *Osservazioni sulle iscrizioni antiche della provincia di Bari lette da Giuseppe Castaldi nell' Acc. Erc.* 10. *Nov.* 1829. *pp.* 45. — Quos ineditos titulos addidit, septem tantum sunt diisque aut inauditis aut rarissimis dicati, ut Segestae, Iovi pluvio, Iano patri, et propter hanc peregrinitatem suspecti, neque praepositus legionis, Apollinis sacerdos, ollaria cum obrendario, quibus aliae inscriptiones eiusdem distinguuntur, suspicionem iniectam minuunt. Accedit quod in peragrando agro Apuliae horum titulorum ne unum quidem reperi, cum Molae et Paleae ipsius haud paucos recognorim. Quare etsi auctoris, quem multi mihi virum probum esse dixerunt, verecundiam et religionem in dubitationem vocare omnino nolo, tamen libere mihi profitendum est a libro eius cavendum esse; videtur enim ab amici nescio cuius fraudibus non satis cavisse. — Ego exceptis Ausculo et Troia et Cannis singula fere Apuliae oppida adii, ubi syllogen meam locupletari posse sperabam.

I. GNATIA. (*Agnazzo prope Fasano*)

Barii a Iosepho d'Addosio notario accepi excerpta ex ms. P. Ludovici Coronae qui circa a. 1715 de Gnatia et Monopoli notitias collegit. Lapides Gnatini alii Brundisium asportati sunt, alii Barium; ipse Gnatiae et Fasani litteratos nullos reperi.

592 Gnatiae.

BARBARVS· V· A· I· M·VI
H· S· E

Ex ms. P. Ludovici Coronae.

593 Gnatiae rep. nunc Barii exstat penes praefectum provinciae Winspeare.

//////CORNELIVS
//////ALBVS·
h· S E

Descripsi.

594 Gnatiae rep., ut ait de Leo in ms., nunc Brundisii penes Villanovam.

SEX· NVMITORIVS·
sic PAPHRA· ANNO· XXXX
H· S· EST·

Descripsi. Ed. Mola G.L. 1798 in Brundisinis.

595 Gnatiae rep. in pavimento eccl. quae fuit S. Cataldi.

S:LVANVS· V· A· IX

Ex ms. Ludovici Coronae. — SYLVANVS ms.

596 Gnatiae rep. nunc Barii exstat penes eq. Winspeare provinciae perfectum.

Ↄ · M
ᴘER· SER
· III

Descripsi.

II. NEAPOLIS. (*Polignano*)

597 Polignani rep. 1822 e regione portae abbatiae S. Viti.

VOTIS· DECEN~
MODI ANTO
PII ꟸ

Ex schedis Iosephi d' Addosio Barini.

598 Turi $\overline{VI}$ p. a Conversano in provincia Barina.

FLAVIA· AVG
LIB· PHILOMA
V· A· XXXI· M· VI
DAPHNVS· PATER
FI· PIENT E DVL
POSVIT

Mola effem. enciclop. 1794 Febbr. p. 76.

III. BARIVM. (*Bari*)

Inscriptiones Barinas post unam, quam Muratorius a Como acceptam vulgavit, edidit *Emm. Mola* alias in libro inscripto: *in vetus monumentum Barii effossum eiusdemque titulum commentariolus* (Neap. 1773. 8. pp. LXIX.), alias aliis locis; idem historiam Barinam texit in opere Orlandii *delle città d'Italia* (T. III. Perugia 1773). Ego Barii inscriptiones alias e lapidibus descripsi, alias e schedis Iosephi d'Addosio notarii Barini viri optimi et humanissimi.

599 Barii in Trinitatis aedicula.

..*Petro*NIO· L· *f*· ASTRAG
IIIIVIR· AEDIL· POTEST· ITER
IVR· DIC
ET· PETRONIO· MNASIAE
PETRONIA· ZOSIMA· FECIT

Mur. 729, 7 a Como. Mola in vet. mon. Bar. eff. p. XXXVI. — 1 P....NIO. L....ASTRAG Mola; PETRONIO...ASTRA... Mur. — 2 ITER Mola, PRAEF. Mur. — 4 ET Mur. ad 3 refert.

600 extra Barium rep., extat vel extabat in aedibus Sagarriga-Visconti.

D · M
AEMILIA
CHARIA
V· A· IX
H· S· E

Mola effem. enciclop. Apr. 1796.

601 Barii penes antecessorem Iulium Petroni.

D *m*
A N T O N *ia*
EVTHYCIA V *an*
N XC BARINV*s*
M A T R I B
M I I F *ec*

Descripsi.

602 Barii rep., ubi exstat penes praefectum provinciae eq. Winspeare.

D M
APPALEN
A· AMMA
VRV VIX
AN· LX· FIL
MATR· F

Descripsi et edidi *unterital. Dial.* p. 87.

603 Barii rep. exstat penes praefectum provinciae eq. Winspeare.

D M
M· APPALENVS
AELIOFON
VIX· AN· L*xxx*
LACAENA
*pa*TRONO

Descripsi et ed. *unterital. Dial.* p. 87.

604 Barii rep. in suburbio.

D M
APPHIADIS
VIX· ANN· XXXXV
M APPALE PHOEBVS FIL MATRI
B M FEC

ADES
PALENVS PHOEBVS
FILI FECER

Descripsit notarius Iosephus d'Addosio; edidi *unterital. Dial.* p. 87. — Duo exempla eiusdem tituli; in secundo FILI FECER male solutum videtur ex FIL. FEC.

605 extra Barium rep., extat vel extabat in aedibus Sagarriga-Visconti.

ATILIA· CROTIS
V· A· XXII· H· S· E

Mola effem. enciclop. Apr. 1796.

606 in villa (Barina?) Iani Muscati Melphictensis patricii.

AVRELIA· DONATA
VIXIT· ANN· LV
BER*y*LIVS· FILIVS
MATRI· BENE· MERENTI

Mola in vet. mon. Barii eff. p. LXIII. — 3 BERILIVS Mola.

607 Barii rep. 1752 in monumento pictis vasculis repleto inter Dominicanorum eius oppidi vetustarum aedium ruinas, extabat et fortasse etiamnunc extat in aedibus Sagarriga-Visconti.

CAEC· PHOEBE
VIXIT· ANNIS· XXXX
HIC· SITA· EST
FECIT· M· CAECILIVS
FELICIO· CONIVGI
DVLCISSIMAE· BENE
MERENTI· INIQVA
FATA· QVAE· NOS· TAM
CITO· DISIVNXERVNT

Martorelli de reg. theca calam. p. 505. Emm. Mola in hanc inscriptionem commentarium scripsit Neapoli 1773 editum (v. s.). Repetivit Castaldi p. 36 non sine errore.

608 Barii rep. in suburbio, exstat penes notarium Iosephum d' Addosio.

D· M·
CAELIDIA·
NOMIA·
V· AN· XXX*v*
PAT· FEC·
H· S· E·

Descripsi.

609 in villa (Barina?) Iani Muscati Melphictensis patricii.

D· M· FELICI
TATI· Q· V· *a*· VIIII
D· XVIII· ET· D· M
EYPLI· Q· VIXIT
ANN· VIII· MES
VII· D· XX· EPAFRO
DITVS· ET· SECV
NDA· PARENTES

Mola in vetus mon. Barii eff. p. LVIII. — 2 correxi A· VIIII pro XVIIII.

610 Barii.

C· LICINIO· FA
VORI· VIX· AN·
LXXIII· C· IIC*v*
~~~~\ESTVS

Ex schedis Iosephi d'Addosio. — 3. 4 scr. fortasse C· LIC· *fa*VSTVS.

611 Barii penes Iulium Petroni, lycei Barini antecessorem.

L· LVCA
NIVS· S*ex*
TIO· V· A· XV
PATER· F·
B· M· F
H· S· E

Descripsi.

612 Barii rep. exstat penes eq. Winspeare.

///~~~~~
I NVMERIVS
MARIANVS
VIXIT· ANNIS

Descripsi.

613 extra Barium Carbonaram versus in villa medici Io. Bapt. Molae.

SYMPHOROS
ANTIOCHI·
CAESAREVS·
TRALLIANOS·
VIXIT· ANN· LXXX· V

Descripsi et edidi Annali XX (1848) p. 106. *unterital. Dial.* p. 87.

614 Barii rep. in suburbio.

D· M·
VLPIA· TY
CIHE· VIXIT
ANNIS· LXXX
FECIT· CO
IVNX· CO B M

Ex schedis Iosephi d'Addosio.

615 Barii.

VSA
PARIN
B ꟸ M ꟸ?

Ex schedis Addosianis.
~~~~

IV. CAELIVM. (*Ceglie di Bari*)

616 Ceglie di Bari rep. 1794.

D· M
D· APERTIVS
SECVNDVS
VETE· LEG· II
TRAI· FORTIS
V· A· L
IVLIA· VARIA
COIVGI
B· M· F

Mola Giorn. lett. vol. 39 (15. Nov. 1795) p. 97. Ex schedis Iosephi d'Addosio ita accepi quasi a somnianti proditam. C· APERTIVS || DVX· V· LEGIONIS· ROMANAE || HEIC· IACET || IVLIA· VARIA· MARITO· B· M || FECIT.

617 Carbonarae prope Ceglie rep. 1834, extat *alla punta del Largo in aedibus Pischini*. Litterae pulchrae sunt et magnae.

OSSVCID | IL· LICINI
*o m*ACRO· ANTO*nii* | *l*E·P·F·RVF
A· BIMIO | *flac*CI· F· FLAC

Descripsi; sed quod in alio apographo inveni 3 ASIMIO fortasse praeferendum est propter nomen Dasimiorum in Apulia non rarum.

618 Ceglie di Bari.

P· GELLIVS
·D· L· SOMS
SITVS

Mola Analisi ragionata 1792 Agosto p. 84.

619 Ceglie in fundo Michaelis Angeli de Venere.

LAVTINIÆ· D· L·
*pa*NTHERAE
*co*NFERVNDVS
CONIVGI· B· M·

Descripsi. Ed. Mola Analisi ragionata 1792 Agosto p. 84. qui 3 INFERVNDVS contra lap.

Ceglie di Bari in porticu dirutae abbatiae S. Angeli duo fragmenta; prioris litterae altae sunt unc. 5., secundi unc. 4.

620 ......ATICVS MAX

621 MIVS....
AETI....

Mola Analisi ragionata 1792 Agosto p. 84.

V. RVBI. (*Ruvo*)

Acc. *Giovenazzo Bisceglie Trani Corato.*

622 Giovenazzi rep. 1560 in fundamento aedium Moroli patricii, extat vel extabat in suburbano Iudicensis familiae.

D· M· S
PETILIAE· Q· F· SECVNDINAE
SACERDOTI· MINERVAE· VIX
ANN· VIIII· M· VII· D· XVIII· OB· INFA
TIGABILEM· PIETAT· EIVS· MESSI
A· DORCAS· MAT· INFEL· FIL· B· M· F

Manut. Orth. 594, inde Grut. 317, 6. Paglia storia di Giovenazzo (1700) p. 9. Melius Matth. Aegyptius opusc. p. 165 a Felice Roseto (unde pendent Murat. 165, 1 a Tafurio, Vulpi Calog. XIX p. 136 a Pratillio, Pratilli p. 531, Donat. 79, 6 e Pratillio) et Mola effem. encicl. Febbr. 1794 p. 79. — In vv. div. sequor Manut. Aeg. et Molam consentientes. — 2 PRILIAE Mola. — 5 PIET· Manut. — 6 DORCA Mola. — FIL· B· M· F Aeg., FIL· B· M· P Mur., FIL· D· M· F Prat., FIL· D· B· M· F Mola. Manut. extrema a voca DORCAS ita corrupta habet: DO..... VT...EI..B M· P.

623 Tranii in aedibus Beltrani in vico S. Ioannis. Iosephus Maria Giovine Molfettensis archipresbyter hunc lap. Rubis Tranium vult deductum, quod accidere potuit, cum tot columnas Appiae multis milibus distantes in oppidum secum Tranienses congesserint; sed argumenta certa non afferuntur.

*i*MP· CAESA
*r*I· DIVI· ANTO
*n*INI· FILIO· DIVI
*h*ADRIANI NEPO
*di*VI· TRAIAN· PART
*ab*N· DIVI· NERVÆ· AN
*m.*AVRELIOANTONNO
*au*G PONTIFMAX
*t*IB POT XV COS III — p. Chr. 161
PVBL· D· D

Exscripsi.

624 Rubis rep. in restituendo muro quodam antiquo subterraneo qui oppositus est aediculae S. Annuntiatae.

IMP· CAES
M· ANT(NI)
o GORDI
ANO· PIO
FEL· AVG
PONT· MAX
TRIB· P· II· — p. Chr. 239
COS· PROC
DECVRIONES
ET· AVGVST·
EX AERE COL
LATO

Primus edidit Mola Analisi ragionata Giugno 1793 p. 84; deinde Castaldi p. 22. Iatta storia di Ruvo p. 109.

625 Trani in Apulia. *Gud.*, Neapoli *cod. Picc.*, sed statim ibi sequitur lapis Tranensis.

D· M· S
CLAVDIAE· PANTHEAE
RARISSIMAE
FELICIVS DIONYSIVS
FILIVS
B·M·F

Cod. Piccarti n. 23 ap. Reines. epist. p. 329. Reines. XIII, 16 e Piccartianis. Gud. ms. 676, 3, ed. 253, 11, fortasse a Stephanonio, nam praecedunt p. 675 Stephanonianae Gallipolitanae. — VV. Piccarti codex non distinguit. — 2 PANTHIAE Gud. — 3. 4 pro voc. RARISSIMAE· FELICIVS Picc. MATRI. — 4 DIONISIVS Gud. — 6 B· M· FECIT Picc.

626 Bisceglie in urnula cineraria ex alabastro quae extat in diruta quadam aedicula. Scripturae hinc atque inde additi sunt duo genii, manu altera inversis facibus maeste innixi, altera lacrimas siccantes; alter tonso capillo servitutem, alter pileo imposito libertatem indicare videtur, serviliter uterque tunicatus est.

M· FVLVIVS
D· L· TRIVMPHVS
POSTVMIA
P· L· PRIMA

Ex ephem. litt. Rom. 1773 p. 227, quas non vidi, Donat. 457, 7. Voyage pittoresque de Naples III p. 39. de Luca apud Orlandium delle città d'Italia III, 311. Mola in vet. mon. Barii eff. p. XLV, item Giorn. Lett. vol. 66 p. 42 et 1798 in Brundisinis. — 2 D· L· TRIVMP· IVS Donat. C· F· TRIVMAVS de Luca. M· L· TRIVMPHVS Voy. pitt. — 4 P· II· PRIMA de Luca.

627 "in Trano" *cod. Picc.*; male add. *Reinesius* "seu Interamnae" cogitans de Teramo. Ad Tranum Apuliae lapidem pertinere constat, componitur enim cum titulo n. 625.

POPPAEA· C· F· PROCCA
VIX· ANN· VIIII· M· IIII

Cod. Piccarti n. 24 apud Reines. epist. p. 329, inde Reines. XVII, 98. — VV. distr. mea est. — 1 PROCLA CI. Reines. — 2 ANNIS Reines. in sylloge.

628 Trani in Apulia.

C· TITIVS· PROBVS
TITIO· SEPTI
MO· ALVMNO
POSVIT· VI
X....ANN.....

Gud. ms. 676, 2 fortasse a Stephanonio. Fabretti 353, 53 ex sched. Barb. — v. ult. VI | VEXXIT· ANNIS Gud.

629 Rubis penes Salvatorem Fenicia.

...VVI
ACR
CON
POSVI
VSIV

Descripsi.

630 Rubis.

CAIO· POMPILIO· CAESARIS· L
CAELONIA· SATVRNINA
CONTVBERNIALI· SVO· P

Ughelli Ital. sacra T. VII p. 762 ed. 2, unde (ex ed. 1 scil.) hausit Pratilli p. 529 ita interpolans: C· POMPILIO· C· CAES || LIB· ET· CONTVBERNAL || CEIONIA· SATVRNINA | MAR· INCOMPAR· FECIT. — In 1 latet nomen servile.

VI. CANNAE. (*Canne*)

631 Cannis, nisi error subest; eiusmodi enim honores collocari solebant in primariis provinciae oppidis, quales Cannae non fuerunt.

NOBILISS· CAES
D· N· FL· IVLIANO
ANNIVS· ANTIOCHVS
V· P· CORRECTOR
D· P· E

Guarini comm. XVII ed. 2 (1840) p. 24. — D· P· E potest esse *Devotus Pietati Eius*, nisi in lapide rupto vestigia litterarum AP· ET· CAL· ita accepta sunt.

632 Cannis.

C· IVLIVS
SATVRNINI
LIB· HERACVLA
AVG· SIBI· ET
fasces — C· IVLIO· SALPINO· — fasces
FILIO
ET· IVLIAE· SOTERIAE
LIB·
THESMO

Edidit primus Chaupy III, 499 versibus ut solet non distinctis; deinde *Voyage pittoresque en Naples et Sicile* T. III, p. 31. Riedesel *Reise* p. 247 ed. 1771 lapidem vidit et anaglyphum descripsit; contra frustra quaesivit Mola, qui edidit tertium apographum vv. non distinctis ab amico nescio quo acceptum peregr. p. 5. Exemplum Castaldio (p. 44) missum ut ait a canonico Vulturale ex Chaupyo negligenter descriptum est. — 1 CIVILIVS Cast. — 2 SATVRINI Mola. — 3 HER· ACVLA Chaupy, HER· ACVA Cast. — 5 SATRINI Chaupy Cast. — 7 SOTERAE Ch. Cast. — 9 omittunt Mola et Voy. pitt.; nisi aliunde adhaesit, marmor fractum fuit.

633 Cannis.

PHILO· DESPOTOS
ADIVTORIS· TI·
CLAVDI· CAESARIS
AVG· SER· VICARI
ZOSIMENI· CONSERVAE
LANIPENDI· M· FECIT

Descripsit et edidit Mola peregr. p. 7. Castaldi p. 8. 1—6 fort. LANIPENDIAE. FECIT.

634 rep. in effossionibus Cannensibus a D. Forges-Davanzati.

D· M
P· VOCONIO· VICTORI
P· VOCONIVS· RVFVS
PATRI· B· MERENTI

Ed. qui invenit in actis societ. Pontan. I, 291 (Nap 1840); deinde Castaldi p. 45.

VII. CANVSIVM. (*Canosa*)

Acc. *Gaudiano, Cirignola.*

Canusinae inscriptiones apud vetustiores aliquot reperiuntur, desumptae ex *codice Redii* una; ex *Manutianis* (v. p. 33) aliquot editae aliae per ipsum Manutium, aliae e cod. Vat. 5241 a Donio; e schedis *Langermanni,* quae in his probae fuerunt, duae apud Reinesium; ex schedis *Stephanonii* complures editae a Donio et Gudio. Post multum tempus subsecutus est *Molae* liber, de quo et exscriptore eius *Castaldio* v. p. 33; nuper ipse Canusii descripsi lapides satis multos. — E Canusinis inscriptionibus quas Mola edidit novem Canusio ablatae extant hodie Neapoli in museo Borbonico. — Lapides quos Gaudiani reperit d'Errico Potentinus, cum Canusinis coniunxi.

635 tabula aerea alta ped. 2 Paris., larga ped. 2 poll. 1, reperta m. Nov. 1675 intra moenia Canusii veteris M. p. ab ecclesia primaria quae nunc est (Damad. p. 35). Baro Canusinus Octavius Affaitati statim Venetias misit, ubi vidit a. 1679 apud Bernardum Palotulam Damadenus, a. 1681 apud eundem puto Norisius (epist. cons. Bonon. 1683 p. 132), a. 1698 apud Antonium Capellum Montfaucon (diar. Ital. p. 63). Venetiis a. 1745 translata est Florentiam in bibliothecam Riccardianam (del Signore *i marmi Riccardiani* Firenze 1781. 4. p. 120), unde nuper cum reliqua erudita supellectile migravit in museum Mediceum.

p. Chr. 223

L· MARIO· MAXIMO· II· L· ROSCIO· AELIANO· ·CoS·
M· ANTONIVS· PRISCVS· L· ANNIVS· SECVNDVS· IIVIR· QVINQVENN·
NOMINA· DECVRIONVM· INAERE· INCIDENDA· CVRAVERVNT·

PATRONI C· C· V· V·

APP· CLAVDIV	S	IVLIANV	S
T· LORENIV	S	CELSV	S
M· AEDINIV	S	IVLIANV	S
L· DIDIV	S	MARINV	S
L DOMITIV	S	HONORATV	S
M· ANTONIV	S	BALBV	S
M· STATIV	S	LONGINV	S
L· PONTIV	S	VERV	S
C· BETITIV	S	PIV	S
C· GAVIVIV	S	MAXIMV	S
C· FVRIV	S	OCTAVIANV	S
L· BRVTTIV	S	PRAESEN	S
C· BRVTTIV	S	CRISPINV	S
C· PETRONIV	S	MAGNV	S
C· IVNIV	S	NVMIDIANV	S
M· PAPIRIV	S	CANDIDV	S
L· CAECILIV	S	MAXIMV	S
Q· CAELIV	S	FLAVIANV	S
L· LVCILIV	S	PRISCILIANV	S
L· PONTIV	S	BASSV	S
L· PONTIV	S	MAVRICV	S
M· ANTONIV	S	CRISPINV	S
TI· IVLIV	S	LICINIANV	S
C· SVLPICIV	S	ARRENIANV	S
C· LICINIV	S	LICINIANV	S
L· VALERIV	S	TVRB	O
L· FLAVIV	S	LVCILIANV	S
P· MARCIV	S	MAXIMILLIANVS	
M· STATIV	S	PATRVINV	S
M· STATIV	S	LONGINVS	IVN
M· VALERIV	S	TVRB	O IVN

PATRONI ·E· E· Q· Q· R· R

P· GERELLANV	S	MODESTV	S
T· LIGERIV	S	POSTVMINV	S
T· MVNATIV	S	FELI	X
T· FLAVIV	S	CROCALIANV	S
C· GALBIV	S	SOTERIANV	S
T AELIV	S	RVFV	S
T· AELIV	S	FLAVIANV	S
Q· COLLIV	S	SABINIANV	S

QVINQVENNALICII

T· LIGERIV	S	POSTVMINV	S
T· ANNAEV	S	RVFV	S
L· ABVCCIV	S	PROCVLV	S
T· AELIV	S	RVFV	S
T· AELIV	S	FLAVIANV	S
M· ANTONIV	S	PRISCV	S
L· ANNIV	S	SECVNDV	S

ALLECTI INTER· QVINQ·

C· GALBIV	S	SOTERIANV	S
L· ABVCCIV	S	IVLIANV	S
C· SILIV	S	ANTIIV	S
P· AELIV	S	VICTORINV	S

II VIRALICII·

A· CAESELLIVS		PROCVLV	S II
L· FAENIV	S	MEROP	S·II·
L· ABVCCIV	S	MAXIMIANV	S
Q· IVNIV	S	ALEXANDE	R·II·
M· AEMILIV	S	MARCELLV	S
C· IVLIV	S	HOSPITALI	S
L· MARCIV	S	FORTVNATIANVS	
C· FVLVIV	S	SATYRV	S
P· LIBVSCIDIVS		VICTORINV	S
Q· FABIV	S	FELICISSIMV	S
T· AELIV	S	ANTONIV	S
L· HERENNIV	S	ARESCVSIANV	S
T· CVRIV	S	SALVIANV	S
A· KANVLEIV	S	FELICISSIMV	S
P· SERGIV	S	BASSAFV	S
P· GRAECIDIV	S	FIRMV	S
M· ATHANIV	S	FELICISSIMV	S
C· VIBIV	S	OCTAVIANV	S
TI· CLAVDIV	S	ONESIMIANV	S
L· ANNIV	S	PIV	S
Q· IVNIV	S	ONESIPHORV	S
C· LVCRETIV	S	VENVSTV	S
A· FABIV	S	CASSIANV	S
L· TRICCIV	S	APOLLINARI	S
M· APRONIV	S	PRIMV	S
P· ESQVILIV	S	SILVANV	S
Q· IVNIV	S	RVSTICV	S
P· CLODIV	S	DASIMIANV	S
L ABVCCIV	S	FELICIANV	S

AEDILICII·

T· FLAVIV	S	CROCALIANV	S
C· ENNIV	S	MARCIANV	S
SEX· TEDIV	S	PRISCV	S
P· GRAECIDIV	S	IVSTV	S
TI· CLAVDIV	S	CANDIDV	S
M· SERVILIV	S	HELIV	S
T· ARTORIV	S	MINERVALI	S
L· HERENNIV	S	CRESCEN	S
T· FLAVIV	S	MARINV	S
L· CLATIV	S	SECVNDINV	S
L· ABVCCIV	S	EVRYALV	S
P· MARCIV	S	CARPOPHORV	S
L· DASIMIV	S	PRISCV	S
Q· FABIV	S	THALAMV	S
TI· CLAVDIV	S	EVTYCHIANV	S
M· SEMPRONIV	S	SABINIANV	S
C· ENNIV	S	PRISCIANV	S
L· FAENIV	S	MEROP	S· IVN
M· ANTONIV	S	VINDE	X

QVAESTORICII

L· CEIV	S	ASCLEPIODOTEANVS	
L· ABVCCIV	S	LABERIANV	S
D· BALONIV	S	FELI	X
T· FLAVIV	S	IVSTV	S
T· FLAVIV	S	QVINTI	O
M· SAVFEIV	S	CONSTAN	S
M· MARCIV	S	IANVARIV	S
P· SERGIV	S	AVGVRINV	S
M· AVRILIV	S	ACRISIV	S

PEDANI

Q· FABIV	S	FABIANV	S
L· VIBIV	S	IVVENTIANV	S
P· GRAECIDIV	S	VESTINV	S
P· CARINATIV	S	AGATHANGELV	S
C· TERENTIV	S	PRISCINV	S
C· POMPONIV	S	CVPIEV	S
C· PETICIV	S	DIONYSIV	S
SEX· CALPVRNIVS		AEMILIANV	S
L· NOVIV	S	ALTICV	S
C· VIBIV	S	SATVRNINV	S
P· PACILIV	S	CHRYSOMALLV	S
T· POMPONIV	S	FELI	X
M· AVRELIV	S	MAXIMV	S
D· AGRIV	S	PIETA	S
Q· IVNIV	S	SILVANV	S
A· KANVLEIV	S	ONESIMIANV	S
T· POMPEIV	S	VITALI	S

C· FVFIDIV	S	RVFV	S
T· POMPEIV	S	ALEXANDE	R
C· LVCRETIVS		VENVSTV	S· IVN
C· IVLIV	S	STACHY	S
M· ATHANIV	S	FELI	X
L· HERENNIVS		CELSV	S
D· SATRENIVS		SATRENIANV	S
T· POMPEIV	S	ATTALV	S
P· ESQVILIV	S	SILVANV	S
TI· CLAVDIV	S	ONESIMIANV	S IVN
Q· IVNIV	S	MVSOGENE	S
P· RVTILIV	S	TERTVLLINV	S
TI· CLAVDIV	S	VERV	S
M· VIPIV	S	ANTHIMV	S
P· PVBLICIV	S	MAXIMV	S

PRAETEXTATI

T· FLAVIV	S	FRONTINV	S
C· IVLIV	S	HOSPITALI	S IVN
L· ABVCCIV	S	PROCVLV	S IVN
M· AVRELIV	S	MARVLLV	S
T· AELIV	S	NECTAREV	S
L· EGGIV	S	MAXIMV	S
C· VIBIV	S	MARCELLV	S
P· PVBLICIV	S	MAXIMV	S· IVN
L· ANNIV	S	RVFV	S
L· TRICCIV	S	APOLLINARI	S IVN
M· AVRELIV	S	IVLIV	S
M· AVRELIV	S	AGRIPPINV	S
L· ATTIV	S	IANVARIV	S
C· GALBIV	S	ATTICILLIANV	S
C· VIBIV	S	FAVSTINV	S
T· POMPEIV	S	ASCLEPIV	S
L· TIMINIV	S	PONTICV	S
M· AVRELIV	S	VALEN	S
C· GALBIV	S	AMANDV	S
M· SERVILIV	S	MARCELLV	S
M· GAVIV	S	RVFV	S
L· DASIMIV	S	IVSTV	S
Q· IVNIV	S	TROPHIMIANV	S
T· FLAVIV	S	SILVINV	S
TI· CLAVDIV	S	FORTVNATV	S

s

A. 1679 in hanc tabulam commentatus est Damadenus (aes redivivum s. tabula Canusina), quem eius librum edidit a. 1723 demum Burmannus in thesauro antiq. Ital. T. IX parte V. A. 1681 Norisius scribit Venetiis ectypon confici in tabula aerea (v. epist. XXXI ad Mezzabarbam, quam non novi nisi per Gorium in libro mox cit. p. 17), unde tractum exemplum potius quam ipsam ut ait tabulam descripsisse puto Sponium misc. p. 280, certe ad idem exemplum edidit Fabrettus 599, 9 cf. p. 658 (correxit tantummodo II, 12 ANTHVS; II, 29 BASSAEVS; III, 15 THALAMVS; IV, 14 VLPIVS), item Burmannus qui exemplum ectypi Venetiani insculpti fortasse ut iungeretur cum Damadeni libro (cui praeterea exemplum tabulae non est insertum) una cum Damadeni commentario videtur accepisse idque accurate imitatus esse. Cum una cum archetypo ectypon quoque Venetianum Riccardiorum factum esset, ex eodem edidit *Ioannes Lami* cum futili commentario (*in antiquam tabulam aheneam Vinc. Mariae Riccardi observationes* Flor. 1745 pp. 21 fol.), contra quem quae sive monuit sive cavillatus est Gorius septem epistolis (*lettere critiche scritte da un Accademico Fiorentino sopra l'osservazioni* cet. Lucca 1745. 4. pp. 96) exiguam utilitatem habent. Edidisse eandem laminam Nicolaum Bon auctor est Fabrettus p. 658, de qua editione cupio accuratius edoceri. — Repraesentavi Lamianae editionis ectypon neque est quod addam variam lectionem; idem enim expresserunt qui adhuc ediderunt, nisi forte quod non credo ipsam tabulam vidit Sponius, cuius tamen v. l. sive potius proprios errores addam: I, 11 CAVIVIVS — I, 20 PRISCILLIANVS — I, 29 MAXIMILIANVS — III, 22 ASCLEPIODOTIANVS — III, 40 ALTINVS. Ceterum optime factum ectypon tabulae clare perscriptae certa omnia repraesentat, exceptis vestigiis nominis erasi I, 15, quae omiserunt Sponius Fabrettus, legit C· HERONIVS· MAGNVS Damad. p. 26, C· MBONIVS· MAGNVS nescio qui (Nicolaus Bon?), apud Fabrettum p. 658, Borghesius qui archetypon vidit C· PETRONIVS . VS; scripsi C· PETRONIVS MAGNVS, quod cum ectypi vestigiis optime convenit. Cf. Grut. 717, 7. Fortasse hic fuit Magnus consularis quem occidit Maximinus.

636 columna crassa non alta litteris antiquioribus, Canusii ad portam muro inserta; ex altera parte legitur titulus recentior in honorem Theodosii Arcadii Honorii, quem vide in miliariis.

VORTVMNO· SACR*VM*
P· CVRTIVS· P· F· SALAS*SVS*
P· TITIVS· L· F· III*I· VIR*
DE· MVNERE· GLADIAT*ORIO*
EX S· C

Descripsi quod videre licet. Ed. Gud. ms. 38, 7, ed. 58, 13 a Stephanonio; Don. 1, 127 ex cod. Vaticano 5241, i. e. e Manutio; cod. Victorii f. 90 a; Pacichelli *memorie de' viaggi* 1685, T. IV P. 2 p. 530; Mur. 616, 2 ex Donio; Pratilli apud Vulpium Calogerà XIX p. 134 (inde Mur. 1988, 12) et via App. p. 522; Chaupy III, 504; Mola peregr. p. 31; Lupoli inscr. Corfin. ed. 2 p. 224; Castaldi p. 7. — 2 SALASSVS Mola Vict.; SALASSIVS Chaupy; SALASVS Gud. et Pacich.; SALAXVS Pratilli; SABINVS Don. In n. 637, ubi repetitur nomen, est SALAS.

637 Canusii olim ad pontem, nunc in aedibus Sinesi *strada de' palazzi*. Basis quadrata.

VESTAE· SACRV*m*
P· TITIVS· L· F·
P· CVRTIVS· P· F· SAL*as*
IIII· VIR· DE· MVNERE
GLADIATORIO
EX· S· C

Descripsi ego et edidi Annali XX (1848) p. 104; *unterital. Dial. p.* 73.

638 a Cirignola, $\overline{\text{VI}}$ p. ad ripam Aufidi in eccl. S. Mariae de ripis altis, columna quae sustinet vas aquae lustralis.

SEXTILIA· ACCEP*i*A
ARAM· BONAE· DEAE
EX· S· P· F· C· EQ· T· P· S

E *Kiriatti memorie storiche di Cirignola* (Napoli 1785. 8.), quem librum frustra quaesivi, repetiverunt Giustiniani dizionario IV, 44 Romanelli topogr. II, 260. — 1 ACCEPA Kir.

639 Gaudiani in lap. praegrandi.

C· CALVISIO· SAB*ino* u. c. 715.
COS· PATRON*o*

Misit mihi Iosephus d'Errico Potentinus qui edidit Bull. Nap. V p. 69.

640 ponti Canusino inserta.

Q· ARTICVLEIO
REGVLO
PR· PROCOS· LEG
IMP· CAESARIS· AVG· P· P·
PATRONO

Descripsi.

641 ad pontem Canusinum rep.

L· SILANO· M· F·
D· N· PR· AVGVRI

Communicavit mecum archipresbyter Carracciolo Canusinus.

642 Canusii strada del castello. Aliquot litterae nunc evanuerunt.

INCL*YTAE* VENERANDE
QVE *ME*M*O*RIAE VIRO
FLAVIO THEODOSIO
GENITORI DOMINI
NOSTRI INVICTISSIMI
PERENNISQVE PRINCIPIS
THEODOSII PERPETVI AVG
CVIVS VIRTVTE *FE*LICITA
TE IVSTITIA ET PROPAGA
TVS TERRARVM ORBIS ET
RETENTVS STATVAM
EQVESTREM SVBAVRA
*T*AM APVLI ET CALABRI
P*R*O VOTO ET DEVOTIO
NE POSVE*R*VN*T*
CVRANTE AC PERFICIEN
TE FLAVIO SEXIONE
VIRO PERFECTISSIMO
*CORR*ECTORE APVLIAE
ET CALABRIAE

Descripsi ego. Habet iam Kiriacus (Mich. Reg. p. 96). Ediderunt Reines. III, 62 e sched. Langermanni; Gud. ms. 38, 1, ed. ind. p. LVIII a Stephanonio; Pacichelli *mem. de' viaggi* T. IV P. I p. 530; Pratilli p. 523; Chaupy III p. 504; Mola peregr. p. 30 (inde Castaldi p. 18); Marulli *sopra il colosso di Barletta* Nap. 1816 p. 8. — 1 INCLYTAE Kir. Gud., INCLITAE Mola. — 19 CVRATORE Mola male.

643 Canusii in aed. Sabini Acquavite, largo S. Sabino. Basis rescripta; prioris scripturae vestigia multa remanent.

ATHENASI
L· ANNIO· L· FIL· OVF
RVFO· E· V· IN OMNI
ACTV· VITAE· SVAE·
PATR· COL· HVIC· POPV*L*
APVT· IVDICES· EQ*V*ES
TREM· POSTVLASSET *sic*
CONTENTVS· HONOREM *sic*
STATVAE PEDESTRIS
VOLVNTATI EORVM GRA
TIAM RETVLIT

Descripsi.

644 olim ad pontem Canusinum, nunc Canusii in aed. Sinesi.

L· ANNIO
L· FIL OVF
RVFO PATRONO
OB INSIGNEM ET
INCOMPARABILEM
MVNIFICENTIAM
EIVS EX CONSENSV
VNIVERSORVM

Descripsi.

645 Canusii basis simillima n. 644, quacum simul et reperta est et adservatur.

ANNIAE
Q· F· RVFINAE
P· CASSI· DEXTRI
VI$\overline{\text{I}}$VIR· EPVLON
OB· MERITA· AVI
RVFI ET ALBINAE
MATRIS EIVS EX CON
SENSV· VNIVERSORVM

Descripsi.

646 Canusii *strada de' palazzi.*

M· ANTONIO
VITELLIANO
V· E· PATR· COL·
CANVS· P· P· TRAC
TVS· APVLIAE
CALABRIAE· LV
CANIAE· BRVTTIOR·
OB· INSIGNEM· EIVS·
ERGA· PATRIAM· AC·
CIVES· ADFECTIONEM
ET SINGVLAREM IN
DVSTRIAM AD QVIETEM
REGIONIS· SERVANDAM
POSTVLATV POPVLI
D· D· P·

Descripsi ego.

647 Canusii *largo Tergento.*

A· BVSIDI
P· P· 7· MILITAVIT
QVO· NATVS· EST· C
SPLENDIDIS· EQVESTRIS
CREMENTORVM· IIIV
FILIIS· FILIABVSQVE· N
EXHIBITA· INDVSTR
IN EXERCITIBVS
A· BVSIDIVS· A· F
BVSIDIA· A

Descripsi. Ed. Mola peregr. p. 36 (ex eo Castaldi p. 20), qui 2 male T pro 7, 5 CANVSINORVM pro CREMENTORVM, 6 QVE· AI.....

648 a Gaudiano (prope Minervinum non longe ab Aufido) *presso le rovine dell' antica città vicino la masseria del Sig. Spagnoletti di Andria, 2 miglia al di quà dell' Ofanto nel confine Lucano.*

SEX· DASIMIO
A· F· OVF· PRIMO
$\overline{\text{IIII}}$ VIR· AED· IIII VIR· I· D
QVAESTORI
PVBLICE
D D

Misit mihi Iosephus d'Errico Potentinus, qui postea ed. Bull. Nap. V p. 69, sed err. typ. 1 DAMISIO; 3 scripserat IIIIVR· I· D.

649 Canusii rep. in aedibus prope cathedralem eccl. ibidemque affixa.

SEX· MVTRONIO· SEX....
$\overline{\text{IIII}}$· VIR· PLEPS.......
MVNICIPI· CANVSINI
QVOD· EOS· ANNONA
....

Ed. Mola p. 36, ex eo Castaldi p. 20.

650 Canusii *strada de' palazzi*

*vi*R· AEDILI· BAEBIAE· ARBVSCVLAE
*quaest*ORI
NICE· MATRI

Descripsi. Ed. Mola p. 36, ex eo Castaldi p. 20; male uterque BAEBII pro R· AEDILI.

651 in tubis plumbeis rep. ad monasterium Franciscanorum, quorum qui in museum Borbonicum dicitur illatus, mihi non est visus.

REIPVBLICAE· MVNICIPVM· CANVSINO....
SVB· CVRA· L· EGGI· MARVLLI

Ed. Mola p. 38. Castaldi p. 8 a Forges. — 1 MVNICIPIVM Mola. — 2 MARYLLI Cast.

652 Canusii in pariete exteriori eccl. S. Carmeli.

..*a*ELIO· AVG· LIB
*aur*ELIO· APOLAVSTO
*pa*NTOMIMO
*aug*VSTALIVM· QQ
*ag*ONISE· TEMPORIS
SVI· PRIMO
*col*ONIA· AVRELIA
*au*G· PIA· CANVSIVM
D· D

Ed. ex Stephanonii exemplo et Gud. ms. 43, 1., ed. 189, 6 (ipse nequaquam descripsit) et Don. IV, 52 (ex hoc Mur. 659, 3). Supplementa addidit Pratilli p. 187. E lapide dedit Mola peregr. p. 33 (inde Castaldi p. 19). — 2 ...LIO Mola. — 3 ...TOMIMO Mola. — 5 ...ONIS· E (ET Gud.) TEMPORIS Gud. Don., ...TEMPORIS Mola, HIERONICAE· TEMPORIS Pratilli. — 6 SVI Don., SVE (non ..VE) Gud., om. Mola. — 8 G init. unus Don. habet.

653 olim Canusii in eccl. S. Carmeli pariete exteriori.

APRONIAE
M· L· IVNICI
M· APRONIVS
EVANGELVS
AVG· DVLCISSIMAE
ALVMNAE
L· D· D· D

Ed. Gud. ind. p. LXXXVII (in ms. 38, 8 a Stephanonio, 922, 2 e cod. Red. p. 168 a. 1). Cod. Victorii f. 90 a. Mola peregr. p. 35, ex eo Castaldi p. 37.

654 litt. magnis et pulchris. Extat in mus. Borb. sep. col. 22; rep. Canusii 1794 in colle dicto Lamapopuli, postea ibi penes D. Traversa.

A· DASIMIO· A· L· SODALAE
AVG
MVCIAE MAXIMAE
SEX· MVCIO· MAXIMO· AVG
ALBIAE· C· L· CERTAE· MATRI
CLODIAE· IVCVNDAE· NVTRICI
EX· TESTAMENTO· MVCIAE· MAXIMAE

Descripsi. Ed. Mola p. 23. Castaldi p. 35.

655 Canusii.

SEX· SOTIDIVS
PRIMVS· AVG
FLAVIA· DVTA· MATER
TYRANNVS

Ed. Mola peregr. p. 28, ex eo Castaldi p. 16.

656 Canusii in domo episcopi supra scalas.

P· VALERIO· P· L
PHILOCALO· AVG
P· VALERIO· P· L
RELATO
P· VALERIVS· P· L
POMARIVS· FEC

Don. V, 207 e ms. Vat. n. 5241 (i. e. e Manutio), inde Mur. 753, 7.

657 Canusii.

C· VELLAEVS· C· LIB· VRSIO· AVG
SIBI· ET· TVTORINAE· FILIAE
TREBELLIAE· FELICVLAE· VXSORI
TREBELLIAE· ARESCVSAE
ET· TREBELLIA· FELICVLA· SIBI· ET
LIBERTIS· LIBERTABVSQVE· MEIS
C· IN· CVLTV· MONVMENTVM· CVM· P· XV
ET· ITER

Manut. Orth. 532, 11 = 770, 1, inde Grut. 484, 1. — Manut. 770 ad 7 signum corrupteiae apposuit, 532 omisit in lacuna C· IN.

658 Canusii in pariete camerae sepulcralis subterraneae, scripta in tectorio.

MEDEVVA·DASM·F
SITA· AN· D· III. K· IANV
(TISONE u. c. 687
W· ACILIO (OS

Descripsi edidique lithographice Annali XX (1848) tav. di agg. D. *unterital. Dial.* p. 50 Taf. IV.

659 Canusii in fragmento epistylii.

BATYP / TITOYP
RATVR / TITV

Dedit amicus Molae qui ed. p. 39; repetivit Castaldi p. 21. Cf. *unterital. Dial.* p. 94.

660 Canusii penes canonicum Basta, tabula ex argilla cum anaglypho bovis fortasse, litterisque istis inscriptis, v. 1 in ipso bove, 2. 3. 4 inter pedes eius. Reperta est in canali subterraneo altitudine 40 fere palmorum Neap., ubi ex altera parte simile anaglyphum oppositum stabat mihique dixerunt qui invenerunt suo loco ea anaglypha ibi reperta neque cum ruderibus in canalem ingesta esse.

PHARNACIIS
L· VIIRATIVS
RIISTITVTVS
IIT·AMIRCASIL

Descripsi.

661 Litt. vetustis et alte incisis. Extat in mus. Borb. sep. col 9. Rep. Canusii in colle dicto Lamapopuli.

A· ARRIVS· A· L·
PHILEMO
·LIBVRNVS· SIT
LIVIA· L· L· FLORA·
LIVIA· A·)L· HALINE
HERED· NON· SEQ·

Descripsi. Ed. Mola peregr. p. 26, inde Castaldi p. 16.

662 Canusii in aed. Fr. Caraccioli.

D· M· B· *sic*
ARRVNTIAE
APOLLONIAE
CENETLIVS
MARITVS FE
CIT BENEMER

Descripsi.

663 Canusii penes Franciscum Caraccioli.

C· BABERI
ATO · BABER

Descripsi.

664 Canusii strada del forno penes Dominicum Mazza.

A· BAEBIVS· A· L· FAVSTVS
SIBI· ET· A· BAEBIO· A· L· SVRO
PATRONO· SVO· ET· BAEBIAE
A· L· FELICVLAE· ET· A· BAEBIO· A· L
FORTVNATO· DE· SVO· FECIT

Descripsi.

665 Canusii in vico Targento.

P· BAEBIO
FELIC
VERRONIA
ZOSII

Descripsi. Ed. non nimis accurate Manut. orth. p. 97, 8. Grut. 861, 3 ex Aldo.

666 Canusii *strada Carvotto.*

P· BAEBIVS· P· L· PARATVS
SIBI· ET· BAEBIAE· P· L· AVXESI
BAEBIAE· P· P· L· MELLVSAE
L· MAECIO· L· L· THEOPILO *sic*
TI· CLAVDIO· PRIMIGENIO
BAEBIAE· P· L· TYCHE PHILETO
MELISSO
SEMNE ABASCANTO

Descripsi. Quae minutis litteris exhibentur, postea addita sunt.

667 Canusii intus in aed. Francisci Caracciolo.

D· M· S·
BASSILLAE· BENE
MERENTI· CONIVGI
NESTOR· CONTIBERNA
LIS· AEIVS· FECIT· CVM
QVA· VIXIT· ANNIS
VIIII

Descripsi.

668 Canusii in vico Targento in quadam domo.

FYCHTI
BLASSIDIAE· DIAE

Descripsi.

669 Canusii in aed. Sinesi, basis magna.

A· CANVLEIO
A· FIL· VALENTI

Descripsi.

670 Canusii *strada del forno.*

C· COCIVS· ƆL
CHRESIMVS
NONIA· Ɔ L
DIVM

Descripsi.

671 Canusii in domo quadam vici Targento.

L· CRITONIVS· L· L·
FELIX· SIBI· ET
CRITONIAE· *L. L. RVFILLA*
TANTVM

Descripsi, sed 3 extr. nunc evanuit. Plenam edidit Mola peregr. p. 27, ex eo Castaldi p. 16.

672 Extat in mus. Borb. sep. col. 33 cum nota Farnesianorum male apposita, nam rep. est Canusii in colle Lamapopuli et fuit olim penes D. Traversa.

D· M· S
P· CVRTIVS· ARGYR
MARITIMAE· CONIVGI
PIENTIS· SIMAE· B· M· F

Descripsi. Ed· Mola p. 25, inde Castaldi p. 37.

673 Canusii.

EGNATIA· Ɔ· L
PIERIS· SIBI· ET
M· AQVILLIO· BALLISTAE
NIMPHADI LIB

Malvasia marm. Fels. p. 510. Gud. ms. 43, 2; ed. 319, 12 a Stephanonio. — 3 M Malv. M' Gud. ms. — 4 NIPHADI Gud.

674 Canusii penes Franciscam Caracciolo.

DIS· MAN
EVSCEMVS
PATER· EVSCEMO
FILIO· PIENTISIMO *sic*
QVI· VIXIT· ANNIS
V·MENSIBVS·X·DIEBVS·VIIII

Descripsi.

675 Canusii in vico S. Sabini, litteris pedalibus.

MEMORIAE
ROPE· FAENIAE· FILIAE·
DOTE· GALBIAE· VXORI·
DOTO· ARTORIO· NEPOTI·
HI· VIVOS· MEO· IN SOLO
OPS· FAENIVS· FECI

Descripsi.

676 Canusii *strada del castello* intus in aed. Francisci Caraccioli.

D· M· S·
FLABIAE HYCI
AE BENE MAE
RENTI CONIV
CI MARITVS
FECIT
ANNALIS

Descripsi.

677 Extat in mus. Borb. inter sep. non affixa; ab altera parte legitur titulus n. 682 litteris recentioribus. Rep. Canusii in colle Lamapopuli fuitque penes D. Traversa.

C· FLAVIVS· TV
TVS· SIBI· ET
VAVIDIAE· PRI
MAE· C· VAVID
IO· SECVNDO·

Descripsi. Ed. Mola peregr. p. 26, ex eo Castaldi p. 15.

678 Extat in mus. Borb. sep. col. 32. Rep. Canusii in colle Lamapopuli.

D M
sic G· GAIBIVS· RESTVT*us sic*
GALBIO· SOSIO· PATRI·
FECIT· SIBI· ET POSTERIS
QVE SVIS· LIBERTIS· ET·
LIBERTABVSQVE////

Descripsi. Ed. Mola peregr. p. 27, inde Castaldi p. 17.

679 Canusii penes D. Traversa, rep. in colle Lamapopuli.

L· HERENNIO· PRIMO
MALLIA· SYMFERV*s*A
MERENTI· COIVGI· FECIT

Ed. Mola peregr. p. 25 indeque Castaldi p. 36. — 2 SYMFERVFA Mola Cast.

680 Canusii penes Franciscum Caraccioli intus in aed.

D· M· S·
IAS· IANVARIAE· SORORI· DVLCIS
SIME· B· M· F· QVAE· VIXIT AN
NIS· XVII· MES· III· DIES· XI AEGO MI
APS TE SPERABA· NVNC TIBI FECI

Descripsi.

681 Canusii penes Nicolaum Fiori.

L· LEPIDIO· Ɔ· L· SVAVI
LEPIDIAE· L· F
VENVSTAE
MARCIAE· L· L
NYSAE

Descripsi.

682 Extat in mus. Borb. inter sep. non affixa; ab altera parte legitur titulus n. 677 litteris antiquioribus. Olim Canusii penes D. Traversa.

L· LEPIDIVS
EVETES
FECIT· SIBI· ET
MATRI· TITINIE
LYRE· ET· MEIS
OMINIBVS *sic*

Descripsi. Ed. Mola peregr. p. 26, inde Castaldi p. 16

683 Canusii *salita del castello* penes Ioannem Messina.

V//// MVRDIVS
MVRDIAES· L
PHARNACES
ANINIA· P· F· HOC
MONVMENTVM· HERE
DEM· NON· SEQVETVR

Descripsi.

684 Canusii.

D · M
PIIRIO VICTORI ANO
RVM · VIII · M · III · PARIIN
TIIS · PIIINTISSIMI

Reines. XII, 70 e Langermanno.

685 Canusii. Romae ponit Lig.

L · POSTVMVLENVS
NICEPHORVS · FECIT · SIBI · ET
NONIAE · VERECVNDAE · VXORI · ET
SOTIDIAE · L · F · MAXIMAE · F
ET · SVIS · POSTERISQVE · EOR

Manut. Orth. 626, 10, inde Grut. 819, 2 et Ligor. apud Gud. ms. 1322, 1.

686 Canusii ad S. Catharinae penes Urbanum Forino.

D · M · S
SERVILIAE
IANVARIAE
VIXIT · ANN · VII · M · XI
SERVILIA · IVNIX ·
FILIAE · DVLCISSIMAE · F ·

Descripsi.

687 Canusii intus in aed. Francisci Caracciolo.

DIS ❧ MAN
THEMIDI ❧ VIXIT
AN ❧ XXVI ❧ D ❧ XXI
EVTYCHIO
CONSER BENE
MERENTI

Descripsi.

688 Canusii *strada del forno* penes Sabinum de Molfetta.

TVTORIA · L ·
ENNI · L · F
TVTORIA · Ɔ · L ·
AMMIA
L · TVTORIVS · Ɔ · L ·
PROTOGEN

Descripsi.

689 Canusii rep. in colle Lamapopuli et fuit ibi penes D. Traversa: extat in museo Borbon. sep. col. 61. Litterae sunt optimae et luculentae.

C · VELLAEVS · ALBANVS
SIBI · ET
CLVATIAE · CN · L · THEMIDE
TAGVLLIAE · Ɔ · L · PROCNE
SEX · PVLFENNIO · RVFO
IN HOC · MONIMENTO · ALI INVRI · LICET
NVLLI · NISI · QVORVM NOMINA · S · S ·

Descripsi. Ed. Mola p. 24, inde Castaldi p. 15. — 6 lege: *alii inuri licet nulli.*

690 Extat in mus. Borb. sep. col. 50 et male notatur esse e Farnesianis, nam rep. est Canusii in colle Lamapopuli fuitque ibi apud D. Traversa.

D M A S
VERRONIO AQVILAE
HOMINI OPTIMO

Descripsi; litterae admodum rudes sunt. Ed. Mola peregr. p. 25. Castaldi p. 35.

691 Canusii *salita del Calvario* penes Franciscum Taccardi.

TI · VETTIVS · TI · L
PHILARGYRVS
GRAECIDIA · A · L · GEVMA
A · GRAECIDIVS · GA ·
GRATVS · ET · GAMVS ·
H · M · H · N · S

Descripsi.

692 Canusii penes Sabinum de Molfetta, *strada de forno.*

IVS · T L · DEMETRIVS
IA · L · L · FAVSTA ·
SIVS · L · L · AESCHINVS ·
ISIA · L · L · VIOLA ·

Descripsi.

693 Extat in mus. Borb. sep. col. 56, olim Canusii.

SSIDIVS · FELIX
ⅭTOR · SIBI · ET
SSIDIO · PAMPHILO
ATRI · SITO ET

Descripsi. Ed. Mola peregr. p. 37, ex eo Castaldi p. 21.

inscr. rubro colore pictae in coemeterio Canusino.

694 EVTARICO FILICAN CONSVLE p. Chr. 519

695 GIOVE · CONSVLE

E schedis quibusdam misit Bonuccius. Edidi Annali XVIII (1848) p. 64.

696 Canusii penes canonicum Basta.

† REGNANCTE DOMINO NOS*tr*
O HIESV HCRISTVM † H*Ic re*
QVIESCIT IN PACE SANCTE
MEMORIE PAVLVS QVI BIXET AN
NVS XXXXV M III D XV DEPOSI
IVS BIRO IN PACE ⅭI IDIS SEPIEMB
RIS INDIC OCTABA COSS MABVRTIS

p. Chr. 530?

Descripsit mihi Tycho frater.

VIII. VENVSIA. (*Venosa*)

Venusina epigraphia orditur ob ipso collectorum principe *Cyriaco Anconitano* (c. a. 1438) qui in schedis a barone Stosch ad Muratorium missis ad Apuliam et Lucaniam pertinentibus (v. p. 33) aliquot Venusinas posuit, utilissimas propter tantam descriptoris antiquitatem. — *Pomponius Laetus* Venusia traxit kalendarium Venusinum et fastos Venusinos qui nunc dicuntur Capuani; quos ad Venusiam pertinere ex litteris eius a. 1488 ad Politianum datis demonstravi. — *Pontanus* in libro de aspiratione 1498 affert duos titulos Venusinos n. 701. 714; quos cum *Apianus* 1534 excerperet, auxit quinque aliis inscriptionibus a Pontano relatis sine loci indicatione, quarum duas (Marciae et T. Rasidii Amaranthi) Neapolitanas esse, tertiam (Imp. Caes. Traiani) prope Puteolos extitisse, quartam (Lartiae Horaeae) Traiecti ad Lirim, quintam (M. Aurel. Eutychi) olim Polae nunc Venetiis adservari postea compertum est. — *Manutius* in Orthographia 1566 tres titulos Venusinos protulit, quos cum aliis Apulis a Palea videtur accepisse. — *Gruterus* exscripsit Pontanum, Apianum, Manutium. — *Reinesius* 1682 e schedis Piccartianis dedit quattuor lapides Venusinos vel proprie Lavellinos n. 712. 760. 807. 830, praeterea n. 701 a Pontano quoque relatum. Quos etsi alibi non reperi (schedarum enim Pacedianarum Muratorii consulto rationem non habeo), tamen ab auctore fide digno videntur proficisci, neque probo eos qui Piccartianam syllogen suspectam credunt. — Magnopere auxit thesaurum epigraphicum Venusinum *Fabrettius* 1702; permultas et optime descriptas inscr. eius oppidi, quas primus et saepe solus dedit, unde habuerit sane velim doceri. Ipse quidem uno loco n. 734 e schedis Vaticanis edi significat; at qui iisdem schedis usi sunt Donius et Marinius nullam omnino inscr. Venusinam inde proferunt, ut vix credas syllogen Venusinam extare in bibliotheca Vaticana. Quare cum vidissem titulum n. 734 ex iis esse quos etiam Manutius edidit, cuius exemplum etsi multo minus emendatum Fabrettiano in schedis Vaticanis extare necesse est, nata mihi est suspicio Fabrettum epigrammata Vaticana aliunde neque ex schedis Vaticanis habuisse, sed ei soli titulo quem apud Manutium quoque repererat adscripsisse *ex schedis Vaticanis.* Unde vero acceperit plane ignoro; cogitarem de Matthaeo Aegyptio Fabrettio aequali qui multum elaboravit in inscriptionibus Venusinis, nisi nimis differrent exempla Fabrettiana et Aegyptiana (v. n. 715. 716). — Quod ad hunc *Matthaeum Aegyptium* attinet, Tata p. 26 narrat eum lapides Venusinos comportasse in porticum aedium baronalium, ut ibi muris affigerentur; sed Venusiae domino Antonio Caracciolo principe Torellae e regno egresso id non esse factum lapidesque furto ablatos esse et dispersos; ideoque nunc complures eorum desiderari. Inscriptiones Venusinas paucas ipse edidit in SCto de Bacch. et in opusculis; alias accepit Cimaglia a Iosepho Antonino, homine ceteroquin suspectae fidei (v. Cim. p. 107 et notas ad n. 719), sed idem Cimaglia p. 192 queritur *nullo pacto Aegyptii mss. nancisci se potuisse.* Reliquae una cum sylloge inscriptionum Neapolitanarum Aegyptiana sive perierunt sive delitescunt. — Sequitur *Corsignanus* episcopus Venusinus, libro inscripto: *Synodus dioecesana in cath. Venusina ecclesia celebrata. Accedunt de ecclesia et civitate Venusina historica monumenta selecta.* Venusiae 1728. 4. Crimen falsi, cuius Corsignanum in Marsis convicimus, in Venusinas inscriptiones ab eodem prolatas non cadit, sed negligentissime versatus est in eo negotio, lapides confudit, versus male distinxit, fragmenta continua scriptura edidit, lacunas quae nullae erant notavit, denique pessime exs ripta peius etiam habuit typographus. Quae cum exscriberet Muratorius, corrigendo corrupit. — *Pratillius* in genuinis a Corsignano pendet, ipse interpolando et confingendo officio suo functus est. — *Muratorius* exscripsit Corsignanum et quae e Pratillii ms. tum ediderat Vulpius; praeterea exscripsit schedas Cyriaci. A Como habuit duas, si recte memini, inscriptiones Venusinas. — Secutae sunt *Natalis Mariae Cimagliae antiquitates Venusinae tribus libris explicatae* (Neap. 1757. 4. pp. 308), quae plurimum mihi profuerunt. Auctor hic Lupuli iactantia et insolentia obscuratus longe primum locum obtinet inter scriptores rerum Venusinarum. Vir est optimae fidei, summae diligentiae, iudicii satis subacti. Qui caecam fidem et negligentiam scriptorum eius aetatis norunt, admirabuntur, quod ait p. 238 (cf. p. 243) Pratillio se neutiquam fidem habiturum, *"cum plene hunc scriptorem cognoscam"* quodque in lapidibus et a se et ab Aegyptio descriptis affert lectionem Aegyptii et suae praeponit. — A Cimaglia aliquot titulos Venusinos descriptos accepit *Ianuarius Grande* ediditque in libro *origine de' cognomi gentilizj nel regno di Napoli* (Nap. 1756. 4). — *Domenicus Tata* abbas (*lettera sul monte Volture a D. Guglielmo Hamilton* Nap. 1778. 8. pp. 235) aliquot inscriptiones Venusinas p. 24 retulit. — *Mich. Archangelus Lupulus* episcopus tum Venusinus edidit inscr. Venusinas in *itinere Venusino* Neap. 1793. p. 265—377, haec praefatus: *"Quae ad haec usque tempora supersunt meis oculis vidi meaque manu exscripsi, quae vero amplius non extant, ne alicuius exscriptoris fide potius starem, unius schedas cum schedis alterius contuli, exemplaria cum exemplaribus et quae hinc correctiora videbantur secutus sum."* Qua sua impudentia et aliqua sortis felicitate imposuit se viris doctis nostrae aetatis et optimos quosque decepit, donec a me fraudes eius detegerentur et exponerentur *Bull. dell' Instituto* 1847 p. 119; assensus est Borghesius. Exscripsit Gruterum Fabrettum Pratillium Tatam et praesertim Cimagliam, non lapides, additis de suo paucis titulis genuinis, aliquot falsis, permultis interpolatis. Sed astute tacendo auctorum nomina quae secutus est, nominando cum strepitosis obiurgationibus eos qui minus perfecta exempla dederant, contemptum simulando eorum quibus sua debuit et maxime Cimagliae, interpolando impudentissime, modeste confingendo, apud eos, qui neque lapides neque libros istos examinare potuerunt, non minimam sibi auctoritatem paravit. Quamquam quaedam habet bona et genuina (v. ad n. 704. 771. 781. 787), unde quibusdam inscriptionibus ab eo solo prolatis neque per se suspectis locum dedi (v. n. 748. 753. 775. 816. 818) et ubi aliquid referre videbatur variam lectionem Lupuli non suppressi. — Ipse fui Venusiae et lapides qui extant descripsi.

697 Locus deest apud *Ap. Don.*; apud *Mur. Pigh.* collocatur *apud ducem Calabriae in castro Capuano*, unde vulgo appellantur *fasti Capuani*, sine causa; castrum enim Capuanum non Capuae fuit, sed Neapoli in extremo vico S. Petri ad Majellam (cf. Avellino opusc. II p. 286). Dux Calabriae videtur esse qui a. 1494 factus est rex Alphonsus II; qui unde habuerit lapidem, didici ex epistola a Pomponio Laeto ad Politianum data XVI Kal. Apr. 1488 (Polit. epist. I, 15). Postquam verba fecit de kalendario bimestri Venusia ad se adlato (v. n. 698) ita pergit: "*Mitto et quaedam monimenta rerum eodem in loco reperta et placitura tibi (ut existimo) amatori vetustatis. Romae fere idem, sed multo ante, verum fine caret.* [intelligit fastorum Capitolinorum frusta tum iam nota Mazoch. f. 121. 122. 145. 146 quae multo ante incipiunt neque hos annos exhibent]. *Si habere cupis rescribe. Quanquam quid hoc dixerim, cum facile intelligam te plurimum id quaerere? Sed videtur optabilius si poposceris. Scias omnia quae apud me sunt tua esse.*" Rescripsit Politianus Florent. IIII Kal. (?) Mart. 1488 ep. 16: "*Quas a te nuper accepi litteras, ita gratas habui, mi Pomponi, ut me ab iis putem immortalitate donatum. Sed et semenstre calendarium mire fuit gratum et quam ais tabulam bello Marsico factam* [v. 1], *quae si eadem est quam Romae obiter legerim* [sc. fasti Capitolini tum noti], *vereor ut satis ex fide sit exscripta. Siquidem AIMILIVS* [intelligit fast. Capit. a. 437. 438. 443] *non AEMILIVS* [v. 4] *erat in saxo; quam eandem diphthongum etiam super ipsa Panthei testudine notaveram.*" Unde constat fastos hos Venusinos esse et iungendos cum kalendarii Venusini reliquiis.

TABELLA· FACTA· Á· BELLO· MARSICO
P· PETINIVS· P· PVBLILIVS· AED
L· SEMPRONIVS· L· SCRIBONIVS — u. c. 720
K· IVL· — PAVL· AEMILIVS
C· MEMMIVS
K· NOVEM· — M· HERENNIVS
BELLVM· ILLVRICVM
EX· K· IVL· AD· K· IVL
Q. LARCIVS· C· RVMEIVS· II VIR
M· METILIVS· L· ANNAEVS· AED
C· SVLPICIVS· C· SALVIVS· BVBVLCVS· Q
XV. AECLANVM. *(le grotte prope Mirabellam)*

PARS MIRABELLANA.

Complectitur pars Mirabellana *le grotte, Mirabella, Fontanarosa, S. Angelo all' Esca, Taurasi, Locosano, Paterno, ponte rotto, Bonito, Apice, Grottaminarda, Madonna della Manna prope Arianum, Flumari, Zuncoli.* Causas cur partem hanc Mirabellanam ab altera Frigentina secreverim, exposui Bull. dell' Inst. 1847 p. 163; haec est tribus Galeriae, illa Corneliae.

Aeclano postquam unam inscriptionem traxit *Cyriacus* (n. 1139), duas codex antiquus a *Pighio* excerptus, ubi collocantur Lacedognae (n. 1084. 1135), item duas codex quem exscripsit *Piccartus* male ad Nolam relatas (n. 1127. 1130), tandem *Manutius* cum Apulis aliis permultas Aeclanenses accepit accurate exscriptas versibus etiam ad lapides divisis, quas plerasque ipse edidit, paucas ex schedis suis Vaticanis edendas reliquit *Donio* et *Fabretto*. — Post Manutium diu neglecta est res epigraphica Aeclanensis, nisi quod *Pratillius* a. 1745 huic quoque oppido fraudes suas inflixit, inscriptiones scilicet acceptas a primicerio Mirabellano Fabricio Ruggieri (via App. p. 458). Praeterea *Bellabona* una cum Abellinatibus suis (vide in his) a. 1656 quasdam Aeclanenses vulgavit, *Fabrettus* et *Gudius* unam n. 1171 fortasse ex Stephanonianis, *Aegyptius* in opusculis item unam n. 1214, aliquot *Cimaglia* in antiquitatibus Venusinis a. 1757. — Data opera epigrammata Aeclanensia collegit a. 1793 *Lupoli* in *itinere Venusino* p. 75 — 137, cum partem iam edidisset in *Giorn. enciclopedico di Napoli* 1785; quibus copiis caute admodum utendum esse experientia didici. Quare Corneliae Marillinae titulum Neapolitanum Grut. 776, 4, Tulliae Castae qui fuit apud Martium Milesium Romae Fabretti 564, 107, nolui cum Lupulo p. 125. 124 recipere inter Aeclanenses. Permultos cum sumeret a prioribus, Grutero Fabretto Aegyptio Cimaglia, tantum abest ut verum auctorem laudet, ut plerumque hos acceptos referat schedis Barrassianis, i. e. archipresbyteri Prisci Barrasso qui vixit saec. XVIII (Guarini ric. Ecl. p. 37). Inscriptionum quas Lupoli primus edidit post eum complures denuo descriptae sunt a viris fide dignis neque ignoramus Cassittii et Vitalis (v. in Beneventanis) et Pascuccii (de quo vide in Frigentinis) schedas Lupulo patuisse et fortasse lapides quoque cum in Apuliam Neapoli iret et rediret, ab eo esse descriptos; quae eius unius fide stant, pleraeque sepulcrales sunt exigui pretii et paucis exceptis in quibus offendebam in genuinis relictae sunt notata auctoritate infirma. — *Romanellius* a Io. Ant. Cassitto duas inscriptiones Aeclanenses accepit vel accepisse se simulavit, quarum una n. 1119 genuina est, alteram vide in suspectis. — Nostra aetate *Raimundus Guarinius* Mirabellanus ab anno 1812 ad eum qui nunc agitur non destitit a colligendis et edendis titulis Aeclanensibus, ut egregio exemplo doceret quid posset indefessa industria et multorum annorum tenax consilium. Neque iam dubitatur singulorum oppidorum syllogen lapidariam incredibiliter augeri posse, nisi prava hominum socordia quotidie perire sineret cui tot saecula pepercerunt. Obscuraverunt tamen hanc Guarinii virtutem alia vitia; lapides describit non accurate, edit negligentius etiam, exempla incuriose facta sive sua sive aliena tacite corrigit, ut de emendandis iis plerumque desperes, neque facile bis eundem lapidem similiter profert. In opusculis et libellis in praefatione recensitis, quorum numerum ne ipsum quidem scire puto, inscriptiones dispersit opera nunquam non fugitiva, ut quid quo loco ante ediderit neque ipse curet neque alii. Quae omnia non sine summa molestia et taedio ingenti collegi et coniunxi neque puto me ex eius libellis aliquem fugisse; adhibui etiam epistolas eius ad institutum archaeologicum et ad Kellermannum datas. Falsa ab hoc auctore non proficiscuntur, nisi quod bis terve deceptus est codicibus antiquis quos adhibuit (*ric. Ecl.* p. 72. 164 *nov. mon. Ecl.* 1824). — Praeterea aliquid suppeditavit liber *Pionatii,* de quo vide in Abellinatibus, schedae *Cassittii,* in quibus tamen insunt quibus diffidas, et *Brunnii* mei, qui fuit Aeclani. Ipse denique adii Bonitum, ubi in aedibus Cassittiorum magna pars lapidum Aeclanensium servatur, Mirabellam, Grottaminardam lapidesque ibi descripsi.

1079 Fontanarosve nuper detecta *Lup.*, ruri prope nemus ad aediculam S. Petri *Guar.*

I· O· M
CANONIA· C· A· L· HILARA
PRO· SE· ET· SVIS
V· S· L· M

Lupoli n. 55. Guarini comm. XIII p. 59. — 2 CANIA· CA· L· Lup., CANONIA· CA· L· Guar., quod confirmavit postea comm. XVI p. 74.

1080 penes Cassittium.

IVNONI· AVGVSTAE
caput leonis marmoreum, cuius in ore foramen est
M· MVMMIVS· MARCELLIN

Ed. Guarini comm. XVI p. 68, comm. IX ed. 2 p. 27, Bull. 1832 p. 208; litt. Guarinii ad institum scriptae. Sched. Cassittii. — 2 M· MVMIVS comm. IX, AINILIVS (pro M· MVMMIVS) Cass.; 2 deest comm. XVI.

1081 Boniti in museo Cassittiano, in arulae quattuor lateribus.

CANTRIA | GEMELLA | IVNONI | V S L M

Descripsi. Ed. Guarini ric. Ecl. p. 86 q. v.

1082 Mirabellae penes Capuccios fragm. cylindri figura.

MINERVAe
sACRVM

Guarini nov. mon. ecl. p. 19 qui vidit.

1083 S. Angelo alla Esca, M· p. ab Aeclano.

LOLLIAE
PRIMAE
SACERDOTI
CERERIS

Guarini ric. Ecl. p. 92 qui non vidit.

1084 Mirabellae sopra le torrette *ego*; male Frequenti *Lup.*, Auxitonae in Samnio, vulgo Cidogna (voluit Aquiloniae vulgo Lacedogna) *Grut.*

HERCVLI
AELIANO
SACRVM
QVEM· CONSACRA
VIT· SAMMIVS
TERTVLLINVS
EXMAIORIARIO

Descripsi. Ed. Grut. 1069, 10 ex Pighianis, Lupoli n. 1 e sched. Barrassianis, melius Guarini ric. Ecl. p. 79 q. v. — 4 ult. A nunc deest.

1085 Mirabellae in aedibus Ferdinandi Guindacii *Manut.*

C· PVLLIDIVS· CELLIOR
SENEX
NVMINI· SILVANI
GRATIARVM· AGENDARVM
CAVSE "*sic*" Manut.
V· S

Manut. orth. p. 167 n. 7, unde pendent sequentes: Grut. 64, 11 (ex Manut.); Ligor. ap. Gud. ms. 1540, 1; Fabrett. 640, 345 (e sched. Vatican.); Lupoli n. 3 (ex schedis Barrassianis). — 5 CAVSA Fabr.

1086 in parva lamina aerea olim penes Millingenum, quam ex coniectura retuli inter Aeclanenses.

DEO· AETER
NO· AECLA
NIA· PRIM
ITIVA· VOT
L· S

Descripsi.

1087 tabula aerea rep. ut aiunt ad lacum Amsancti, nunc Abellini penes Iosephum Zigarelli.

DAEO AE
RESIA
VICTO
RIA V
L ▪

Descripsi.

1088 cippus rep. Aeclani ubi est aedicula S. Prisci restituta 1843.

ab una parte:

DEO
N· ARRIVS· DEXTER
//////A· NYMPHODOTI· L· ▪
////////////////

ab altera:

DEO
N· A· D
M· N· L· R
V· S· L· M

Guarini comm. XIIX p. 34

1089 Boniti apud Cassittium.

SSVS EX IMP

Descripsi. Fortasse etiam a dextra fractum.

1090 Aeclani rep. *al torrione*, long. palm. 5, larg. 4.

CANTRIAE
P· FIL
LONGINAE
SACerD· FLAM
divaE· IVLIAE· PIAE
Magnae· MATR· DEVM
saceRD· ET· ISIDIS· REGIN
HaeC· OB· HONOREM
SACERD· HS· $\overline{L}$· N· R· P· D
P· D· D

Guarini iter vag. mans. II p. 16. — 5 *augusta*E supplevit Guarini; malo *diva*E. — Est Iulia Domna consecrata sub Elagaballo. Cf. n. 1137.

1091 Boniti in museo Cassittiano.

AE· FLAM
divae iuli AE· AVG
matri d. n. anto NINI· AVG·
III

Descripsi. Ed. Guarini comm. XVI p. 68. Hanc in schedis Cassittii ita reperi: ...AELIA· M... || ...IAE· AVG... || ...NI· AVG... || PII || LIB.

1092 Aeclani rep. 1813. Exstat Boniti in museo Cassittiano.

CANTRIAE· P· FIL
PAVLLAE· SACERD
AVGVSTAE· AECLANO
CN· ENNIVS· DEXTER· MATRI
ET· NVTRICI· SVAE· FECIT·
HAEC ARGENTEAM STATVAM FELICITATIS
AECLANI DEDIT

Descripsi. Ed. Guarini ric. Ecl. p. 83.

1093 Mirabellae.

CANTRIAE
P· FIL
PAVLLAE
FLAM· DIVAE
AVGVST· *pi*AE
L· P· D· D·

Manut. orth. p. 584, 9, a quo habuerunt reliqui: Grut. 321, 1 ex Aldo; Gud. ms. 1540, 2, ed. 103, 2 ex Ligorio, qui interpolavit; Lupoli n. 5 ex sched. Barrassianis, qui adoptavit Ligorianam interpolationem. — 1 CANTARIAE Lig. — 2 F· Lup. — 5 AVGVSTINAE Manut. Grut.; FAVSTINAE Lig. Lup. — 6 L· D· D· D Lig. Lup. Malim P· D· D (om. L).

1094 Priorem lapidem Santoli dicit nuper repertum in territorio Roccae S. Felicis, in loco qui dicitur *Costa Diana* ad orientem lacus mephitici (Mannert I,796), adservarique eum in aedibus suis; alteram columnam inventam esse in loco non multum inde distanti qui dicitur *le sterpaje*. Est limes Gracchanus in confiniis Compsani et Aeclanensis agri positus, proprie ut videtur ad Aeclanum pertinens, cf. lib. colon. p. 261 et quae scripsi Bull. dell' Inst. 1847 p. 166 ad hunc titulum explicandum.

cLↃ IↃ — F· F· — NIOΓ

M· FOLVIVS· M· F FLAC·
C· SEMPRONIVS· Ti· F· GRAC·
C· ΓΑΓERIVS· C· F· CARB·
III· VIR· E· A· I· A·

u. c. 622

In vertice alius columnae:

VE — A· P· — SAIL

inscriptio eadem.

Santoli p. 67; unde neque Lupulum neque Guarinium hunc titulum exscripsisse miror. In alio apographo p. 72 verticem prioris columnae ita repraesentat: cLↃ I CI | NIOΓ FF· Notae in vertice kardinem et decumanum indicant et praeterea fortasse litteras singulares de quibus loquitur Hygin. p. 211 Goes. p. 353 Lachm. — 3 T· F Sant. — 4 fortasse leg. III. VIREs *Agris Iudicandis Adtribuendis*; cf. supra n. 275 et Orell. 3138.

1095 Mirabellae in epistylio fracto.

IVLIAE· AVG

Descripsi. Ed. male Guarini nov. mon. ecl. 1824 p. 20.

1096 Boniti in museo Cassittiano, epistylium fractum.

GERM· CAESARI·

Descripsi. Ed. Guarini Bull. dell' Inst. 1332 p. 208, comm. XVI p. 68, comm. IX ed. 2 p. 27 non emendate.

1097 rep. in cryptis Aeclanensibus, unde accepit Iacobus Mazas praefectus provinciae Avellinensis. Postea Avellini in tribunali.

NERONI· CLAVDIO· CAESARI
Ti· CLAVDI· CAESARIS· AVG· F

Guarini ric. Ecl. p. 126. Pionati Avellino II, 63. — 2 T· Guar. Pion. — CLAVDII Pion.

1098 Aeclani.

IMP *caesari*
DIVI *traiani*
PART· F *divi nervae*
N E P *oti traiano*
HAD *riano aug*

Guarini iter vagum mans. I p. 14.

1099 Mirabellae.

i I P· C *aesari m aurelio*
a T O N *ino aug. arme*
ni A C O P *arthico maximo*
me D I C O *trib. pot*..........
pon T IF· MA *x. imp*.............
cos III P P D *ivi antonini f. divi*
ha D R I A N *i n. divi traiani*
par T H I C I *pron. divi nervae abn.*

Descripsi. Male ed. Guar. ric. Ecl. p. 119 q. v.

1100 Boniti apud Cassittium.

i I P· C
N T O
II F DI
O N F

Descripsi. Guarini q. v. sic ed. ric. Ecl. p. 119: IMP· *Caesar* M || ANTON*in* || PII· F· DI... || AVG.... Ad M. Aurelium et haec pertinet.

1101 Mirabellae in aedibus Capucci; rep. 1821 in cryptis Aeclanensibus eodem loco quo inventa est n. 1125, i. e. in foro.

DIVAE
FAVSTINAE
PIAE
IMP· ANTONIN
AVG
P· D· D

Descripsi. Ed. Guarini cont. delle oss. Ecl. 1821 p. 14.

1102 Aeclani duo fr.

M AV — MAXIMO
RELIO — AVG

Guarini nov. mon. ecl. 1824 p. 22.

1103 Aeclani. *"Frammento di bel marmo cipollino con cornice a rilievo sulla fronte a caratteri elegantissimi."*

......CAESARIS· SORORI
......I· P· F· FLACCVS· ET· PERTIC..
..VA· PECVNIA· FAC· CVR

Guarini fasti duumv. ed. 1 p. 220. Bull. dell' Inst. 1837 p. 21 et in litteris ad Kellermannum. — 2 fuit v. c: P· TITII· P· F· FLACCVS· ET ·PERTICA (?) vel PERTINAX.

1104 Boniti apud Cassitt.

O V
RVINIS
AXENTIVS
VNIA· PVBLIC
M· RESTITV
TE· ET· DE

Descripsi. 3 erasus est.

1105 extra Mirabellam nella strada del Piano.

ORBIS· DOMINO
PRINCIPI· IVVEN
TVTIS· PROPA
GATORI· ROM

Don. III, 65 ex cod. Vatic 1241 (rect. 5241). Guarini nov. mon. ecl. 1824 p. 21 qui vid. — Supra fractum facit Don. — 4 IM pro ROM Guar.

1106 Aeclani.

CAESARI· C· A....
......

Guarini alc. mon. ant. p. 2.

1107 Mirabellae, rep. in amphitheatro Aeclanensi.

f O R T I S S I M O A C
P I I S S I M O I M P
D N CONSTANTINO
MAX P F INVICTO
AVG
NONIVS VERVS VC
CORR APVL ET CALAB
D N M Q EIVS

Descripsi. Ed. Guarini comm. XIIX p. 33. Henzen Bullett. 1835 p. 64. Cf. Mur. 725, 3.

1108 olim Mirabellae, nunc Neapoli in museo Borb. misc. col. 13. Auctor quidem est Guarinius comm. XVII p. 19 cippum Aeclanensem adhuc extare Aeclani, ibi se eum ad fastidium usque lectitasse, titulum Musei Borbonici ab hoc diversum esse. At cum Aeclani illum frustra quaesiverim; cum sciamus ipso Guarinio teste (ric. Ecl. p. 150) titulos aliquot Aeclano Neapolim esse advectos; denique cum uterque cippus in minimis consentiant, ut in duplici AVG et in litteris extremis ruptis, Guarinium eundem lapidem primum Aeclani deinde Neapoli vidisse puto cumque bis, diverse scilicet, descripsisset, duo exempla habuisse pro lapp. duobus. Alium item lapidem Mus. Borb. similiter duplicavit propter duo diversa exempla a se confecta.

ORBEM· TERRAE
ROMANO NOMI
NI· SVBIVGANTI
DOMINO NOSTRO
FL· CONSTANTIO
PIO· FELICI· SEMPER
AVG· AVG
ANNIVS· ANTIO
CHVS· V· P· CORR
ap VL ET CAL· SEM
per devot VS·

Descripsi. Ed. Manut. orth. p. 344, 56; ex eo Ligor. apud Gud. ms. 1540, 3 et Grut. 281, 2; Vulpius a Pratillio Calogerà XIX p. 120; Manut. 1994, 8 e Vulpio; Donat. 149, 4 e Pratillio; Lupoli n. 9 e sched. Barrassianis; Guarini ric. Ecl. p. 124; idem comm. XVII p. 19. In fine CORR || MI· ET· AL· SEN (SENAT Urs. ap. Gr., SENA Guar., SEM Lup.) Manut. Lup. Guar. ric.; CORR || AEMIL· ET· FLAM· SENATVS Pratilli, quae interpolatio decepit Orellium n. 1087. Veriorem lectionem Avellinius indicavit Guarinio.

1109 Aeclani, litteris elegantissimis.

BETITIO
*p*IO MAXIMILI
COSVLARI· C
COL· CARTHAG
VICE· OPERVM· P
PATRICIO· INTER

Ed. Guarini comm. XII p. 14 qui vidit; extat etiam in litteris ad Inst. datis. Comm. potius secutus sum. — 1. 2 BETITIO· *pio* || MAXIMILI*ano* || litt., BETITIO || *p*IO· MAXIMILI*ano* || comm. — 4 CARTAG litt. — 5. 6 VICE· OPERVM· *p. patric* || ALLECTO· IN· FR.... || *in agr*..... litt.; *Publ·* | PATRICIO· INTER· *se* || *natores allecto* comm. — Guarinius recte fortasse ad hunc tit. refert fr. ed. nov. mon. ecl. 1824 p. 24, quod viderat supra arcum aedium rusticarum in cryptis: ....||....||....||....PIO||....LIANO||....C.

1110 Boniti in museo Cassittiano, duo fragmenta.

l· eggio· l· F· COR· AMBIBVLO
POM*peio· lon*GINO CASSIANO· L· MAE
p.Chr. 126 CIO POS*tumo· cos·* FLAM· CLAVD· SALIO· COLLINO· PR·
CANDIDATO *procos· pro*V· MACEDONIAE· Q· CANDIDATO
DIVI TRAIANI *part*HICI· AB· EODEM· ADLECTO· INTER· PATRI
CIOS SEVIRO· EQ· *rom· tr· mil·* LEG· XI· C· P· F· XVIRO· STLITIBVS· IVDICANDIS·
IIVIR· *Qq· item· pa*T· COL· P· D· D

Descripsimus fragmenta et ego et Brunnius; coniunxi ego. Maius edidit Guarini comm. XII, 19 cum supplementis Borghesianis, quae ex altero frusto nunc addito subinde corriguntur. In meo exemplo minoris fragmenti qui desunt duo primi versus, sive latuerunt me sive fracti sunt, supplevi ex apographo Brunniano.

1111 Similis tituli fragmenta duo:

L· MA
SALIO
QVAE
DLECTO INTER
LITIBVS IVDIC
ICID

Maius fr. ed. Guar. comm. XII. 7 (ubi 1 LIVIA pro L· MA), minus comm. XVI, 70; hoc et ipse descripsi Boniti apud Cassittium.

1112 Rep. Aeclani in cryptis; extat Boniti in museo Cassittiano.

L· CA I///I T I O· L·
F· COR L////..I O· NE
POTI· V· E· CIVI· PATR·
ET·CVRAT·SPLEND·COL·AE
CLANENSIVM· OB INSIG
. . . .

Descripsi. Ed. Guarini ric. Ecl. p. 103; cf. comm. XVI p. 74 ubi ex auctoritate Cassittii pro VE· CIVI scribit B· CIVI. — In lapide suppleverunt L· CALVENTIO· L· F· CORNELIO, quorum hoc falsum est, illud incertum. Fortasse COR(*nelia tribu*) EGGIO· NEPOTI, cf. n. 1131.

1113 Grottaminardae penes Philippum Buonopane aurificem.

D C F COR
M A X I M
NDAR SEVII
C· TRIB· PL· PR· C*ur. col*
*traian· et au*REL PATR CO

Descripsi. Male ed. Guar. ric. Ecl. p. 122.

1114 Boniti apud Cassittium, antea in villa domini Ferro dicta *la Torre*.

L· COSSO
III VIR· A*la· a· f· f·*
DON

Descripsi. Ed. Guarini cont. delle oss. Eclan. 1821 p. 7 qui 3 PON.

1115 Mirabellae penes Ludovicum Cinnamo.

MANNACHIO

PRO· SINGVLARIBVS· ERGA
CIVITATEM· NOSTRAM
MERITIS· INDVSTRIAE·
ET· ELOQVENTIAE· PRAECI
PVO ET IN OMNI ADFECTV
PRAENSTANTISSIMO *sic*
FABRICATORI EX MAXI
urceus MA PARTE ETIAM CIVI patera
TATIS NOSTRAE MVLTA
ET VSVS· ET· ORN*a*TVI
ADDENTI· VMBONIO
MANNACHIO· V· C· PA
TRONO DIGNISSIMO
ORDO CIVITATES AECLA *sic*
NENSIVM· STATVAM
PONENDAM· CENSVIT

Descripsi. Ed. Fabretti p. 100 n. 227 e sched. Vaticanis. Cimaglia ant. Venus. p. 300. Lupoli n. 11. Guarini ric. Ecl. p. 104. — 1 ego non vidi neque Guarini, habent reliqui. — 11 VSVS ego et Cim; reliqui VSVI. — 12 VMBRONIO Fabr. male.

1116 Mirabellae, basis magna lectu difficilis.

*c.*BETITIO· C· F*il*
*c*OR· PIETA*ti*
*p*RAEF· COH· PR*im*
*fl*AVIAE· COMM*age*
*n*ORVM Q IIII· VIR*o i.d*
*iii*I· VIR· QVIN*Quenn*
*b*ETI*t*IVS PIVS FIL*ius*
*p*ATRI· OPTIMO· E*t*
*n*ERATIA· PROCI*lla*
*v*IRO OPTIMO FECER*unt*

Descripsi. Ed. male Guarini comm. XII p. 14.

1117 Boniti apud Cassittium.

V· LO
*t*RIB· M*il*

Descripsi.

1118 Aeclani, lapis fr. altus palm. 5, litt. unc. 10.

LEG III C

Guarinius misit Instituto archaeol.

1119 Aeclani rep. m. Dec. 1811 inter rudera portae oppidi orientalis. Extat Boniti in museo Cassittiano, litteris antiquis et pulchris.

C QVINCTIVS C F· VALG· PATRON· MVNIC
M· MAGI MIN F· SVRVS A PATLACIVS Q F
IIII· VIR· D· S· S PORTAS· TVRREIS MOIROS
TVRREISQVE AEQVAS· QVM MOIRO
FACIVNDVM COIRAVERVNT

Descripsi. Ed. Romanelli topografia II, 327 ad exemplum Cassittii. Guarini ric. Ecl. p. 93 qui vid. et in tabula aenea, qua Aeclani formam exhibuit, locum notavit ubi inventa est inscriptio. — Mirabellae vidi alterius exempli frustum editum a Guarinio ric. Ecl. p. 76: ...S· Q... || ...COIRAV..., pertinens ad 5. 6.

1120 Aeclani in amphitheatro creditur reperta, nunc extat Mirabellae.

C· OBELLIV*S*· *C*· *F*
C· MARIVS· *C*· *F*
IIII· VIR· I· D· S· S
CREPIDINEM
DE· SVA· PEQV
F· C·

Descripsi. Ed. Guarini alcuni spigolati arch. p. 5 ex apographo Cyriaci Ciaburri archipresb. Grottaminardae, unde supplevi aliquot litteras nunc abruptas. Idem dedit 1· 3 D· D· S· S, fortasse recte.

1121 rep. in cryptis Aeclanensibus 5. Oct. 1812, unde Abellinum delata est, ubi fragmenta vidit Pionati in gradibus aedium episcopalium. Versus 1 litt. pedalibus scriptus est.

M· PATVLACIO· M· F· MAXIMO
IIII· VIR· AED· Q
PONTIAE· C· F
M· PATVLACIVS· M· L· FELIX
TESTAMENTO· FIERI· IVSSIT
ARBITRATV· C· QVINTI

Guarini ric. Ecl. p. 111 qui vid. Pionati Avellino II, 64 tribus fragmentis non compositis, lapide in longitudinem secto, ut in intervallis aliquot litterae perirent; en eius typum·

M. PA	VLACL	O· M· F· MAXIMO	
	IIII	R AED Q	uno versu
PON	AL	C F	Pion.
M· PAT	LACII	M L FELIX	
IV	QVIIV	ESTAMENTO I EI· I IVSSI	
	K		

Unde fortasse coniunctis 5. 6 scr. ARBITRATV· (eo vid. pertinere IV Pion.) C· QVINTI· TEST· F· I.

1122 Mirabellae pone cauponam S. Antonii.

C· VIBIO· C· F
COR· BASTVLO
IIII· VIR· Q Q

P· D· D

Guarini cont. delle oss. ecl. 1821 p. 8 qui vidit. Exscripsit etiam Brunn. — 2 Guar. BASIVIO.

1123 Mirabellae.

...C· F...
R I O ...O...
IIII VIR· I· D
VNC· DE C
FVNVS
R I O

Descripsi. Pleniorem ed. Guarini alc. spig. arch. p. 4.

1124 intra muros Aeclanenses rep. 1813.

D· M
P· ANONI· AVIOLAE
OMNIBVS· HONORIB
PERFVNCTI· VIXIT
ANNIS· LXXVIII
VIVO SIBI FECIT

Guarini ric. Ecl. p. 114 qui vidit. — Guar. 3 HONORIBS, 5 in interstitio supplevit P· M, male.

1125 in cryptis Aeclanensibus rep. 1821, nunc penes Capuccios Mirabellae.

CVS· C· ARRIVS· N· F· KAN
*ma*ENIANA· CIRC· FORVM· D· S· P· F

Descripsi. Ed. Guarini cont. delle oss. Ecl. 1821 p. 8. Nov. mon. ecl. p. 32, ubi correxit ..ECVS pro ..CCVS. Ego primam litt. non vidi.

1126 Mirabellae, ut vid., in domo diruta.

P· CANTRIO· P· F· COR· ITALO· II· VIR· I· D
p· CANTRIO· P· F· COR· ITALO· FIL· BAEBIAE· C· F· LVPVLAE
AMICI· OB· MERITA· EORVM· L· D· D· D

Guarini ric. Ecl. p. 102 qui vidit. — 2 init. addidi P. — IIII virum lapides qui praecedunt municipii sunt Aeclani, II virum qui iam incipiunt *coloniae Traianae et Aureliae Aeclanensis* (Bull. dell' Inst. 1848 p. 76).

1127 Nolae collocat *Reines.* in Sylloge; at in codice *Piccarti* post tres lapides Nolanos n. 18. 19. 20 sequitur hic n. 21 sine loco, neque videtur Nolanus repugnante tribu, quae Nolanorum est FAL. Praeterea quomodo a Nola in Apuliam itur, quae inde agro Hirpino separatur? qui etsi maiori ex parte provinciae Apuliae attributus est, ut qui Nola Aeclanum ibat, quodam modo pergeret e provincia Campania in Apuliam provinciam, tamen communi usu et nostrae et Romanae aetatis Apulia est ora maritima ab oriente iugi Apennini. Malim attribuere Aeclano, cuius tribus est Cornelia, cui munera conveniunt optime, et referre ad viam Aeclano Herdonias ducentem, in qua matrem Ti. Claudii Ti. fil. Cor. Maximi tria milia passuum stravisse n. 1128 docemur.

TI· CLAVDIO· TI· FIL· COR
BITHYNICO
QVAEST· II· VIR· AED· II· VIR· I· D
II· VIR· QVINQ· PRAEFECT· FABR
HIC· PERMISSV· IMP· TRAIANI
HADRIANI· AVG· VIAM· PER
PASSVVM· DV*o* MILLI*a*
EVNTIBVS· IN· APVLIAM
. . . .

Cod. Piccarti n. 21 ap. Reines. epist. p. 329. Reines. II, 18 e Piccart. Versuum distributio mea est. — Reines. in sylloge 3 QV·, 4 PRAEF·, 6 HADR· AVG· — 7 PER· PASSVVM· DVVM· MILLIVM cod. Picc., om. PER Reines. Error ortus ex notis numerorum. — Fractum esse lap. infra ego addidi. — Pratilli p. 444 e Reinesio repetivit, sed praeter alia in fine addidit: SILICE· NOV... S... S... R· C· Unde Lupoli it. Ven. p. 6 vituperans more suo et Rein. et Prat. "ex schedis suis haud dubiae fidei" adiecit in fine NOV*o* S*ilice* S*te*R*n*· C.

1128 In cryptis Aeclanensibus rep. 1824, deinde Abellinum ablata. Ubi nunc extet, ignoratur.

TI· CLAVDIO
TI· FIL· TI· NEPOTI
COR· MAXIMO· Q
II· VIR· QVINQ
HIC· CVM· AGERET· AE
TAT· ANN· XX· IN· COLON
AECLAN· MVNVS· EDIDIT
IMPETRATA· EDITIONE· AB· IMP
ANTONINO· AVG· PIO· IN· QVO
HONORE· SEPVLTVS· EST
CVIVS· MATER· GEMINIA· M'· FIL
SABINA· OB· HONOREM· EIVS· IN
VIA· DVCENTE· HERDONIAS
TRIA· MILIA· PASSVVM· EX D D IN
TRA· LVSTRVM· HONORIS· EIVS· RE
PRAESENTATA· PECVNIA· STRAVIT

Guarini spicil. Ecl. 1826 p. 5. Habui etiam ex schedis Cassitti. — 6 AETATIS Guar. — 14 MILLIA Cass.

1129 Boniti apud Cassittium.

A V D I V
B SPLEN
L C E

Descripsi. Ed. Guar. comm. XVI. p. 70.

1130 Nolae *syll. Rein.*, at in *cod. Picc.* praecedit titulus n. 1127 sine loco, quem Aeclano attribui, sequitur hic inscriptus *ibidem.*

D · M
TI · CL · MAXIMO
II · VIR · AED
QVAEST · PECVNIAE · ALIM
VIXIT · ANN · XXII · M · V
TI · CL · NOVEMBER
ET · CL · HERMIONE
FILIO · BENE · MEREN
TI · FEC · ET · SIBI

Cod. Piccarti n. 22 ap. Reines. epist. p. 329. Reines. VI, 24 e collect. Piccart. Vv. ordo meus est. — 3 AEDIL Reines. — 4 QVAES · cod. Picc. — 5 XLII Reines., longe melius XXII cod. Picc.

1131 *al passo di Mirabella* in diversorio.

LVPERC\|*I*
LOCO DA/
TO · DEC/*R*
SPLEN/*DI*
DISS · /*ORD*
C · EGG/*IVS*
NEP/*OS*
~~PAT~~ *ER*

Descripsi quod exstat. Pleniorem ed. Guarini comm. IX ed. 1 p. 43, sed 4. 5. 6 ita transposuit: ORD · SPLENDI ‖ DISS · G · EGGIVS ‖. Mutilam dedit fasti duumv. ed. 1 p. 249; corruptam Bull. dell. Inst. 1837 p. 20.

1132

· II · NERIINI
*lupe*RCO · FLAM . . .

Guarini nov. mon. ecl. 1824 p. 19 q. v.

1133 Ariani olim in aedibus episcopi, ubi nunc non extat.

LABIA · C · *f*
FIRMA · SIBI
ET · M · SEIO · M · F
COR · MAXIMO
VIX · AN · XX
M · VIII · DEC
AECLANI · FIL
OPTIMO · VIVA
FECIT

Chaupy maison d'Hor. III, 493. Lupoli It. Ven. p. 152. Vitale p. 19 quem secutus sum in versibus distribuendis. — 1 LABIACE Ch. Lup. Vit.; correxi ego. — 5 VIX · ANN · Ch.; VIXIT · ANN · Lup. — 7 FILIO Ch.

1134 rep. *a Ponte-rotto*, $\overline{\text{II}}$ p. inter occidentem et meridiem ab Aeclano.

D · M
BENEMERENTI
C · MAMERCIO
PROC*ul*O
SACERDOTI · ET
DECVRIONI · CO
IVNX · FECIT · QVÆ
CVM · EO · VIXIT · AN
NIS · L · MENSIBVS · V
ET · DIEBVS · XVIIII

Guarini alc. nuovi mon. ecl. 1817 p. 2, cui dedit Antonius Casazza.

1135 extra Mirabellam *Manut.* Mirabellae *corr. Smet.* Auxitotiae vulgo Cidognae ante aedes Ferrandi cuiusdam (cf. supra n. 1084) *Pigh. ms.* extra Lacedognam in via Monteverde *Pratillius.* Venusiae *Lup.*

C · NERATIO · C · F
C · N · C · PRONEPOTI
C · ABNEPOTI · COR
PROCVLO · BETITIO · PIO
MAXIMILLIANO
QVAEST · II · VIR · QVINQ · P · C
FLAMINI · DIVI · HADRIAN
CVRATORI · OPERVM · PVBL
VENVSIAE · DATO · AB · DIVO
HADRIANO · CVRAT · *k*AL
NOLANORVM · DATO · AB · IMP
ANTONINO · AVG · PIO
EPAPHRODITVS · ET
CONVENTA · LIB
L · D · D · D

Manut. orth. p. 374, 24. 516, 1; item a correctore Smetii in bibl. Borb. adservati Manutiano ad p. 83 adscripta est. Grut 441, 5 e Manut. et ms. Pigh. Interpolaverunt Pratillius p. 474. Lupoli p. 318. — 1 F Man. 516 corr. Smet. Pigh, FIL rel. — 2. 3 do ex Man. 516 corr. Smet.; reliqui uno versu C · N · C · PRON · C · ABN · COR. — 6 RO pro P · C Pigh. — 7 HADRIANI corr. Smet. — 9 DIV Man. 516. — 10 CVRAT · IAL Man. 374 cum nota corruptelae; CVRAT · . . . Man. 516 corr. Smet., qui in mg. suppl. *reip.*; CVRAT. R · P Pigh. Emendavit Grut.

1136 Mirabellae sopra le torrette.

C · NERATIO · C · F ·
C · N · C · PRONEPOT
C · ABNEPOTI · COR ·
PROCVLO
MAXIMILLIANO
BETI*ci*O · PIO · PAT · COL
EPAPHRODITVS · ET
CONVENTA LIB ·
L · D · D · D

Descripsi. Ed. Lupoli n. 17. Guarini p. 106. Guarini in margine superiori addit C · NERATI, quod nec ego vidi nec Lupulus et ita addidit Guar. ut ne ipsum quidem vidisse suspiceris. — 6 BETICIO L. G., BETICIO ego; scr. BETITIO.

1137 rep. in cryptis Aeclanensibus; extat Grottaminardae.

D · M
M · POMPONIO · M · FIL · M · N · M · PRON ·
M · ABN COR · BASSVLO
$\overline{\text{II}}$VIR · $\overline{\text{Q}}$ $\overline{\text{Q}}$
NE · MORE · PECORIS · OTIO · TRANSFVNGERE.
MENANDRI · PAVCAS VORTI SCITAS FABVL AS
ET IPSVS ETIAM · SEDVLO FINXI NOVAS
ID QVALE QVALEST CHARTIS MA.DATVM D V
VERVM VEXATVS ANIMI CV.IS .NXIIS
urceus NON NVLLIS · ETIAM · CORPO . . . . . . ORIBVS *patera*
VTRVMQVE VT ESSET · TAED . . . . A MODVM
OPTATAM MORTEM SVM AC . . . . MIHI
SVO DE MORE CVNCTA)\II . . . . . . NA ·
VOS IN SEPVLCHRO//OCIIC.I . . . . IDITE
QVOD SIT DOCIMENTO POST I . . . . SIBVS
INMODICE NE QVIS VITAE SCOI . . . . NEAT
CVM SIT PARATVS PORTVS EIAC . . . . . IBVS
QVI NOS EXCIPIAT AD QVIE . . . . EM
SET IAM VALETE DONEC VI . . . . IT
CANT · LONG · MARIT · V · A · L · M · I

Descripsi chartaque madida ectypon sumpsi. Edidit Guarini iter vag. mans. I p. 6; ipse edidi Bull. 1847 p. 94. *Rhein. Mus. für Phil. N. F.* VI p. 139, cuius editorum alter F. Ritschl tractavit praeterea in ind. schol. Bonn. hib. a. 1847. Repraesentavi exemplum meum quod cum ectypo denuo excusso convenit. Punctis pinguioribus indicavi quot litterae desint, secutus et ectypon charta madida factum et quae in re praesenti notavi Grottaminardae; qua in re etsi in titulis qui non sunt scripti στοιχηδὸν non assequimur numerum litterarum certum, tamen supplementa quae plus unam duasve litteras a numero quem indicavi recedunt, omnia reiicienda erunt. — 12 Litt. M voc. SVM est sub litt. D voc. TAED 11, item litt. M in MIHI est sub litt. M in MODVM l. eiusdem; desunt igitur inter M utramque litt. fere decem. — 13 Litt. quae post CVNCTA sequitur est sub litt. M in SVM 12, litt. ultima A legitur sub M in MIHI l. eiusdem. Versus reliquis brevior. — 14 Litterae II post OC ita corruptae sunt, ut ELT cet. fuerint. — Litt. quae post SEPVLCHRO sequitur est sub litt. A voc. CVNCTA 13, litt. I in IDITE sub litt. N in NA. — 15 T in POSTI est sub litt. C in OC 14, I in SIBVS sub D in IDITE v. eiusdem. — Litt. tertia in SIBVS larga fuit, ut B vel R. 16 C in SCOI est sub litt. T in POST, E in NEAT sub I in SIBVS. — 18 E in QVIE est inter E et I in EIAC, E in EM inter I et B in IBVS v. praec. — Abiectis supplementis Guarinianis iisque, quae ego fugitiva sane et ut ingenue fatear temeraria opera olim fudi, hoc loco exhibebo quae temptaverunt tres viri summae in his rebus auctoritatis, Fridericus Ritschelius in libello citato et a me rogati Mauritius Hauptius Carolusque Lachmannus.

Ritschelius:

Ne more pecoris otio transfungerer,
Menandri paucas vorti scitas fabulas,
Et ipsus etiam sedulo finxi novas.
Id, qualequale est, chartis mandatum diu
[Vitae mi agundae delectamento fuit.]
Verum vexatus animi curis anxiis,
Nonnullis etiam corporis doloribus,
Utrumque ut esset taedio mi ultra modum,
Optatam mortem sum aptus: quae dedit mihi
Suo de more cuncta consolamina.
Vos in sepulcro hoc ne quid oro laedite:
Quod sit docimento, post fatales exitus
Immodice ne quis vitae scopulos horreat,
Cum sit paratus portus flagitantibus,
Qui nos excipiat ad quietem perpetem.
Set iam valete, donec vivere expedit.

Hauptius:

Ne more pecoris otio transfungerer,
Menandri paucas vorti scitas fabulas,
Et ipsus etiam sedulo finxi novas.
Id qualequale est chartis mandatum diu.

Verum vexatus animi curis anxiis,
Nonnullis etiam corporis doloribus,
Utrumque ut esset taedio supra modum,
Optatam mortem sum secutus, ut mihi
Suo de more cuncta donaret bona.
Vos in sepulchro hoc elogium oro incidite,
Quod sit docimento post futuris omnibus,
Inmodice ne quis vitae scopulos retineat,
Cum sit paratus portus flagitantibus,
Qui nos excipiat ad quietem perpetem.
Set iam valete donec vivere expedit.

Lachmannus:

Ne more pecoris otio transfungerer,
Menandri paucas vorti scitas fabulas,
Et ipsus etiam sedulo finxi novas.
Id qualequale est chartis mandatum diu.

Verum vexatus animi curis anxiis,
Nonnullis etiam corporis doloribus,
Utrumque ut esset taediosum ultra modum,
Optatam mortem sum adsecutus: ea mihi
Suo de more cuncta dat relevamina.
Vos in sepulchro hoc dicier concedite;
Quod sit docimento post futuris, maxsimus
Inmodice ne quis vitae scopulus terreat,
Cum sit paratus portus eiaculantibus,
Qui nos excipiat ad quietem perpetem.
Set iam valete donec vivere expedit.

Cantria Longina poetae uxor videtur eadem esse ac sacerdos divae Iuliae Domnae Caracallae matris, materterae magnae Elagaballi, qui eam consecravit (n. 1090. 1091, ubi errore calami dedi in suppl. D · N · pro DIVI), unde constat de huius carminis aetate.

1138 in agro Mirabellano.

C · PONTIO · HYGI
NO · INFANTI · DVL
CISSIMO · DECVRION
C · COGITATVS
PATER

Guarini ric. Ecl. p. 113 qui vidit.

1139 Mirabellae.

D · M
C · Q V I N T I O
C · F I L · C O R
B A S S O · IIVIR
A E D I L · IIVIR
IVR · DIC
Q · P O N T I F
C · BAEBIVS · LVPVS
*q*VINTIA · DORA
PATRONO · OPTIMO
FEC

Alterum exemplum est Cyriaci (Mur. 739, 2 e sched. fr. Iucundi et Cyriaci Stoschianis), alterum Manutii orth. p. 97, 7 (ex eo Grut. 462, 2 et Lup. n. 13 e schedis Barrassianis i. e. e Grutero). — 1 om. Lup. — 2 QVINCTIO Lup. — 7 Q · om. Manut. Lup. — 8 BALBIVS Mur. — 9 PROVINCIA · DORA Iuc. PROVINCIA · OROA Cyr. INTIAPRC Manut. Lup. — In vv. div. sequor Manutium.

1140 extra Mirabellam.

D · M
SEX · SECVNDI
SEX · *f*IL · COR
SECVNDINI
II · VIR · AEDILIS
Q · PEC · PVBLICAE
SECVND · VRBICVS
PATRON · B · M · F

Manut. orthogr. p. 712, 7 (inde Grut. 466, 3 Lupoli n. 12). — 3 SEXTIL · Manut. Grut., correxit Gudius, quem tacite seq. Lupoli.

1141 rep. in cryptis Aeclanensibus.

Q. TREBIO · M · F · . . . . . .
Q · TREBIO · Q · F
MAXIMO · DECVRIO*ni*
*a*ECLANI · MARI*to et fil*
. . . .

Guarini spicil. ecl. 1826 p. 12, cuius sunt supplementa. Cf. n. 1242.

1142 Mirabellae, rep. 1814 in cryptis Aeclanensibus.

VIBIAE · LICINIAE ·
TELESILLAE
*d*EC DEC

Descripsi. Ed. Guarini appendice alla sec. ediz. delle ric. ecl. 1814 p. 21; cont. delle oss. ecl. 1816 p. 15, qui DEC · DEC.

1143 hoc solum restat in lapide scalpro raso penes Cyriacum Ciaburri Grottamin.

PATRONO · VENVSINO

Guarini alc. spig. arch. p. 5.

1144 Boniti apud Cassittium.

E G A T
· CRITTII · F
II · VI

Descripsi.

1145 Mirabellae in aedibus Capucci.

Q Q F L A M I N
EIVS QVOD CVM L
RIT ET QVINQVEN
ET CVM EX · HS · C · BIDVI ·
SVO · ALIS HS C TERTIVM ı
STRAVERIT PER MILLIA PASS
AD KAPVT EIVSDEM VIAE
IMPERATORVM STATV
KALENDAR

Descripsi. Pessime ed. Guarini cont. delle oss. ecl. 1821 p. 7.

1146 in districtu Mirabellae.

H
A
VT
FAM
PVGN
TRITIC
DISTRIB
AMPLIV
FIL · Q

Guar. ric. Ecl. p. 100 qui vidit.

1147 Mirabellae in aedibus Capucci. Litterae altae sunt paulo plus unciam.

M · ARMODIO
. . . . SVO · HS · IIII DIS . . . . . .
. . . . VM · POPVLO · DE . . . .
. . . . HONOREM · S . . . .
. . . . IAI · QVI · EID . . . .
. . . . ST · HS · L · LEGA . . . . . .
. . . . A · SERVATO · IV . . . .
. . . . II · DEDICATION . . . .
. . . . REI · AVG · HS · XX . . . . . .
. . . . HS · VIII · DIVIDI · I . . . . .
. . . . A · FILIA · EX · TEST · POS

Guar. alc. nuovi mon. ecl. 1817—1818 p. 23.

1148

SVAE · INTRA
ANNI · HS · LXIII
SENTAVIT · SPL
SIMVS · ORDO
NENSIVM · OB · M
POSTVLATV · P

Guarini Bull. 1832 p. 208, comm. XVI p. 99, comm. IX ed. 2 p. 28. In Bull. et c. XVI 1 INIRA.

1149 Mirabellae in aedibus privatis.

. . . ROM
. . . . Q · AVG . . . .
. . . . REDIT . . . .
. . . . LADIAT . . . .
. . . . P · D · D

Guarini spicil. ecl. 1826 p. 8; idem Bull. dell' Inst. 1837, p. 20 ubi 2 om. Q, 3 DEDIT, 5 . . OP · DD itaque est inter schedas Kellermanni. Vv. hic in fine integri sunt.

1150 Boniti apud Cassittium, rep. Aeclani 1832.

I N D L
I · AQVARIAI
RVPTVM SVA · I
II · PATR · CO
IMVS · GRAT
EIVS

Descripsi ego, item Brunn. Ed. Guarini comm. XIV p. 23. — 4 in. ЗII Brunn.

1151 Boniti apud Cassittium litt. palmaribus.

N T I N A
/A ꟸ PECVN

Descripsi. Ed. Guar. comm. XIIX p. 33.

1152 Mirabellae, rep. in cryptis litt. altis ⅓ palm.

de C · DEC · I
/S · C · F · COR
I OB HONO

Descripsi. Ed. Guarini iter vag. mans. I p. 15.

1153

. . . .
. . . TIS · ET . . . .
. . . ƆIDITIS . . . .
. . . PSAM · Q · F . . .
. . . ORAT · D · D
. . . .

Guar. it. vag. mans. I p. 16.

1154 Mirabellae al passo.

O
R
CL ·
MEDI
mun ERIS
post VLATV
D

Cimaglia ant. Ven. p. 300.

1155 in lamina plumbea.

. . . .
. . . OL · AECL . . . . . .

Guarini comm. XII p. 69 v.

1156

. . . . .
COL · AECL · VBI
. . . .

Guarini nov. mon. ecl. 1824 p. 24.

1157 Mirabellae ad cauponam.

. . . .
MAIANICVS TAVRVS
PLAETORIVS SALVTARI*s*
OFILIVS EPITYNCHANVS
OFILIVS CELER
OFILIVS ASTER
OFILIVS FELIX
ATTIVS RI . . . .
MAIANICVS . . . .
OFILIVS . . . .
TREBAT*ius* . . . .
. . . .

Lupoli n. 60. Guarini ric. Ecl. p. 93 qui vidit. — col. I, 10 TRAEBAENIVS Lup. — II, 1 om. Lup., ut sequentia cognomina ad alia nomina referantur. — 2 SALVTARI L., SALVIARI G. — 3 EPHINCHANVS L., EPITYNCANVS G. — 6 om. G. ut seq. RI ad quartum Ofilium referatur

1158 Mirabellae in arcu portae aedium Mazzarella.

. . . .
. . . . ESTEO
. . . . D . . . .
. . . . ER
. . . . S EVTYCVS
. . . . S SATVRNINVS
. . . . S SOCELLIANVS
. . . . S ROMANVS
. . . . S APOLLODORVS
. . . . S EPITINCHANVS
. . . . S PRIMITIVVS
. . . . S CRISPINVS
. . . . S SECVNDVS
. . . . S TERTIVS
. . . . S FELIX
. . . . S TO . . .
. . . . O . . . .

Guarini spicil. ecl. 1826 p. 12.

1159 Boniti in museo Cassittiano.

L · POST VMIO · L · L
PRI MOCENI · AVGVSTALI
et i VNIAE · RVFILLAE

Descripsi, sed nunc desunt quae litteris inclinatis exhibentur, suppleta ex apographo Brunnii.

1160 penes Guarinium.

DIS · MA*n*
P · TILLI · P · *l*
DIOSCORI
AVG · VIX . . . .
. . . . . .

Guarini nov. mon. ecl. 1824 p. 20.

1161 Apice in monasterio S. Francisci quod fuit.

M · TREB . . .
AVG · QVINQ

E sched. Cassittii.

1162 Taurasiae ad eccl. paroch. *Bella Bona; Lup.* ponit Frigenti ad eccl. colleg., quod *Guarini* qui vidit erroneum ait, sed non addit ubi extet; videtur vidisse Mirabellae vel in agro Mirabellano.

M · VERGILIVS · C · L
GALLVS · AVG
QVINQ

Bella Bona Avellino p. 26. Lupoli marm. Aecul. n. 6. Guarini ric. Ecl. p. 91 qui vidit.

1163 MMD p. ab Ariano meridiem versus in loco dicto Orneta vel Corneta in massa Blundo. Fasces in lap. sculptos esse notavit Chaupy.

C· EPPIVS· C· L· IVCVNDVS
iiiii vir AVG· SIBI· ET
CALPVRNIAE· Ɔ· L· MODERATAE· ET
MAEVIAE· FORTVNATAE· VXORI

Chaupy maison d' Horace III, 499. Giornale enciclopedico di Napoli 1785 Gennajo p. 52. Lupoli It. Ven. p 152. Vitale p. 21, quem sequor in versibus distribuendis. — 2 pro IIIIIIVIR· AVG Vit.: ET· TV· AVG, Lup. ex interpolatione EPPIAE.... (om. AVG); Chaupy G. E. IVCVNDVS· SIBI mediis omissis. — 4 MEAVIAE Chaupy Lup.

1164 Aeclani.

D· M
AVRELIO· AVFEN
TINO· PRA....N
XXII......ECLAN
ET· ABELLINATIS· HO
MINI· OPTIMO...
PAMP*hil*VS· AMIC

Guarini ric. Ecl. p. 140 qui v. ult. PAMPINIVS.

1165 Aeclani.

D· M
AECLAↄ GR
APHↄ AECLA
GRAP· FILIO
B· M· F

Vidit Guarini comm. XIIX p. 36.

1166 Aeclani in sarcophago palm. octo.

AECLANIVS
MAXIMIANVS
AECLANIA· MARCEL
LA· COMMVNI· LABO
RE· SIBI· FECERVNT

Guarini fasti duumv. ed. 1 p 248. Bull. dell' Inst. 1837 p. 20 et in litt. ad Kellermannum datis.

1167 Mirabellae; nuper interiit.

AEC ⋮ LANIV......
SCI ⋮ NVS· ET· S...
FIL ⋮ MARTIA.....
.........CON· M

Guarini nov. mon. ecl. 1824 p. 23.

1168 Grottaminardae in agro DD. Perilli.

D· M
AECCLANIAE· AMA
NTI..I..B..AE
HERM..CON
B· M· F

Guarini alc. nuovi mon. ecl. 1817 p. 10.

1169 Mirabellae in agro.

M· AEM*ili*O..B..D
..AE· PONTIO· Q
VINTIANO· CO
MINIA· FELICIS*s*
IMA· CONIVGI· B
M· F

Guarini ric. Ecl. p. 150 qui vidit.

1170 ab Ariano MMD p. meridiem versus, *alla Torre di Amanno ossia la Madonna della Manna*, ubi aliae inscr. sepulcrales evanidae extare dicuntur. Schedae Cassitti collocant Frigenti, male.

D· M
M· AEPRIO· M· F
COR· AMMIANO
VIX· AN· VIII· M· X
D· III· CERIALIS
ET· MARCELLA· FIL
KARISSIMO

Torcia et Vitale eff. enciclop. Giugno 1795 p. 86, item Giorn. lett. 15 Giugno 1795 p. 102. Habui etiam ex sched. Cassitti. — 2 REFRIO Cass. — 3 ANMIANO Torc. — 4 VI.. Cass. — 5 III om. Cass. in lacuna. — 6 FI Torc.

1171 Cryptae Minardae.

C· AETRIO
C· F· C· NEP
L· PRON
C· ABNEP
COR
MATVRO

Fabr. 602, 24 ex sched. Barb. Gud. ms. 660, 6, ed. 313, 20 fortasse e Stephanonianis. Lup. n. 61 qui praemisit AETRIA male Fabrettum describens.

1172 extra Mirabellam.

D· M
AFINIAE· I*a*NVA
RIAE· C· VIBIVS
CRESCES· COIVGI
INCOMPARAVILI
B· M· F

Manut. orth. p. 266 n. 20. Grut. 752, 8 e Manut. — 2 IENVA Manut. err. typ. — Haud scio an hanc voluerit indicare Guarini ric. Ecl. p. 141 ubi ait referri a Manutio hunc tit. Aecl.: M· AEMILIO· IANVARIO ‖ AFINIA· IANVARIA.

1173 Mirabellae apud Ferdin. Guindacium.

C· ALETIO· P· F· LVPO
SCR· *LibrAr*
EPPIAE· L· F· RVFA*e*
P· ALETIO· C· F· LVPO

Manut. orth. p. 690, 25. Grut. 585, 2 ex Aldo. Lupoli n. 14 itemque ms. Pascucci, qui omnes videntur pendere a Manutio. — 2 LIƧAE Manut. et ita fere seqq.; fecit LIBRAR. — 3 RVFAE Lup. Pasc.

1174 Aeclani in basi magna.

ANNIDIAE
HIRPINAE

Guarini spicil. ecl. 1826 p. 13.

1175 Aeclani.

D· M· L· ANNIVS· MAXIMILIANVS
et AECCLANIA· MAGNA...

Guarini nov. mon. ecl. 1824 p. 24 ex eodem ms. unde plura falsa protulit. Suspecta.

1176 Aeclani rep., nunc Boniti in museo Cassittiano.

Q· ANNIVS· C· F
GAL· ET
Q· ANNIVS· Q· L
SELEVCVS

Descripsi. Ed. Guarini cont. delle oss. Ecl. p. 14.

1177 In museo Cassittiano.

D· M
ANNIA· SV
CCESSA
CORNELIO
FELICISSI
MO· COIVGI
B· M· F

Descr. Brunn. Guarini comm. XII p. 5 qui versus aliter distribuit et 6 dedit CONIVGI.

1178 rep. e regione passus Mirabellani.

D· M
M· ARRIO· M· F
PRISCIANO
M· ARRIVS
FORTVNATVS
PATRI· B· M· F

Vidit Guarini nov. mon. ecl. 1824 p. 25.

1179 In agro Mirabellano.

C· ARRIO· N· L
RVFIONI
IN· FRON· P· XII
IN· AGR· P· XV

Guarini ric. Ecl. p. 137 qui vidit.

1180 extra Mirabellam.

D· M
AVRELIVS
CRESCENS
AVRELIAE· MA
RCIAE· VXORI
B· M· F

Manut. orth. 513, 24, unde pendent Grut. 760, 9 e Manut.; Lup. n. 52 ex schedis ms.

1181 Mirabellae in aedibus archipresb. Ruggiero.

D· M
BABRIAE· BEBI
NI· CONIVGI
THESA*L*VS
COL· AECLANE

Lupoli n. 64 et ms. Pascucci, quem sequor. — Lup. 2 BIBI, 4 THESAEVS, 5 AECLANI, add. 6 B· M· F.

1182 Aeclani.

m· BABRIVS· M· L
PAL· FEC· SIBI
ET· SVIS
IN· FR· P· XII· IN· AG· P· XV

Guarini ric. Ecl. p. 134 q. v.; initio supplevi M.

1183 In agro Mirabellae.

N C· BABRIO· C· L· PELOPI· SIBI· ET
BABRIAE· C· L· CHIAE· ET· IRPINAE IN
V FILIAE· ET· IRPINO· FILIO· ET F· P· XX
BABRIAE· RESTITVTAE· ET IN· A· P
V INGENVAE· BABRIAE XXIV

Guarini ric. Ecl. p. 129 q. v.

1184 extra Mirabellam *Grut.* in crypta vinaria Michaelis de Matthia *Lup.*

D· M
C· BABRI· RVFI
VIX· ANN
XX
BABRIA· PRIMA
MATER· FIL
B· M· F

Manut. orth. p. 691, 27; Grut. 672, 9 ex Aldo; Cimaglia ant. Ven. p. 304; Lup. n. 34. — 1 solus Cim. habet. — 3. 4 VIX ‖ ANN· X Lup.; ANN· XX om. Cim. — 6 MAT Cim.

1185 in agro Bonetino ad eccl. ruralem S. M. ad Nives. *G. E. Lup.* Morroni, quod vid. esse prope Bonetum, ante eccl. S. M. ad Nives. *Vit.*

D· M
BETITIE· HLI
ADI· C· E· MARCI
ANVS· CONSER
VAE· B· M· F

Giorn. Enciclop. di Napoli 1785 Luglio p. 90. Lupoli n. 63. Vitale p. 302. Hunc sequor; G. E. Lup. sic: D·M ‖ BAETITIAE· HLIADI. MARCIA‖NVS — F ‖. Eodem fortasse pertinet fr. ex schedis Cassittii: BETITIA. C... ‖ TI. LIBR. C. E.... ‖ NAMENTI...

1186 Mirabellae, *nel piano largo.*

*beti*TIAE· C· F
IVSTAE
*e*PAPHRODITVS
////..RMA*tyc*HE
LIBERTI
Descripsi. *l* D D D

1187 Mirabellae.

BETITIAE· C· F· MAXIMILLAE· VXORI
C· VIBIVS· HILARIVS· F· SIBI
ET.................

Lupoli n. 46, cuius fide stat. Guarini qui non vid. ric. Ecl. p. 131 correxit HILARVS.

1188 olim *alla Fontana del Re,* deinde Grottaminardae in aedibus Perilli.

D · M
BETITIAE · PONTI
NE · N · LIBERTAE · *q*
VIN*t*VS · CONIVGI
B · M · F

Vidit Guarini cont. delle oss. ecl. 1821 p. 15 qui err. typ. BETITITIAE. Deinde ex OVINIVS feci QVINTVS.

1189 In agro Mirabellano; inde translata Abellinum in tribunale.

D M
BETITIAE · QVINTILIANAE
FIL · DVLCISSIM
BETITIVS · RVFINVS
PAT · QVAE · VIX · ANN
XVI · MENS · X · DOLES *"sic" G.*
PAT · VNA · CVM · VIRO · HVIVS
CL · IVSTINO
B · M · F

Guarini ric. Ecl. p. 144. Pionati Avellino II, 69 ex quo addidi 1. — Idem 2. 3 OVINTIANE |, NI · FIL · M · L · DVLCISSIME; unde scrib. fort. BETITIAE · QVINTIA || NE · FILIAE · DVLCISSIME — 7. 8 VIRO · HV||IVS · C · L · IVSTINO Pion. — 9 B · M · FF Pion.

1190 Mirabellae.

D · M
C · BETITIO
C FIL · COR patera
PIO
HIC · SITO

Descripsi. Ed. Cimaglia ant. Ven. p. 301. Lupoli n. 38. Guarini ric. Ecl. p. 130.

1191 In agro Mirabellano.

D · M
A · CAESENIO
VITALI · P · FIL
KAR · QVI · VIX
ANN · II · M · X
BM D · VIIII · CAESE F
NIVS · VITALIS · P

Guarini ric. Ecl. p. 142. Descripsit etiam Brunn qui 2 om. A ·, 3 om. P, 7 T pro P. — 6 Guar. VIII. — BMF om. Guar.

1192 Mirabellae ad diversorium in via publica.

D · M
CANTRIAE · PRIMI
LLAE · QVAE · VIXIT
ANN · IIII · M · II · D · VIII
SYLVESTER · PAT · FIL · DVLC
ISSIMAE · B · M · P

Lupoli n. 37, cuius fide stat.

1193 Mirabellae.

. . . .
CAVCIAE
FELICVLAE

Guarini qui vid. app. alla sec. ed. delle ric. ecl. 1815 p. 28 cont. delle ric. ecl. 1816 p. 15.

1194 Paterni in lap. Gladiatores vario habitu sculpti sunt.

D · M
CELSVS · SIBI · ET · SVIS
H · M · F

Guarini alc. nuovi mon. ecl. 1817—18 p. 26.

1195 Locosani prope Mirabellam in ruderibus eccl. vulgo dictae *Santa Chiesa.*

D · M
C · CIMINIVS
MAXIMVS
EGNATIAE · SPE
C*I*ATAE · COIVCI
BEN · M
F

Lupoli n. 53, cuius fide stat. Guar. ric. Ecl. p. 157 videtur descripsisse e Lupulo. — 5 SPECIATAE Lup., SPECIATE ('*sic*') Guar.; scr. SPECTATAE.

1196 In agro Mirabellano.

COMINIAE
MARCELLAE
. . . .

Guarini ric. Ecl. p. 140.

1197 Mirabellae in atrio eccl. PP. S. Petri de Alcantara. *Lup.*

D · M
C O S I O
S I M F O R O
V E R A T I A
R O M A N A
CON · B · M · F

Descripsi. Ed. Cimaglia ant. Ven. p. 301. Lupoli n. 56. Guarini ric. Ecl. p. 148 q. v.

1198 Mirabellae in quodam trapeto. *Guar.* — *Lup.* ait recens detectam Fontanarosae.

d · M · S
*cos*SONIAE · ICE
*s*ATVRNINVS
MARVLLI
ab ARK · CON
*dul*CISSIMAE
et SIBI · FECIT

Lupoli n. 48; melius Guar. qui vidit nov. mon. ecl. 1824 p. 25, cuius supplementa retinui. — 1 om. L. — 2 KONIAE L. — 3 SAT L. — 5 . . RAR . . CON L. — 6 . . . CTISSIMAE L. — 7 FEC L.

1199 Aeclani.

C · DASIMIO
FIRMO . . . .
. . . .

Guarini nov. mon. ecl. 1824 p. 26.

1200 Fontanarosae ad eccl. ruralem S. Mariae ad nemus.

. . . .
C · L · MAXIMAE
*e*GGIA · C · F
GNESIAS
NVRVS · FECIT

Lupoli n. 62, qui 2 IGGIA. Guar. ric. Ecl. p. 157 lacuna initio omissa ita exhibet: CL · MAXIMAE || ICCIA · C · F || CNESIAS || NVRVS · FECIT, quod haud scio an negligenter ex Lupulo exscripserit. Videtur igitur stare Lupuli auctoritate.

1201 extra Mirabellam.

EGGIA · L · L · VITALIS
SIBI · ET · C · VIBIO · ALBINO
*CONIVGI · CARIS*SIMO
*ET · VIBIAE · ALBI*NAE
FILIAE
DE · SVO · FECIT
SIBI ET · SVIS · OMNIBVS
. . . . IN · AGR · P · XVII

Descripsi quod superest. — Manut. orth. p. 154 n. 32 a quo pendent Grut. 972, 9 et Lupoli n. 65 qui 2 BIBIO.

1202 Aeclani.

. . . . EGGIO
*en*COLPO
QVINCT

Guarini ric. Ecl. p. 141.

1203 Mirabellae in turri camp. eccl. S. Bernardini.

EGGIVS
FEVS
VICXIT
ANNVS
XV
MESES
IIII

Lupoli n. 33. Suspecta.

1204 Boniti in museo Cassittiano.

M · EGVLLI*Vs . . f.*
COR · SIBI *et*
CEIAE · P · L · C
VIVOS · FEC*it*
M · H · N*s*

Descripsi. Male ed. Guarini cont. delle oss. Ecl. 1821 p. 15.

1205 Mirabellae in domo privata. Pratilli p. 458 ait extare Fontanarosae.

FANNIAE · ERCVLIAE · DVL
CISSIMAE · CONIVGI
BETITIVS · RVFVS · CVM
QVA · VIXIT · IN · CONIVGIO
ANN · XXVI · MENS · II
B · M · F

Manut. orth. p. 690, 26, ex eo Grut. 782, 6 et Lupoli n. 54. — 2 ante CONIVGI Manut. insert IN, quod recte sed tacite sustulit Lup.

1206 Mirabellae in aedibus Ferdinandi Guindacii. Pratilli p. 458 ait extare Fontanarosae.

D · M
FIRMAE
ALBINAE
BITHVS
CRESCENS
CONIVGI
B · M · F

Manut. orth. p. 243, 82. ex eo Grut. 782, 12 et Lupoli n. 47.

1207 Paterni.

D · M
FIRMIANO
POTI . . . .
CONIVGI
H · M · F

Guarini alc. nuovi mon. ecl. 1817—18 p. 26.

1208 Aeclani.

D · M
C · FLAVIO · MARCI
ANO · ABONIAN
O · FL · ASINIA
C · B · M · F

Guarini duobus exemplis nov. mon. ecl. 1824 p. 28, alc. mon. ant. spieg. p. 10, quorum hoc sequor. — 2 FLASIN n. m. e., FLAVIO a. m. a. s. — 4 O · FLASIN n. m. e., O FLASINIA a. m. a. sp., unde feci FL · ASINIA.

1209 Aeclani.

L · FVNIVS · L · L
ANTIOCHVS · HIC
SITVS
IN · FRONTE · P · XII
IN · AGRO · P · XII

Guarini comm. IX ed. 2 p. 30.

1210 Mirabellae.

D · M
HERMEROTI
CONTVBERNALI

Lupoli n. 58, qui unus vidit.

1211 Mirabellae rep. in agro qui dicitur *S. Modestino.*

HOSTIDIA · C · F · IVSTA
ORFELLIA · P · F · GALLA
MATER · FECIT · SIBI
ET · FILIAE · SVAE
DE · SVO

Vidit Guarini comm. XVI p. 70, Bull. 1832 p. 209 et litt. eius ad Inst. archaeol

---

1212 Grottaminardae.

D · M ·
IANVARIO · FIL
VIXIT ANNVM ET
M VI · D · X · MAXIMVS
ET · IANVARIA · M · F

Descripsi. Ed. Guarini iter vagum mans. I p. 18 male.

1213 Mirabellae in turri campanaria.

M · LICINI · RVFINI · IVNI
ORIS · QVI · BIXIT · ANNIS · II
M · VII · DVLCISSIMO · FILI
O · B · M · MATER · FECIT

Lup. n. 43, cuius fide stat.

1214 Mirabellae.

D· M
Q· LOLLI· HER
METIS · LOLLIA
ALBINA· FIL· ET
VIBIA· EVTYCHIA
CONIVGI· B· M· F

Descripsi. Ed. Egizio opuscoli p. 183, ex eo Lupoli n. 49; uterque male FVNGILIA pro EVTYCHIA. Correxit iam Guarini alc. spig. arch. p. 11.

1215 Mirabellae.

LVCRETIAE
LEAE · DVLCIS
SIMAE· CONIVGI
DECIVS· MAR
CELLINVS· F· C

Manut. orth. p. 248 n. 83, ex eo Grut. 802, 5 et Lupoli n. 40.

1216 Paterni.

D· M
LVCVDEIO· TESTINO
SPEDIA· FELICISSIMA· CONIVX
BENEMERENTI· FECIT
H· M

Guarini alc. nuovi mon. ecl. 1817—1818 p. 25.

1217 Grottaminardae, *largo del Castello.*

ORIELIAI////
LVSIANO
MACIA· BIBIA
COIVCI ≈ B ≈ M
F

Descripsi. Ed. Guarini ric. Ecl. p. 152 qui 1 . . . . . FILIA.

1218 In agro Mirabellae.

D· M
MARCIAN. . . .
. . . MP. . . . C·F·RARIS
M· TREBATIVS
QVArTVS
B·M·F

Guarini ric. ecl. p. 148 q. v.

1219 Mirabellae.

C· MARCIO· C· L
CHILONI
IN·F·P·XII·IN·A·P·X

Manut. orth. p. 513, 25, ex eo Grut. 984, 8 et Lup. n. 57 ex sched. Barrassianis.

1220 In agro Mirabellae.

MARIE· P "sic" G
M RIME· G· A "sic" G E
VIDIVS· AP
ER·CO. . . .N
H· M· F

Guarini ric. Ecl. p. 140 q. v.

1221 Flumeri in princip. ulter. prope Grottaminardam in massa Vincentii Boscoro.

MEMORIAE
M· METTI· SABINIA
NI· VIBIA· SECVNDA
CONIV· ET· M· METTI
VS· FELIX· FRATRI
dE· SVA· PEC· FAC· CVR

E schedis Cassittii.

1222 prope Mirabellam.

D· M
C· NAEVIO· FELICI
FILIO · C· NAEVIVS
FELIX· PATER
DOLES· FECIT

Manut. orthogr. p. 544, 4. Grut. 697, 3 ex Aldo. Lupoli n. 28. Guarini ric. Ecl. p. 133 q. v. alc. spig. arch. p. 11. — 1 add. Man. et Guar. spig.— 3 FIL· Guar. spig.

1223 Boniti in museo Cassittiano. Infra in muro latet.

NERAT
BETITI
PROCILLA
FAVSTIN
NTO

Descripsi. Male ed. Guarini comm. XVI p. 69. E schedis Cassittii addidi v. ultimum.

1224 in agro Mirabellae.

D· M
OPPIO· FORTVN
ATO· OPPIA· PRI
MA· CONIVGI· B
M· F.

Guarini ric. Ecl. p. 150 qui vidit.

1225 rep. pone passum Mirabellae, formae Lucanae (v. n. 257), quam vulgarem esse in sepulcris Aeclanensibus auctor est Guarinius (ric. Ecl. p. 130).

D· M
P· PETRONIO
FABVRNIO
PETRONIVS· VIC
TOR· FILIVS
B· M· F

Vidit Guarini alc. spig. arch. p. 7.

1226 Mirabellae.

D· M
PHILISTIAE
AELATENI
PHILISTIVS
NICERATVS
C·B·M·F

Guarini qui vidit app. alla sec. ed. delle ric. ecl. 1815 p. 27 cont. delle ric. ecl. 1816 p. 15.

1227 Mirabellae in aedibus Capucci, in sarcophagi operculo.

CN· POMPONIVS ≈ DEMETRIVS· VIBO· SIBI· ET|

Descripsi. Ed. Guarini comm. XIV p. 27. XVI p. 73. In comm. XVI additur supra 1 D, quod ego non notavi.

1228 Grottaminardae.

D· M
POMPONI. .
MELI. .CO
. .F· C· EI
.SVAE· FI. .
PROGILLAE

Guar. alc. nuovi mon. ecl. 1817 p. 11.

1229 Boniti penes Cassittium in columna formae Lucanae (v. n. 257).

D· M
POMPONIO
PROTOGENETI
ERMIA BASSIʞʞA
C· B· M· P

Descripsi.

1230 Paterni.

D· M
QVINTIA
SIBI· ET· SVIS
H· M· F

Guarini alc. nuovi mon. ecl. 1817—18 p. 26.

1231 Apice in monasterio S. Francisci quod fuit.

RASORIA· MODIS
. . . .
. . . . .NN

E schedis Cassittii.

1232 In agro Mirabellae.

RHAESIAE
PRISCILLAE
LIB· A·RHAE
SIVS· TROPHI
MuS· PATRON

Guarini ric. Ecl. p. 140 qui 5 TROPHIMAS.

1233 Aeclani.

D· M
ROBILIA· DONAT
A· MATER· ET· RO
MVLVS· PATER
COMINIANO· FIL
QVI· VIXIT· ANNos
III· MENS· III· M· F
H· BONO

Guarini nov. mon. ecl. 1824 p. 27.

1234 Aeclani.

D· M
ROBILIAE· STA
TTINI CN· TI
TINIVS· IANV
ARIVS· CONIVGI
DVLC· CVM· QVA· VI
XIT· AN· V· M· VI
D· I· B· M· F

Guarini nov. mon. ecl. p. 28 qui 3 STATTINIC· N· TITINIVS.

1235 in agro qui Guarinio dicitur Taurasinus; *travertino alto p. 4, largo p. 2.*

D· M
RVFINAE· FILIAE
PVLLIDIVS· RVFI
NVS· PATE· B· M· F

Guarini appendice ad mon. ant. spieg. (1828) p. 4.

1236 Mirabellae in aedibus quae fuerunt Conventualium.

D· M
RVFINAE. . . .
SVCCESSAE. . . .
. . . .
. . . .

Vidit Guarini cont. delle oss. Ecl. 1821 p. 15.

1237 In agro Mirabellae.

RVFI· IA. . . . . .
. .AAAT. . . .ER·
POSVIT
AATO· EI· AAITIE
. . . . .

Guarini ric. Ecl. p. 135 qui vidit.

1238 In agro Mirabellae.

D· M
SECVNDE
NICONI
ANVS· CO
IVGI
B· M· F

Guarini ric. Ecl. p. 149.

1239 Boniti in museo Cassittiano.

N· SPEDIVS· VIB· F
COR· DEXSAN
ICVS· HIC· SITVS

Epigrammata Beneventana, quae sunt plurima et maximi momenti, colligi coeperunt inde a *Cyriaco Anconitano*, cuius Beneventana Muratorius habuit ex codice Stoschiano, ego ex libro Michaelis Regiensis. — Longe plures titulos Beneventanos *codex Redii* scriptus Venetiis a. 1488 exhibuit, inde prolatos per Gudium, e quibus aliquot inter suspectos retuli necessitate coactus, cum eius libri auctoritatem et fidem plerumque maximam esse intellexissem. — Inter Beneventanos *Apiani* complures deprehendi male collocatos Beneventi, cum sint Romani; titulos scilicet Fabiae Aconiae Paullinae, L. Casseni Sospitiani, Q. Plotii Romani, T. Cl. Lenii. Omisi etiam Ap. 104, 1 (inde de Vita V, 1) CAESAR· DIVI· AVG· PONT· MAX ‖ EX· S· C· REFECIT; videtur enim eadem esse inscriptio ac Romana Grut. 187, 8. — Saec. XVI med. viris doctis, qui tum Romae antiquis litteris operam dabant, innotuerunt aliquot lapides Beneventani per *Ioannem Metellum* sive ipse descripsit sive alius. His usi sunt Panvinius Manutius (qui tamen aliunde quoque Beneventana epigrammata videtur accepisse) Ligorius (per Manutium) Smetius (qui ait se accepisse a Io. Metello fol. 79 in fine) Pighius (qui et in schedas suas retulit et Smetio dedit, v. Smet. l. c.) Waelscapple (in codice ms. exarato a. 1554 Ultraiecti) Gruterus (qui usus est schedis Metellianis). Quod probe tenendum est, ne horum auctorum consensus imponat; v. e. c. titulum C. Catii Balbi n. 1502. Ceterum exempla Metelliana plerumque probe descripta sunt versusque ex fide lapidum dispositi. — *Ligorii* commenta apud Reinesium et Gudium facillime deprehenduntur. — Sequitur *Gruterus*, qui praeter Apianum et Smetium usus est schedis *Antonii Verderi* Vallis-privatae domini, in quibus permulta epigrammata Beneventana descripta erant optima fide retentaque genuina linearum distinctione; quam syllogen tanti facio, ut meae quasi fundamentum efficiat. Plena enim fuit, simplex et accurata. — Magnam etiam fidem merentur quae traduntur a Georgio *Gualtero*, cuius librum *antichità di Benevento* scriptum a. 1620 vidit Marinius ms. in bibliothecis Barberina et Albana (Marini Archiatri I, 426. Arvali p. 144). Inde profecta sunt epigrammata Beneventana e schedis Barberinis prolata a Fabretto (v. praesertim p. 609 n. 71 ubi nominat Gualterum). Quo libro qui plene uti poterit, pauca nova credo inveniet, sed ei aliquot errores ex nostra quoque sylloge tollere licebit. — *Gudius* praeter codicem Redii adhibuit schedas Stephanonii aliasque auctoris ignoti; item *Donius* Beneventanas dedit alias a Stephanonio descriptas non multas, sed accurate relatas, alias e codice antiquo. Praeterea Beneventana quaedam ediderunt *Pacichellius* in itinerariis suis, quae vidi exceptis epistolis ad familiares, et *Dominicus Georgius* in notis ad Baronii ed. Lucensem (a. 1738) qui habuit ex schedis praesulis Francisci Paccae Beneventani. — *Muratorius* Beneventanos lapides dedit partim ex libris editis ut Pacichellii (quos eius causa exscripsit Dominicus Brichierius Colombus cuius sub nomine proferuntur), Georgii, Donii, partim ex schedis. Schedae Farnesianae, marchionis Alexandri Capponii, Tafurii, Scotti, Ptolemei, Iulii Guastavini, Comi interdum citantur, sed ita ut unum eas alterumve titulum Beneventanum quot in codicibus inscriptionum antiquioribus fere omnibus reperiuntur, subinde continuisse appareat; fides plerarumque exigua est, auctoritas nulla. Contra praeter antiquissimas *Cyriaci* Stoschianas magna auctoritas ut in aliis ita in Beneventanis est *schedarum Ambrosianarum* quae servant diligenter vv. ordinem qui in lapidibus fuit. Quamquam ex his quoque aliquot inter suspectas reiicere coactus sum simillimas Redianis falsis. — *Pocockius* in inscriptionibus antiquis (1752) p. 70. 71 dedit epigrammata Beneventana viginti octo, litteras rimatus, non verba; quo factum est ut haec exempla descripta ab eo qui quae scriberet ne cuperet quidem intelligere, eius rationis et commoda et incommoda traxerint. Versus accurate ad lapides divisit. — Ventum est ad *Ioannis de Vitae*, canonici Beneventani, *thesaurum antiquitatum Beneventanarum* (Romae 1754. 2 voll. fol.), qui in fine t. I sistit *antiquas inscr. Beneventanas in X classes distributas ac notis illustratas cum octo indicibus.* De Vita, auctor neque doctrina neque iudicio destitutus, si fidem quoque similem adhibuisset, egregium librum edidisset; in eo quem habemus non semel vituperanda fuit et licentia et negligentia. Diligenter usus est collectionibus, Grutero Fabretto Muratorio cet.; habuit praeterea schedas ms. egregias Verusii et Viglioni, de quibus in praef. *"Populares nostri*, inquit, *Marinus Verusius et Io. Viglionus ante terrae motum an. 1688, quo urbs paene tota solo aequata fuit, plurimos litteratos lapides in suas schedas retulere."* Quibus exemplis non contentum se ipsa archetypa consuluisse l. c. asseverat. Sed optimis fontibus non optime utitur. Eandem inscriptionem ex iisdem schedis petitam diversis locis summa cum diversitate profert, cuius rei exemplum v. in titulo Fl. Cornelii Marcellini n. 1425; in titulo Classetii n. 1421 Marinius eum graviter arguit interpolationis, non fraudulentae quidem, sed eius, quam olim sibi licere putabant philologi, similesque interpolationes a me demonstratae sunt in titulis Vediani Fructi Augustalis (v. fals.), Cn. Marcii Rustii Rufini n. 1460, C. Petuellii n. 1710, Amarfiae Secundinae n. 1548, Aeliae Proculae n. 1532, in quo ut saepe alias lacunas celavit. Ubi eandem inscriptionem et in schedis et in libris editis invenit, ex utraque lectione suam negligenter composuit, saepe typum editum retinuit adiecta tantum ex schedis loci ubi extaret inscriptio indicatione accuratiore (v. titulum Fufii Iustin. n. 1618). Versuum ordinem cum retinere vellet saepe neglexit, saepe ex coniectura textum corrupit, saepissime fracturam male indicavit; plerumque ubi de lectione constat vel ex certis argumentis vel quod lapides vidi, exempla de Vitae mendosiora reperi exemplis Verderianis, Gualterianis et Ambrosianis. Quare ubi potui ad haec redii; sed tamen cum plurimi tituli ex uno de Vita innotuerint cumque saepe unus verum dederit sive ex coniectura sive ex accuratiori apographo, auctoritas eius minime negligenda fuit. Fraudis indicia in hoc auctore nulla deprehendi. — *Pratillius* praeter epigrammata quae finxit quaedam protulit tum inedita e codice Viglioni, postea edita a de Vita ex eodem codice, ut facile separes. V. tit. Herculis Servatoris n. 1389, Valentis et Gratiani n. 1415, porticus Beneventanae n. 1438. de Vita perspecta mala fide eius (v. p. 9. 180) ab eius commentis cavit. Post de Vitam Beneventi non multae inscriptiones e terra exierunt; suppeditaverunt aliquas *Stephani Borgiae* historia Beneventana, *Amadutii* anecdota, *Marinii* Arvales, libri *Garruccii.* Ipse denique Beneventum adii descripsique lapides qui extant; sed cum praeter eos qui in archiepiscopium reparati sunt non ita multos, reliquos fere pessumdederit tectoriove obduxerit singularis Beneventanorum incuria, minus quam speraram ibi profeci. Inter oppida quae adii vix ullum novi ubi maiorum hereditas sit amplior, heredum socordia turpior. Vide *Bull. dell' Inst.* 1847 p. 23 et Chaupyum *maison d'Horace* III, 487, qui non minus graviter accusavit Beneventanorum negligentiam.

Ager Beneventanus sub imperatoribus quam late patuerit oppidis vicinis aliis in pagorum Beneventanorum formam redactis, quod factum est in Equo tutico; aliis territorio ita exutis, ut oppidum solum ius antiquum retineret, quod Caudio accidit; aliis parte agri privatis, quod Ligurum respublica passa est, demonstravi *Bull. dell' Inst.* 1847 p. 167—172. Quare cum Beneventanis contribui 1) lapides vicorum a fl. Calore septentrionem versus sitorum *Pesco Pago* (qui fuit aetate Romana *pagus Veianus*) *Terraloggia Pietralcina*, qui innotuerunt una cum lapidibus Ligurum (v. p. 69) per *Guarinium* et *Garruccium*, maxime vero per equitem *de Agostini.* — 2) lapides vicorum oppidorumve a fl. Calore orientem versus *Paduli Ariano* (quod cum situm esset in confiniis agri Aeclanensis et Beneventani n. 1133 decurionis Aeclanensis titulum ad Aeclanum reieci) *Montecalvo Buonalbergo Montemale Casalbore Tavernola Taverna di Monte Chiodo feudi S. Eleutherii* (ubi olim fuit *Equus tuticus*). In his partibus praecipue sequendus fuit *Thomas Vitale* (*storia della regia città di Ariano* Romae 1794. 4.) a quo accepit *Lupoli* quae anno ante Arianensia edidit (iter Venus. 1793 p. 145 sq.). — 3) lapides vicorum a fl. Calore meridiem versus *Pastine S. Maria a Torsi Pietra de' Fusi Venticane Montefuscolo Montemiletto Tor delle Nocelle,* quo in agro Guarinius non recte Ligures Cornelianos collocavit. Venticanini haud pauci extant apud *Manutium*, alii e schedis Mazae apud *Muratorium*, alii apud *Giustinianum* (*diz. geograf.*). Reliquos sublegi ex variis libris *Borgiae Torciae Guarinii Garruccii.* — 4) Ex lapidibus a fl. Calore occidentem versus repertis huc non retuli nisi agri *Vitulani* paucissimos, quos reperi inter Kellermanniana ex schedis *Friderici Cassittii.* Deinceps sequitur vallis Caudina, cuius titulos etsi magna ex parte ad cives Beneventanos spectare existimo, tamen separatim referre potius visum est.

1375 Beneventi prope aedes olim de Vipera nunc Cardone.

LIMEN· AD· HOC· POPVLI· PERSOLVITE· VOTA· TONANTI

de Vita p. 53 et I, 1 (inde Donat. 3, 1). — Loco movere nolui inscriptiones singulares Iovis et Iunonis cum hanc tum n. 1376. 1381. 1384 quas protulit de Vita, cum praeterea suspectas nullas apud eum invenerim.

1376 Beneventi in basi prope Ulpios.

IOVI· TVTATORI· MAR....
....
....

de Vita p. 53 et I, 3 (ex eo Donat. 2, 10).

1377 in feudo S. Eleutherii rep. 1782 (1784 Guatt.).

I· O· M
C· ENNIVS· C· F· FIRMVS
PERMISSV· DECVRION· C· B
BENEVENTO· AEDILIS
5 II· VIR· I· D· QVAESTOR
CVRATOR· OPERIS· THERMARVM
DATVS· AB
IMP· CAESARE· HADRIANO· AVG

Guattani notizie 1787 p. 23. Lupoli iter Venusin. p. 150 a Vitali. Vitale p. 6. — 4 C· B· || BENEVENTO... AEDILIS Vitale; *Col·* || BENEVENT*anae* AEDILIS Lup. ex interpol.; Guatt. ut dedimus, sed AEDILL. — 5 IDI QVAESTOR Guatt. — 8 IMPERATORE Lup. — ADRIANO Guatt.

1378 in territorio Casalboris in confiniis cum Bonalbergo in loco dicto *le Meurelle della Pantana* rep. 1792.

I· O· M
SATVRNINVS
AVG· N· VERNA
DISP
V· S· L· M

Vitale p. 10.

1379 Pagi in angulo aedium Bianchi in foro.

IOV· OPT· MAX
L· TREBONIVS
PRIMVS
AEDEM CVM POR
ticu..............

Ed. Guarini camp. Taur. p. 42 ita: IOVI· OPTIM· MAX || L· TREBONIVS· PRIM || AEDEM· HANC· CVM· POR || ..... || F· C. Sequor exemplum a Garruccio mon. Lig. p. 22 editum eq. de Agostini, cuius diligentiam expertus sum.

1380 Pietralcinae.

I·O·M
C· VMBRI
VS· EVPHI
LETVS
V·L·S

Guarini Camp. Taur. p. 42. Garrucci Bull. Nap. a. V p. 84 qui 3 EVPH.

1381 Beneventi in porticu prope DD. Rotondi.

IVNONEI· QVIRITEI· SACRA
C· FALCIDIVS· L· F· CONSOL
DEDICAVIT

de Vita p. 67 et cl. I n. 8 (ex eo Donat. 12, 2) ex Verusii schedis, cuius testimonium recusare nolo; si est genuina, CONSOL ad alia omnia potius quam ad consulem C. Falcidium qui nullus fuit referendum est. — 1 IVNONI de Vita p. 67.

1382 Beneventi.

IVNONI· REGINAE.......
....

de Vita p. 67; in sylloge inscr. deest (ex eo Donat. 12, 3).

1383 in pago S. Nicolai prope Beneventum.

SACERDOTI
IVNONI· REG 'sic' de Vita p. 67
LICINIAE
LICINIANAE
5 LICINIANI· TRIB
FILIAE
*lici*NIA *att*IANE
MATER

de Vita p. 67 et cl. I n. 5 qui descripsit (ex eo Donat. 76, 4). — 7 Ex sororis huius Liciniae Attianae Liciniani trib. filiae titulo inedito qui legetur inter Campanas correxi ATTIANE pro MEIANE (cl. I) vel MEIANAE (p. 67) de Vitae.

1384 prope Beneventum in pago S. Nicolai.

IVNONI
VERIDICAE
....
....

de Vita p. 67 et cl. I n. 7, qui descripsit (ex eo Donat. 12, 4).

1385 Beneventi, basis ante tres annos refossa ad portam Rufinam prope DD. Mustos, ibidemque extat. *de Vita.*

DEAE· VENERI
*g*ENETRIC*i*
SACRVM

de Vita p. 66 et I, 21 qui descripsit (inde Donat. 33, 6). — 2 C· ENETRI· C· L de Vita; correxit Orelli n. 1376.

1386 Pagi ara in massa Constantii Antonino.

LIBERO

Descripsit eq. de Agostino. Edidit Garrucci Bull. Nap. a. V p. 72.

1387 Beneventi in aedibus DD. Pedicini.

GENIO
LOCI· ET
NVMINI
CERERIS
5 CONCOR
DIVS· CO*l*
HORR

de Vita p. 104 et I, 22 (ex eo Donat. 43, 3) qui 4 CAERERIS cl. I, 6 utroque loco COZ. Emendavi COL, nam facile L pro Z accipitur. *Concordiam coloniae libertam Ianuariam* habemus in n. 1399.

1388 Beneventi in basi quadrata *Smet.*

L· TARQVINIVS
sus
IANVARIVS
IN· SVO· FVNDO
HERCVLI· V· S

Smet. 24, 12 auctore non indicato (non a Wastelio ut ait Grut.). Cod. Waelscapple f. 70 qui delineavit. Grut. 44, 11 e Smetio. de Vita p. 71 et I, 14 non e Grutero aeri incisam ded. (e de Vita Donat. 34, 6). Pro sue de Vita post 2 ovem ponit.

1389 ad pontem Caloris in ruinis aedificii epistylium ter fractum *Pratilli;* prope ripam Caloris, sed lapis in frusta et rudera paene abiit. *de Vita.*

HERCVLI· SERVATORI· SACRVM· PRO· SALVT· IMP
M·AVREL·COMMODI·PII·AVG·COLON·BENEVENTAN

Pratilli p. 451. de Vita p. 79 et I, 15 e schedis Viglioni. — 1 SAC· Prat. — SAL· de Vita p. 79. — IMP de Vita I, 15 reiicit ad 2. — Hanc non ex Pratillio de Vita, sed ex codice lapidum Beneventanorum Pratillius videtur petivisse.

1390 rep. ad *S. M. de voto* prope Pastinam circa a. 1749.

HERCVLI
SAC
Q· FVFICIVS
MODESTVS
EX VIS

Stef. Borgia mem. istor. di Benevento Rom. 1764 T. II p. 239.

1391 Pietra de' Fusi.

HERCVLI
VOTVM· SOLVIT
C· ENNIVS· PRIMVS

Guarini ric. Ecl. p. 153.

1392 Beneventi.

SILVANO
SIGNVM· CVM
BAS*i*.. M· COS*in*IVS
*p*RIMITIVVS· VOT· LIB
SOL

de Vita I, 19 e sched. Viglioni, qui 3. 4 BASTHEMCOSHIVS || RIMITIVVS. Retinui emendationem de Vitae.

1393 Beneventi sub arcu pontis Caloris *Don. Gud.*

SILVANO· STAIANO
PLAVTIA· FELICITAS
PRO· FILIO· CRESCENTINO
VOTVM· LIBENS· SOLVIT

E cod. Redii p. 121 b. 2 Gud. ms. 945, 5, ed. 42, 10; ex simili ms. ant. Don. app. p. 555 n. 11 (ex hoc de Vita I, 17); ex Donio et schedis Iulii Guastavini Mur. 71, 1. Cur Orellio 1605 suspecta fuerit, non intelligo. — Versuum divisio incerta. — 2 ILAVTIA Gud., LAVTIA Mur.

1394 Extat in S. Mariae a Torsi in agro Beneventano; reperta est in agro dicto S. Maria a Voto $\overline{\text{vi}}$ p. a Campalattaro, a Benevento inter orientem et meridiem versus, ad orientem a S. Angelo a Cupolo, ubi alia rudera antiqua dicuntur extare. Collis ubi inventa est adhuc obsitus est densis silvis.

SILVANO
CÆSERIANENSI
TROPHIMVS
ACT
EX VOTO

Ed. Guarini camp. Tauras. 1820 p. 27; accuratius Garrucci ant. de' Lig. Beb. p. 36, qui aeri incisam dedit tab. II locumque diligentius indicavit in mon. Lig. Baeb. p. 18. — 2 CAESARIANENSI Guar. — 4 ACT... Guar.

1395 Covante nuper rep. *de Vita;* exstat in angulo aediculae S. Fortunati. *Guar.*

PRO· SALVTE
ET· REDITV
L· TVRSELI· *m*AX
IMI· L· TVRSEL
5 IVS· RESTV*t*VS· L
SILVANO· CA
SANICO· VOT
LIB· SOLVIT

de Vita I, 18 (inde Donat. 40, 10). Guarini Camp. Taur. p. 26, qui typum exhibuit de Vitae. — 3 TVRSELIAIAX de Vita. — 5 RESTVIVS id.

1396 in agro Vitulano in pago Cautano a Benevento occidentem versus.

in altero utro latere
DEDICAT· III· IDV
IAN· IMP· GALLO p. Chr. 252

......IIVANO
........IICENS....
.....O· PRAES....N

in altero latere inscr. oblitterata.

Guarini varii mon. 1835 p. 10.

1397 in pago S. Angeli prope Beneventum.

PIETATI
SACRVM

de Vita I, 23 (ex eo Donat. 55, 7).

1398 Beneventi ad S. Annuntiatae.

ATTINI· SACRVM
ET· MINERVAE· PARACENTIAE
L· SONTIVS· PANCIVS· IVSTI
NVS· EQ· ROMANVS· PRINCI
5 PALIS· DVVMVIR· ET· MVNERA
RIVS· NATALIS· COLONIAE· OM
NIBVS· HONORIBVS· PERFVNCT
ET· SACERDOS· MATRI· DEVM· M· I
IN· PRIMORDIO· SVO· TAVROBO
10 LIVM· A· SE· FACTVM· TRADEN
TE· SIMVL· COSINIA· CELSINA
CONSACERDOTE· SVA
PRAEVNTE· FLAVIO· LIBE
RALI· HAR· PVBL· PRIMARIO

de Vita p. 31. 87 et cl. I n. 10 (inde Donat. 20, 7). — 1. 2 ATTINI· SACR· ET· MINER || VAE· PARACENTIAE || deV. p. 31. 87. — 5 ante DVVMVIR insert ET p. 87.

1399 Benev. in antiquis aedibus PP. Carmelitarum.

ATTINI· SACRVM
ET· MINERVAE· BERECINT
CONCORDIA· COL· LIB· IANVARI*a*
C*y*MBAL· *l*OCO· SECVNDO· OB
CRIOBOLIVM· FACTVM· M· D
M· I· TRADENTIB· SEPTIMIO
PRIMITIVO· AVGVRE· ET· SAC
SERVILIA· VARIA· ET· TERENTIA
FLAVIANA· SACERD· XVVIR
PRAEVNTE· MAMIO· SECVNDO
HAEC· IVSSV· MATRIS· DEVM
IN· ARA· TAVROBOLICA· DVO
DENA· CVM· VITVLA· CREM
SVB· DIE· V· IDVS· APRILIS
MODESTO· II· ET· PROBO· COS p. Chr. 228

Dom. Georgius in notis ad Baron. ann. ed Lucens. T. II p. 482, ex eo Mur. 1980, 7. de Vita p. 87 et I, 9 (Donat. 179, 2) e sched. Verusii. Exemplum idem est. — 3 pro COLLIB· IANVARI scripsi COL*oniae* LIB*erta* IANVARIA. — 4 CIMBALIOCO Georg. et de Vita utroque loco in textu (in notis err. typ. CIMBALIACO). CIMBOLIACO Mur. err. typ. CYMBAL*istria* LOCO· SECVNDO emendavit Giovenazzi Aveja p. XXIII. — 5 CRIBOLIVM Georg. — 6 M· I ad 5 reiicit Georg. — TRADENTIBVS Georg. — 10 PRAEEVNTE· MONIO Georg.

1400 Beneventi in aede cathedrali, in ara.

ATTINI· SAC
ET· MINERVAE
PARACENTIAE
TREBVLANA· IVS
TINA· FVMANIS
TA*ur*OBOL
TR*aditu*M· A· SER
VI*lia va*RIA· SA*c*
prima XI· K· AVG

A Stephanonio Don. 1, 26 (inde Mur. 93, 1); ab eodem etsi nomine tacito Gud. ms. 768, 1, ed. 22, 4; ex utroque repetivit suppletam de Vita I, 12 (ex hoc Donat. 20, 6). — 5 FVMANIS Don., PYMANIS Gud.; num CYMBALISTRIA? — 6 dedi e Don., Gud.: CRIOB....IBOL (non IOBL). — 7 TR om Gud. — 8 VIII Don. Gud. pro VILI. — SAR pro SAC Don. Gud.

1401 Beneventi in atrio DD. Rosciorum.

ATTINI· SACRVM
ET· MINERVAE
PARACENTIAE
TERENTIA· FLAVIANA
SACERDOS· SECVNDO· LOCO· XV
VIR· OB· TAVROBOL· TRA
DITVM· A· SERVILIA
VARIA· SAC· PRIMA

de Vita p. 87 et cl. I n. 11 (inde Donat. 20, 5). — 6 TAVROB· p. 87. — 8 VAR· SAC· de Vita cl. I n. 11.

1402 Beneventi.

M· S S.
tripus
lau-ri ra-mus
lituus
patera

de Vita I, 26 e schedis Verusii aeri incisam dedit; explicat *Mithrae Soli sacrum.*

1403 in via quae Ariano Montem Calvum ducit, in aedicula S. Viti semidiruta. — Hanc inscr. male Lupoli ad lacum Amsancti retulit; pertinet ad mefitim prope Arianum, de qua loquitur Giustiniani dizionario geogr. I, 269.

PACCIA· Q· F
QVINTILLA
*me*FITI· VOT
SOLV

Lupoli p. 145. Vitale p. 20. — 4 Lup. ...OLV..., Vit. ...S.OLV.

1404 Ariani in foro, basis.

GENIO
COLONIAE
BENEVENTAN
SEPPIA· C· L· FIDELIS
SVA· PECVNIA· FECIT
LOCO· D· D· D

Descripsi. Ed. varie corruptam Bellabona Avellino (1656) p. 20. Fabretti 646, 391 e sched Barb. Gud 66, 6 (ms. 404, 4). de Vita p. 99 et cl. I, 25 (Donat. 345, 9). Fortis *archaeologia publ. by the society of antiquaries of London* vol. III (1786) p. 340. Vitale p. 18.

1405 Beneventi in moenibus civitatis.

....
....
...............CORNE
*li*VS PRISCV*s*
VOT· SOL

de Vita I, 24.

1406 Beneventi in aedibus Altavillani *Grut.* ad S. Dominicum in limine ianuae maioris *cod. Red. Pacich. de Vita.*

P· VEIDIVS· P· F· POLLIO
CAESAREVM· IMP· CAESARI· AVGVSTO
ET· COLONIAI· BENEVENTANAI

Manut. orth. 610, 7 (unde citat Lips. ad Tac. Ann. III, 64). Grut. 227, 3 e Verdero. Cod. Redii p. 117 b. 3 apud Gud. ms. 1099. Pacichelli memorie de' viaggi T. IV parte 2 p. 194. de Vita p. 8. 264. cl. I n. 29, ubi aeri incisam dedit; ex eo sumpsit Marini Arv. p. 384. Verba duo extrema inde citat diphthongi AI causa Pontan. de aspir. L. 1 (ed. 1538 p. 19) et ex eo Grut. 174, 6; verba sex ultima Panvinius resp. Rom. ed. 1558 p. 718. Sequor Verderi codicem (nisi quod hic ex voc· AVGVSTO facit v. 3), quem saepe certissimum ducem expertus sum; praesertim cum notante Gudio codex Redii plane conveniat cum Verdero, et conveniant praeterea accurate quae ex lapide tum inedito citaverunt Pontanus et Panvinius. Contra Manutius Pacichellius de Vita sic dederunt:

Manut.	Pacichelli	de Vita cl. I n. 29 et p. 264	de Vita p. 8
P· VEIDIVS· P· F· POLLIO	P· VEIDIVS· P· F· POLLIO	P· VEIDIVS· P· F· POLLIO	P. VEIDIVS. P· F· POLLIO
CAESAREM· IMP· CAESARI· AVG	COESAR· COESARI· AVGVSTO	CAESAREVM· CAESARI· AVGVSTO	CAESAREVM...CAESARI· AVG
ET· COLONIAI· BENEVENTANAI	ET· COLONIAE· BENEVENTANAE	ET COLONIAI BENEVENTANAE	ET· COLONIAI· BENEVENTANAI

Vides Manutium non multum peccasse nisi quod operae CAESAREM dederunt pro CAESAREVM, quod in textum Gruteri ed. 2 per Lipsium se insinuavit. Pacich. dedit COESAR, sed eum voluisse dare CAESAREVM ex interpretatione adiecta liquet. — Borghesius litteris mihi significavit pertinere sibi videri ad helluonem famosissimum.

1407 Beneventi, *vicolo del Carmine,* litteris optimis et cubitalibus.

S T V S
S· TI· F· AV*g· n·*
C

Descripsi.

1408 Titulus arcus Beneventani.

IMP· CAESARI· DIVI· NERVAE· FILIO
NERVAE· TRAIANO· OPTIMO· AVG
GERMANICO· DACICO· PONTIF· MAX· TRIB
POTEST· XVIII· IMP· VII· COS· VI· P· P p. Chr. 115
FORTISSIMO· PRINCIPI· SENATVS· P· Q· R

Descripsit Schulze; ego vidi, non descripsi. Kiriacus Anc. apud Mich. Reg. p. 96. Apian. 103, 3. Panvin. fast. ad a. 867. Smet. 11, 4 ab amicis. Codex Waelscapple fol. 49. Grut. 247, 5 ex Apiano, Smetio, Verdero. Cod. Redii p. 117 a 2 apud Gud. ms. 1099. Mur. 231, 2 e schedis Ambros. de Vita cl. IV n. 1 (Donat. 213, 8). Libros de hoc arcu scripserunt Ioannes de Nicastro archidiaconus Beneventanus (quem citat Pratilli p. 449, ego non novi) et Io. Camill. Rossi (l'arco Traiano di Benevento voll. III. 4°. Neap. 1816; est historia Traiani potius quam arcus). — Apiani et Panvinii v. l. plerumque omisi. — 3 DACICO om. Panv. Smet. — PONT· Kir. Ap. de Vita. — TRIBVNIC Panv. Smet. 4 XVIIII unus Smet. et ex eo Grut., male. — COS. VII Smet. Grut. — 5 SENATVS W. Mur. Schulze; reliqui S.

1409 prope Apelosam, qui est vicus III p. a Benevento, Beneventum versus *Cyr.* apud Beneventum in via Appia *Grut.*

IMP· CAESAR· L· SEPTIMIVS· SEVERVS· PIVS· PER
TINAX· PONTIF· MAXIMVS· TRIB· POT· VI· IMP p. Chr. 198
XI· COS· II· P· P· PROCOS· ET
IMP· CAESAR· M· AVRELIVS· ANTONINVS· AVG
IMP· SEVERI· AVG· F· TRIB· POT· PROCOS
PONTEM· VETVSTATE· DILAPSVM· A· SOLO· SVA
PECVNIA· RESTITVERVNT

Kiriacus Ancon. apud Mich. Reg. p. 96. Mur. 456, 6 e sched. Kiriaci Stoschianis. Grut. 1020, 2 e schedis Wouwerii; e Grutero de Vita cl. V n. 5. — Vv. divisio incerta. — 1 CAES· Mur. — 2 PONT· Grut. — MAX· TRIBVS· POTEST Kir. meus. — IMP· XI usque ad ET om. Grut. — 3 COS· V· Kir. meus. — 4 CAES· Grut. — AVREL· Kir. meus. — 5 FIL· Grut. — POTEST Mur. — Alterum titulum item prope Apelosam collocatum ibidem profert Mur. 457, 1 (ex eo de Vita V, 6) ex iisdem schedis Stoschianis sic conceptum: IMP· CAES L SEPTIMIVS· SEVERVS· PIVS· PERTINAX· AVG || ARABICVS· PARTHICVS· MAXIMVS· PONTIF || PATER· PATRIAE || TRIB· POTEST· XI· IMP· XI· COS· III· PROCOS· ET || IMP· CAES· M· AVRELIVS· L· FIL· ANTONINVS· PIVS· FELIX || AVG· TRIB· POTEST· VI· IMP· VI· PROCOS || INCENDIO· CONSVMPTVM· RESTITVERVNT, in quo cum alia offendunt tum IMP· VI Caracallae a 203 attributus. Recte opinor hunc titulum Muratorius extitisse unquam negavit, videturque exempli causa a Kiriaco adlatus ad Beneventanum illustrandum (unde etiam apud Regiensem deest), formatus ad exemplum notissimorum Romanorum Grut. 1, 1. 172, 5. 265, 1 huius anni omnium; quanquam nullus ex iis plane convenit cum Kiriacano.

1410 Beneventi 'sub arcu pontis Caloris adhuc extat incolumis' de Vita.

BONO· EVENTO
PROFECTIONIS· ORIENTALIS· ET
REDITVS· AVGVSTORVM· L· SEPTIMI
ET· M· AVR· ANTONINI· COL· IVLIA
AVG· CONCORDIA· FELIX· BENEVEN
TVM· DEVOTA· MAIESTATI· AVGG

de Vita p. 27. 187. cl. IV n. 3 (Donat. 347, 8). In exemplo p. 27 legitur 1 BONEVENTO, 4 AVRELII. Cf. Eckhelium D. N. VII p. 178 de nummis signatis PROFECT· AVGG· FEL, quos attribuit anno 199, quo in Parthiam profectus est Severus.

1411 'effossa ante sedecim annos Arpajae ad ipsum ingressum oppidi paulo sub eccl. S. Augustini in via publica' ita Gud. et ita fere Pellegrinus, qui addit paulo post iterum absconditam esse. Quare fieri potuit ut iterum reperiretur a. 1670, quod de Vita p. 53 in schedis suis notatum invenit.

IVLIAE· AVG
IMP· CAESARIS
SEPTIMI· SEVERI· PII
PERTINAC· AVG· ARAB
ADIAB· PART· MAX
MATRI· AVGVSTI....
ET· CASTRORVM
COLONIA· IVLIA
CONCORDIA· AVG
FELIX· BENEVENTVM
DEVOTA· MAIESTATI
AVGG..IN· TERRITORIO
SVO· QVOD. CINGIT
ETIAM· CAVDINORVM
CIVITATEM· MVRO· TENVS

Citat inscriptionem quasi ipse viderit Lucas Holstenius in not. ad Cluver. p. 224. 266. 267; ab eodem Holstenio videntur proficisci exempla Pellegrini Fabretti Gudii quae ne una quidem littera differunt. Vide praefationem. Ed. Pellegrinus (1651) Camp. fel. p. 745 (inde Gud. ms. 791, 1), qui ex his partibus alium titulum nullum affert neque eas videtur peragrasse; Fabrett. 105, 248 ex schedis Barberinis, in quibus sunt multae Holstenianae; Gud. ms. 219, 1, ed. 93, 4. — Ex schedis suis (ita ait p. 54) dedit de Vita p. 13 et cl. IV n. 2 (inde Donat. 347, 7), qui versus aliter distinguit et solus cl. IV n. 2 (non p. 13) lacunas indicat 6. 12, ubi scil. olim fuit ET· CAES· utroque loco ante lituras factas post Getae mortem. Praeterea 3 SEPTIMII de Vita p. 13 (non cl. IV n. 2), 4 PERTINACIS de Vita.

1412 Beneventi *Grut.* in aedibus olim Antonii Cardone *de Vita.*

MAGNO· ET· INVICTO
GALLIENO
AVG· XI· COS· VI
DESIGNATO· VII p. Chr. 265
PACIS· *Restitutori*
. . . .

Panvin. fast. ad a. 1018; ex hoc et schedis Verderi Grut. 274, 6; de Vita p. 196 et cl. IV n. 4 (Donat. 182, 1) addens dare se auctiorem aliquot litteris ex autographo summa fide diligentiaque descriptis. de Vitam sequor; Grut. MAGNO· ET ‖ INVICTO ‖ GALLIENO· AVG· XI ‖ COS· VI ‖ DESIGNATO· VII ‖ PAG et ita Panv., sed omissis XI et PAG. — Gallienus post victorias Augusti titulum videtur iterasse pro imperatorii iteratione consueta; vide nummos eius inscriptos VICTORIA· AVG· III—VIIII (Eckhel VII, 415 cf. p. 402).

1413 Beneventi sub quodam arcu.

DIVO· VALERIANO· PARENTI· REIP
PIO· FELICI· VICTORI
SEMPER· AVG
NAERATIVS· SCOPI· V· C
CONS· CAMP
NVMINI· EIVS· MAIESTATIQ· DEVOT

Cod. Redii p. 121 a 6 (inde Gud. ms. 946, 1, ed. 95, 3), e Gudio de Vita cl. IV n. 9 (Donat. 147, 3). — 1 VALERIO Gud. ed. contra ms.; de Vita p. 148 correxit VALENTI, cl. IV n. 9 VALERIANO. — Pertinet ad Saloninum, v. Eckhel VII, 422.

1414 Beneventi in aedibus Iacobi Gioja.

FL· CLAVDIO
IVLIANO· NOB
AC· BEATISSIMO
CAESARI
CVRANTE· TOCIO
MAXIMO· V· C· CVR
REIP· BENEVENTI

de Vita p. 139 et 200 et cl. IV n. 6 (Donat. 333, 5). — de Vita p. 139 in fine CVR· REI ‖ BENEVENTI (om. P).

1415 Beneventi loco antiquo sub ponte Leproso in ingenti marmore.

ALENTIS· ET· GRATIANI· AVGVSTOR

Descripsi. Ambrosch dedit Kellermanno. Ed. Pococke n. 27, de Vita cl. IV n 8, indicavit Pratilli p. 448.

1416 Beneventi in amphitheatro, duo fragmenta.

PVLVS
DEDICATIO

S· C
VGGG· N

Descripsi. Ed. de Vita p. 285.

1417 Beneventi in basi magna.

//////////////////NN· INVICTI///
//////////////////SIFIL· O//..CO
//////////////////AVINIANO
///.///////////AEMILIVS RVFINVS
////////////CT COM PRIMI ORD
//////SCAN///STATVAM
//////.SENTIN//IN ABDITIS LO
CIS REPPERTAM *Ad* ORNATvm
PVBLICVM *Loco* cELEBER
RIMO CONSTITVENDAM
CVRABIT INSISTENTE VL
FIRMO

in latere:

FERESI
III///A/////MANEASD//ISEMPER

Descripsi ut potui inscriptionem admodum evanidam, melius certe quam Verusius e cuius schedis dedit de Vita cl. IV n. 10 et p. 280 omissa inscr. laterali (Donat. 223, 1). Quid lateat in 2. 3, nescio; 5 vid. leg. *praefe*CT vel *corre*CT, 6 *cons*· CA*mp*, 7 fortasse *de dec.* SEN-TeN*tia*; in inscr. laterali fortasse FERESI *In grAtia* MANEAS D*e*I SEMPER.

1418 Beneventi rep. in Capitolio.

ANICI· BASSI

ANICIO· AVCHENIO· BASSO· V· C
PROCONSVLI· CAMPANIAE
VICE· SACRA· IVDICANTI . . . . .
. . . .
. . . . RESTITV
TORI· PATRIAE· IAM· INDE
AB· ORIGINE· PATRONO· QVI
OMNIBVS· IN· COMMVNI
EST· DECORI· BENEVENT· PLEBS

de Vita cl. IV n. 27 (Donat. 334, 5). Cf. Orell. 105.

1419 Beneventi rep. in fundamentis ecclesiae P. P. scholarum piarum.

ANICI· BASSI

ANICIO· AVCHENIO· BASSO· V· C
PROCONS· CAMP· S· V· IVD*icanti*
PRAESTANTISSIMO· VIRO . . . . . .
. . . . . . NOMINI· *ei*VS· S*ingu*LARI
EXIMIVM· MVNVS· ET· PECVLIA
RE· PRAETER· ALTEROS· HONO
RES· INSIGNE· REGIO· EXQVILI
NA· RECTE· FACTORVM· OMNI
VM· MEMOR· LOCAVIT

de Vita cl. IV. n. 28 (inde Pratilli cons. p. 86) qui 3 SVP· IVD . . .; correxi ex titulo socio. de Vita cogitavit de *sacra Vice Publica.*

1420 Beneventi olim in aedibus Cardone, nunc in domo archiepiscopi. — Male Mur. Romae ponit.

M· CAECILIO
NOVATILLIANO
C· V· ORATORI· ET· PO
ETAE· INLVSTRI· AL
LECTO· INTER· CON
SVLARES· PRAESIDI
PROV· MOES· SVP· IVRID· HIS
PAN· CIT· IVRIDIC· APVL· ET· CA
LABR· PRAET· TRIB· PLEB
Q· PROV· AFRIC
SPLENDIDISS· ORDo
BENEVENTANORVM
PRIVATIM· ET· PVBLIC
PATROCINIO· EIVS
SAEPE· DEFENSI· P· D· D

Descripsi. Ed. Gualter. tab. Sic. n. 464 (ex eo Spon. p. 124); Toppi bibl. Nap. p. 200; Pacichelli memorie de' viaggi 1685. T. IV, 2 p. 187 non male; Mur. 1033, 2 a Como; de Vita p. 149 et cl. IV n. 21 (Donat. 335, 1) imperfecte (om. IVRID· HISPAN· CIT); Voyage pittoresque de Naples III p. 9; Garrucci antichità de' Liguri p. 50.

1421 Beneventi prope aedes de Nicastro.

. . . . . . .F· CLASSETIVS . . . . .
. . . .C· V· NATVS· IIII IDVS *mart*
p. Chr. 147 ANNIO· LARGO· PRASTIN*a me*
SSALLINO· COS· VITA· FVNCT*us v*
p. Chr. 208 IDVS· APRIL· IMP· ANTONIN*o aug*
III *et geta nobiliss· caes· ii*
COS· ANN· LXI· DIES· XXVIII
MORTVVS· VIXIT· EX· MENS*e oct*
p. Chr. 202 IMPP· SEPTIMIO· SEVERO· *iii et m*
ANTONINO· COS· ANNIS· *v· men*
SIBVS· VI· ADLECTVS *est inter*
PRAETORIOS· A· DIV*o commodo*

Ed. Georgius in notis ad. Baron. ed. Luc. T. II p. 181. 428, inde Mur. 1997, 1. de Vita p. 229 et cl. VII n. 5 (Donat. 167, 2) aliunde. Marini Arv. p. 144 dedit e ms. Gualteri et egregie restituit, ut vides; in qua restitutione non mutavi nisi 3 PRASTIN*a* pro PRASTIN*io* et 7 ANN*orum* cum Georgio, ubi Mar. ANNI (*sunt*) cum Gualt. En textus diversi:

Georgius:

. . . . .F· CLASSETIVS
. .C· V· NATVS· IIII· IDVS
. .ANNIO· LARGO· PROSTII
. .MESSALINO· COS VITA· FVNC
. .IDVS· APRIL· IMP. ANTON
III·
. .COS· ANN· LXI· DIES· XXVIII·
MORTVVS· VIXIT· EX· MENS
. .IMP· SEPTIMIO· SEVERO
. .ANTONINO· COS· ANNIS
. . .SIBVS· VI· ADLECTVS
. .PRAETORIOS· ADIV . . .
. . . .

p. 181 3. 4 sic citantur: . . .ANNIO· LARGO . . . . ‖ . . . .SSALINO· COS

Gualter.:

. . . .
. . .CVNATVS· FIL· DIBV . . . . .
ANNIO· L· ARGO· PRASTI . . .
SSALLINO· COS· VITA· FVNCT . .
IDVS· APRIL· IMP· ANTONIN . .
III . . . .
COS· ANNI· LXI MES XXVIII
MORTVVS· VIXIT· EX MENS . .
IMPP· SEPTIMIO· SEVERO
ANTONINO· COS· ANNIS . . .MEN
SIBVS· VI· ADLECTVS . . . .
PRAETORIOS· ADIV . . . .

de Vita, interpol.:

. . . . .F· CLASSETIVS
. . . . .RATVS
. .C· V· NATVS· IIII IDVS . . .
VALERIO· LARGO· ET· MES
SALLINO· COS· VITA· FVNC
IDVS· APRIL· IMP· ANTONI
NO· III· COS
VIXIT· ANNIS· LXI· MEN
SIBVS· VI· D· XXIII
IMP· SEPTIMIO· SEVERO
COS· ADLECTVS *inter*
PRAETORIOS A *divo com*
modo . . . .

6 IDIB cl. VII.

1422 basis Beneventi in aedibus Alfonsi Maiorani *Grut.* 390 ante summum templum *Smet.* prope aedes olim Caroli Tancredi *de Vita.*

CLAVDIO· IVLIO
PACATO· V· C· CONS· CAMP
OB· AEQVITATEM· IVDICIS
ET· PATROCINIA· IAM· PRIVATI
ORDO· BENEVENTANVS
PATRONO· POST· FASCES· DEPOSITOS
CENSVIT· COLLOCANDAM

E Cyriaco Mich. Reg. p. 96 et Mur. 1032, 6. Apian. 101, 3. Smet. 80, 3 a Metello et Pighio (inde Grut. 424, 1). Codex Waelscapple f. 119. Grut. 390, 1 (Gulenstenius e sched. Smetii). V. l. cod. Redii p. 118 a 6 affertur in Gud. ms. 1099 et apud Grut. 424, 1, aliarum schedarum veterum ad Grut. 390, 1. Mur. 376, 1 a Tafurio. de Vita p. 147 et cl. IV n. 19 non a prioribus, nam alium locum indicat. Pratilli cons. p. 74. — In vv. dist. sequor Smetium; Pighii ms. paullo aliter distinguere notatur Grut. 424 et paulo aliter divisit etiam Waelsc., nempe in fine post 5 ‖ P· P· F ‖ D· C· CON ‖ L; de Vita ita: C· I ‖ P· V· C· C ‖ C· O· AEQVITA | TEM· I· E ‖ P· I | P· O ‖ B | P· P· ‖ F· D ‖ C· C· (p. 147 sic: F· DEPOSI ‖ TOS· C· CON ‖ LOCANDAM). Reliqui auctores eiusmodi sunt, a quibus veram vv. divisionem expectare non possimus. — CLAVDIO· IVLIO· PACATO Apian. Smet. W. de Vita; idem praemisso C· Tafur.; idem praemisso V· S cod. Redii; idem praemisso MARIO sched. vet. ap. Grut. 390; CLAVD· IVL· PACATO Cyr. meus; C· IVLIO· PACATO Cyriac. Mur.; CLAVDIO PACATO Grut. 390. — 2 V· CL· sched. vet. ap. Grut. 390, V· (om. C) Cyriacus meus et Mur. — CONS· Cyriacus Mur., Smet., de Vita, COS Cyr. meus, Apian. W. Grut. 390 Tafur. — CAP Grut. 390. CAM: W., CAMPANIAE Cyriacus Mur. — 3 CO pro OB Cyr. meus. — EQVITATEM Ap. — IVDICIS Cyr. Ap. W. Grut. 390 cod. Red. de Vita, recte, nam opponitur PRIVATI; IVDICII Smet. Tafur. — 4 PATROCINIO Cyr. meus. — 7 CONLOCANDAM Cyr. Muratorii, Waelsc., de Vita.

1423 Beneventi in pariete laterali dirutae eccl. S. Ioannis *de Fraola*. Iosephus Castaldi (*mem. stor. del comune di Afragola* Nap. 1830 p. 57) hunc titulum vico Afragolae prope Neapolim attribuit, in errorem inductus eo quod Beneventi collocatur in eccl. S. Ioannis de Fragola.

ADELFI

CLODIO · CELSINO · INSIGNI
ET · C · V · PRAESTANTI · BENIVO
LENTIA · AVCTORITATE · IVS
TITIA · CORR · REGIONVM
DVARVM · MEMORABILI
ET · PRAETERITORVM · IVDI
CVM · EXEMPLA · VIRTVTI
BVS · OMNIBVS · SVPERGRES
SO · ORDO · SPLENDIDIS
SIMVS · BENEVENTANE *sic*
CIVITATIS · PATRONO
DIGNISSIMO

Descripsi. Ed. Pacichelli lettere famigliari T. 1 p. 83, quem non vidi. Mur. 1032, 5 a Como. Pococke n. 14 pessime. de Vita p. 149 cl. IV n. 22 neglecto versuum ordine. Pratilli cons. p. 106.

1424 Beneventi in choro archiepiscopali.

C L O D I V S
O C T A V I A N V S
V · C · DE · PROPRIO
ORNATVI · DEDIT

Grut. 193, 2 e Verder.; e Grutero de Vita p. 280 et V, 10.

1425 Beneventi.

de Vita p. 149:

MARCELLINVS

FL · CORNELIO · MARCELLINO
V *c corr apul* ET · CALA
BRIAE . . . . CATO
RI CVR B V
P · PL ILAE . . . .
FORO COMMVNI . . . .
COMMO . . . .
RVM · QVI . . . .
OB · INSIGNIA . . . .
ET · AMOREM . . . . PA
TRIA NE . . . .
VR . . . . . . BENEV . . . .

de Vita cl. IV. n. 24:

MARCELLINVS

FL · CORNELIO · MARCELLINO
V · C · *corr. Apuliae* ET · CALA
BR*iae* . . . .
. . . .
OB · INSIGNIA *eius beneficia*
ET · AMOREM *erga* PA*triam*
VR*bs* BENEV*ent* *lo*CA*ndam*
*de*CR*evit*

de Vita p. 149 et cl. IV n. 24 (Donat. 334, 1), quo loco notat dare se e schedis Verusii. Vides quanta diversitate idem exemplum duobus locis expresserit. Supplementa sunt de Vitae.

1426 basis Beneventi in horreo templi Annuntiatae *Smet.*

M · M A R I O · M · F
STEL · TITIO · RVFINO
COS
LEG · LEG · Ī · MINER · P · F
CVR · COL · CLAVD · AVG
AGRIPPINENSIVM
PROCOS · PROV · SICILIAE
CVR · AMERINOR · PRAET
TR · PL · Q · PROV · MACEDON
SEVIR · TVRMAR · EQ · ROM
TRIB · LATICL · LEG · Ī · ADI · P · F
IIII · VIRO · STLITIB · IVDIC
FIDES · CVM · HELLADE · ET
TERTIO · PARENTIBVS · EIVS

Exemplum Metellianum legitur apud Panv. Rom. p. 847 ed 1558, fast. in not. ad. ann. 950; apud Manut. orth. 752, 5 (unde exscripsit Ligorius, cuius v. l. est apud Gud. ms. 1106) et Smetium 79, 6 (a Metello et Pighio); quibus omnibus desunt duo ultimi versus. Plenius dederunt Grut. 436, 7 (a Metello Pighio et Verdero) et Gualtherus in inscr. Sicul. n. 440, qui vidit; item Toppi bibl. Nap. p. 201. De Vita p. 131 et cl. IV n. 18 dedit e Grutero. — Versuum divisio non variat, excepto exemplo Panvinii in Roma. — 2 TATIO Ligor. — 8 AMERINOR · Smet. Grut., AMERINORVM Gualt., AMTERNOR Manut. (inde Ligor. et v. l. apud Smet. et Grut.) AMITERNOR Panvin. — PRAEF Panv. — 9 MACED Panv. Rom. — 10 TVRMAT Manut. Smet., TVRMAR Panvin. Grut. Gualt. — 11 ADL Gualt., ADIV Panv. fast. — 12 STLITIBVS Panv. fast. Manut. Smet., STLITIB · Panv. Rom. Grut. Gualt. — 13. 14 soli Verderus et Gualterus servaverunt. — 13 ET · DES pro FIDES Gualt. — 14 PARENTIBVS · EIVS Gualt., PARENTI · B · M · FEC Grut. — Toppii exemplum pessimum et mancum apponam omisso initio, quod non differt: ‖ MINOR · P · F · AGRIPPINSIVM ‖ PROC · PROV · SICILIAE · CVR ‖ MERITOR · PRAET · TRIB · TVR | MAR · EQ · ROM · TRIB · LATICI ‖ LEG · I · ALL · P · F · IIII · VIRO ‖ STLITIBVS · IVDIC · ET · DES ‖ CVM · HELIADE · ET · TERTIO | PARENTIBVS · EP.

1427 Beneventi in porticu ad S. Donati.

C V R A T
NVMISIO N
CVRATORE V*rbis*
BENEVEN*tanae*

Descripsi. Ed. Pococke n. 24, de Vita p. 139 et cl. III n. 22 Donat. 332, 9).

1428 Beneventi in aedibus olim Lutiorum.

SATRIVS · CRESCENS
V · C · CVR · R · P · BeN · EX
LOCIS · ABDITIS
VSVI · ADQVE · SPLEN
D O R I · T H E R M A R V M
DEDIT

de Vita p. 139 et 279 et cl. V n. 9, qui 2 BN.

1429 Beneventi *Verder. Mur.* sub statua marmorea *Ap.* 101, 1 *Don.* basis in vico fabrum ferrariorum *Manut. Smet.* ante cath. eccl. *Ap.* 101, 4 in officina ad plateam *Fabr.* in officina ante S. aedem maiorem *de Vita.*

TANONIO · MARCELLINO
V · C · CONS · CAMP · PATRO
NO · DIGNISSIMO · OB · IN
SIGNIA · BENEFICIA · QVI
BVS · LONGA · POPVLI · TAE
DIA · SEDAVIT · VNIVER
SA · PLEBS · BENEVENTA
NA · CENSVIT · PO
NENDAM

Apian. 101, 1 (idem exemplum protulerunt Donius V, 218 e vet. ms., Malvasia marm. Fels. p. 534 e sched. Gammari, Mur. 367, 2 e sched. Farnes. et Cappon.); Apian. 101, 4; Panvin. fast. ad a. 1028 et Manutius orth. 742, 1 et Smet. 80, 4 (inde Grut. 371, 1) a Metello et Pighio eodem exemplum usi uti etiam Pighius in schedis suis; Grut. 357, 5 a Verdero; v. l. cod. Redii collati cum Grut. 357 extat in ms. Gudii p. 1099; Fabretti 747, 548 auctore non indicato, qui videtur esse Gualterus; de Vita p. 147 et cl. IV n. 25 non a prioribus (Donat. 334, 4); Pratilli cons. p. 55 e de Vita, puto. — Versuum ordinem servaverunt Verderus et Fabrettus, item Panv. Manutius Smetius de Vita, nisi quod hi tres (non Panv.) coniungunt 8. 9. — 1 T · ANONIO cod. Red. Fabrett. de Vita, unde scripsi TANONIO. T · ANTONIO Ap. 101, 4. Verder. T · AVONIO Panv. Manut. Smet. T · NONIO Ap 101, 1 (in Add. corr. ANTONIO) et asseclae eius Malv. Don. Mur. — 2 COS Ap. 101, 1. Don. Mur.; om. CONS · Ap. 101, 4. Malv. — CAP. Ap. 101, 1. Mur. CAMPANIAE Panv. — 3 DIGNISS · Ap. 101, 4. — 5 TEDIA Ap. 101, 4. Fabr. TABEDIA Ap. 101, 1 (corrigitur in Add.) Malv. Mur. — 6 SEDLVIVI Malv. — 9 PONENDVM ms. Pigh. ap. Grut. 371 Panv. Manut., contra Smetium et reliquos. PONENDA Malv.

1430 Beneventi in porticu vocata Pontile, nunc (ait de Vita) litterata facies in muro latet.

TVLLIDIO · ARGOLICO
. . . .
. . . . *iu*DICIO
SAC*ratis*SIMO ET
COMITI · FABRICARVM
TOTIVS · CIVITATIS
BEN · VRBIS · OB · INSIG
NIA · MERITA · EIVSDEM
PATRONO · VNIVERSI
LEONTIANI · STATVAM
PONENDAM · ESSE
DVXERVNT

de Vita p. 172 et cl. VI n. 4 e schedis Verusii — 3 vacuo relicto DICIO ad 2 extr. reiicit de Vita cl. VI. — 11. 12 PONENDAM · DVXERVNT (om. ESSE) de Vita cl. VI. — Refert de Vita ad Argolicum pr. urb. sub Theodorico.

1431 Beneventi rep. 1702 ad S. M. Constantinopolitanae.

AMANTI · OMNIVM · ET · AMATO · OMNIBVS
NOBILI · PARITER · AC · IVSTO · VALERIO · PVBLI
COLAE · C · V · CONS · CAMPANIAE · AB · ATAVIS
PATRONO · SPLENDIDISS · ORDO · BENEVENTANVS
ET · HONESTISS · POPVLVS · STATVENDAM
DECREVIT

Mur. 1032, 8 a Como, 1811, 9 in falsis. de Vita p. 148 et cl. IV n. 20 (Donat. 334, 7) non e Mur. Pratilli cons. p. 89. — 2 ET (pro AC) de Vita cl. IV n. 20 (non p. 148). PVPLICOLAE Mur. 1032. — 4 SPLENDIDIS · Mur 1811. SPL · de Vita. — 5 AC pro ET Mur. 1811. — HONESTISSIMVS Mur. 1032. HONESTIS · Mur. 1811. — STATVENDVM Mur. 1032. — 6 DECRETIS Mur. 1811. — In vv. div. sequor de Vitam, neque aliter Mur. 1032, nisi quod PVBLI reiicit ad 3. Differt Mur. 1811.

1432 Beneventi ante dirutam eccl. S. Spiritus.

IVSTITIA · ADMIRABILI · CASTITATE · CONSPICVO
*repar*ATORI · FORI · PRO . . . . PARTE · CONLAPSI · IN · RVIN
CONDITORI · MOENIVM · RESTITVTORI · BASILICAE
. . . *cu*M · PORTICIBVS · RESTAVRATORI · REGIONIS
VIAE · NOVAE · REPARATORI · THERMARVM · COMMODIA
NARVM · RESTITVTORI · COLLEGIORVM · REPARATORI
PORTICVS · DIANAE · REPARATORI · BASILICAE · LON
GINI · AC · TOTIVS · PROPE · CIVITATIS · *post saevum*
HOSTILE · INCENDIVM · CONDITORI · *propter tot*
INSIGNIA · EIVS · IN · OMNEM PRO*pe* . . . . IN . . . . . .
PRAECIPVAQVE · IN · SE · ET · PATRIAM *m*ERITA
POPVLVS BENEVENT
AD · AETERNAM · MEMORIAM
STATVAM · CONLOCAVIT

de Vita p. 271 et cl. V n. 7 e sched. Verusii. — 2 dele lacunam post PRO. — 4 excidit cl. V. — 11 PATRIAM . . . . MERITA . . . . . cl. V. — 12 BENEVEN p. 271. — de Vita p. 286 sq. probabiliter ad Narsetem refert; certe sub imperatoribus ante Gothorum incursionem Beneventum ab hostibus non est direptum. Cf. diss. eiusdem Giorn. de' Lett. (Pisano) XVI p. 287.

1433 Beneventi.

. . . . VNDIS PRATORI
CANDIDAT · LEGATO
PROV · AFRIC · DIOE
CESEOS · HIPPONENSIS
ADLECT · INTER · PRAET
A · DIVO · COMMODO · ET · IN
TER · PATRICIOS · TRIB
LATICL · LEG · V · MACED
XVIRO · STLITIB · IVDIC
OB · SINGVLAREM · ERGA · PA
TRIAM · CIVISQ · ADFEC
TIONEM · P · D · D

de Vita p. 130 et 228 et cl. IV n. 26 (Donat 338, 3) e Verusii schedis. — 1 emendat de Vita C · VMBRIO · PRATORIO, pessime; fortasse *xvvir sacris faci*VNDIS PRA*e*TORI. — 2 CANDIDATO LEGAT p. 130, CANDIDATO · LEGATO p. 228. — 3 PROVINCIAE p. 130. 228. — AFRICAE p. 228. — 5 ADLECTO p. 228. — 11 CIVISQVE p. 130. 228.

1434 Locus non indicatur; fortasse Beneventana.

. . . .
. . . EP · L · PRON . . . .
. . . CTANIO · PRISCO . . . .
. . . I · TRAIANI · PARTHIC · PRAEF . . .
. . . SEVIR · EQVIT · ROMAN . . .
. . . IN · Q · II · PATRON · COLON*iae*
*benevent*ANA*e* . . . .
. . . .

Grut. 1029, 11 e Verderii schedis.

1435 Beneventi litteris sequioris aevi.

*pr*AEF · VIG · E · M · V
*po*NTIF · ALBA
*n*O · MINORI

Descripsi et edidi Bull. dell' Inst. 1847 p. 26.

1436 Beneventi prope portam Rectoris.

...CANIVS· M....
..TRIB· PL...A...
..BIAL......P...

de Vita III, 3 (Donat. 251, 3).

1437 Beneventi retro aedes de Moscarelli in basi, cuius inscripta facie muro immissa latus solum legitur.

POSITAE· PRAESEN*te et alb*INO· COS· XVI· KA*l*· DEC p. Chr. 246

de Vita cl. IV n. 29 (Donat. 195, 4) qui PRAESENIE IIRIRINO et KAI. Correxit Marini Arv. p. 681.

1438 Beneventi *Poc.*, prope aedes DD. de Nicastro litteris elegantibus *de Vita.*

NEVEN
VM· SVA· PEC
EX· CVLTV· EXOR
ODVS· PIVS· F
TORIO· DEDIC

Pococke n. 26; cf. n. 1432, 5. Eandem male suppletam dedit de Vita p. 277 et cl. V n. 2 sic:

BENEVENTI
PORTICVM· SVA· PECVNIA· F
OMNE· CVLTV· EXORNATVM
COMMODVS· PIVS FELIX· ET
PRAETORIO· DEDICAVIT

ex iisdem schedis puto, unde antea citaverat Pratillius p. 448 v. 2: PORTICVM· SVA· PECVNIA· FECIT. — 3 interpolator legit E pro EX.

1439 extra Beneventum in ponte Leproso sub arcu medio, ingens lapis eleganter insculptus *de Vita.*

....
IDEM· BASILI*CAM*· IN· QVA· TABVL· MVNERIS· AB· EO· EDITI· POSIT
SVNT· CONS*VMMA*VIT· LVDOS· PALMARES· OB· DEDICATIO
NEM· EARV*M*· *NOMINE· EVPLOEAE· SVAE· EXHIBVIT· PORTICVM*
OMNI· ORNAT*V· ELEGANTIAE· IN QVA· EDITIO· PRIMI· LVSTRI*
MVNERIS· *QVINQVENNAL· MVNIFICENTIA· PRINCIPALI*
CONTINETV*R· EX· VOLVNTATE EVPLOEAE SVAE· FECIT*

Plenam ediderunt Gud. ms. 946, 2, ed. 111, 5 ex cod. Redii p. 121 a. 4; Don. IV, 68 ex veteri ms. (inde Mur. 619, 3); de Vita p. 273 et cl. V n. 8 non a prioribus; fractam Pocockius n. 23 v. 1—6 in.; n. 28 v. 1. 2 fin., qui quae non habet, dedi litteris inclinatis. Versuum divisionem praeter Pocockium ad lapidem dedit unus de Vita p. 273. — Initio aliquid deesse notant Gud. Don. soli. — 1 QVE pro QVA Poc. — TABVLAE de Vita p. 273. — AEDIFI Gud., EDIII Poc. POSII Poc., POSITAE de Vita, POSI Gud. Don. — 2 SVN Poc. — CONSVMAVIT Gud. — ....IIVI LVDOS Poc. — 3 NIMI· ARV... Poc. — EVPLOAE Gud. — 4 ELEGANTIAQ Gud. ed. contra ms. et reliquos auct. — 6 EVPLOAE Gud.

1440 Beneventi prope dirutam aedem S. Spiritus.

....
BALNEVM· VIRIL........
ET· MVLIEBRE..........
TABERNAM.............
....

de Vita p. 279 et cl. V n. 11.

1441 Beneventi in via qua itur ad portam Rufinam.

L· ACILIO· A· F· STE
LEG· VI
MARcIA· TERTIA
VXOR· F

Cod. Piccart. n. 32 apud Reines. epist. p. 330, inde Reines. VIII, 1, ex hoc de Vita cl. VII n. 17. — Vv. distr. arbitraria. — 3 MARTIA cod. Picc., MARCIA correxit Reinesius. — 4 FECIT Reines.

1442 Beneventi in aedibus marchionis Pacca *de Vita.* apud quendam artificem *Maff.*

M· ALBIO· M· F· STE· LEG
XXX· SIGNIFERO
ALBIAE· M· L· HILARAE
CVRTIAI· P· L· CHILAE
EPAPHRODITVS· ET· CELER
LIBERTI· F· C

Pococke n. 10. de Vita cl. VII n. 8 (Donat. 275, 5). Maffei M. V. 478, 4 a Scip Christofori. — 1 M E Poc. — STEL Maff. — 3 MI pro M· L Poc. — 4 CVRTIAE Poc.

1443 prope Pescum.

*t· ant*ONIVS· P· F· STE· LEG· V*i*
BANO· ET· SECVNDO
T· L· ORIGO· CONCVBINA· ANTONIA· T· L· CLE

Garrucci Bull. Nap. a. V p. 71.

1444 Beneventi prope aedem S. Annuntiatae, litteris semipedalibus.

AVIDIENO· T· F· STE· LEG
CENTVRIONI
DECVRIONI

Descripsi. Ed. de Vita p. 230 et cl. III n. 20 (Donat. 247, 1).

1445 in feudo S. Eleutherii.

D· M· S
M· AVRELI· MVCIANI
MILITIS· COH· PRAETO
RIE· 7 AQVILES· STVPEN
DIORVM· XVI· ANNO· XXXX
NATIONE· TRHACE
FRATER· AVRELIVS· SILVA
NVS· EVOK· CLAVDIVS
LIB· EVOK· FACIENDVM
CVRAV

Vitale p. 6. — 4 supplevi centuriae signum quod Vitale in lacuna omisit. — 9 nisi corruptus est, solve LIB*eralis*.

1446 rep. ad eccl. *S. M. de voto* prope Pastinam circa a. 1753, exstat in pago Beneventano Sciarra.

P· CLODIVS· P· F· STE· PIVS· LEG· XX*x*
DVM· VIXI· VIXI· QVOMODO
CONDECET· INGENVOM· QV
OD· COMEDI· ET· EBIBI· TANTVM· MEV· EST

Stef. Borgia mem. ist. di Benevento T. II Rom. 1764 p. 234. — 1 XX Borgia.

1447 Beneventi ad monasterium S. Petri.

C· CLOELIO
RESTIT· LEG· XXX
ET· VALERIAE· SEX· L
DIODORAE
H· F·

de Vita cl. VII n. 21 (Donat. 288, 10).

1448 in agro pagi Pastinae prope Beneventum in loco dicto *gli Errichi.*

protome puellae
SAL· CVRTIO· L· F· STEL
LEG· XXX· ET
CVRTIAE· VXORI
CVRTIA· SAL· F
POLLA· VIXIT· ANN· XII

Garrucci mon. Lig. Baeb. p. 26, cui misit presbyter eius ecclesiae Petrus Muollo.

1449 Beneventi in muro SS. Annuntiatae.

L· Fa*L*t*O*NIO· L· F· STE· SEVERO
PRIM· PIL· LEG· X· GEM.....
....

de Vita p. 229 et cl. VII n. 9 (Donat. 286, 6). — 1 FVLIONIO de Vita. Faltonia est gens Beneventana. — STEL de Vita p. 229.

1450 Beneventi ad S. Sophiae.

C· FIGILIO· L· F· STE· LEG· VI
MANLIAI· P· F
H· F· C

Grut. 541, 3 a Verdero. de Vita cl. VII n. 19, e Grut. ut vid. — 1 STEL· de Vita.

1451 Beneventi prope aedes D. principis Morra.

d M
F· VLP· FLORVS
OCATVS· MIL· F*a*C
tus in leg...part HIC· IMP· SEVER p. Chr. 202?
O· TRANSLATVS· IN
coh...praetoriam ANTONINO· II· COS p. Chr. 205
factus benef. prin CIPALIS· IN· COH· S· S
O· COS· PROMOT
COH· S· S· ANTONIN p. Chr. 213
iiii et balbino cos. fac TVS· OPTIO· IN· COH· S· S
messalla et sabi NO· COS· FACTVMSTI p. Chr. 214
lae TO· ET· CERIALE· COS p. Chr. 215
ADIVTOR· QVAESTI*on*
praesente et extr ICATO· COS· FACTVS p. Chr. 217
.... ONTIA...........
....

de Vita cl. VII n. 6 (Donat. 477, 1), qui ab utraque parte fractam repraesentavit, male si quid video. — 3 *ev*OCATVS de Vita; loco aptior est indicatio originis. — FEC de Vita. — 7 cf. Grut. 551, 3. — 11 fortasse FACT· VEXSILL*arius*; cf. Kellermann vig. p. 22 sq. — 13 QVAESTO*ris* de Vita; alias dicitur *a quaestionibus* (Kell. vig. p. 16) qui hic videtur appellari *adiutor quaestionibus*. — 15 ONTIA *coniugi* || *b· m· f·* de Vita male; in 14 FACTVS incipit alius muneris mentio.

1452 Beneventi in aedibus olim Petri Pauli Roscii.

T· FLAVIO· T· F· STE
TITVLLO· LEG· XXX
F· FLAVIVS· T· L· FAVSTVS
SIBI· ET· PATRONO

Grut. 542, 5 e Verdero. de Vita VII n. 22 (Donat. 286, 7) non e Grutero. — 2 Grut. XX improb. de Vita.

1453 Beneventi in aedibus DD. Rosciorum.

FVFIA· C· L· LYCHNIS· SIBI· ET
M· CRASSICIO· M· F· STEL· CAS*T*ELLO
VIRO· LEG· XXX
TESTAMENTO· SVO· FIERI· IVSSIT

de Vita cl. VII n. 20 (Donat. 285, 7).

1454 Pietra de' Fusi *Guar.* in agro pagi Venticane *Giust.*

D· M
C· GELLI· GER
MANI· SYRI
VETERANI
HOM· SIMP
VETTIA· IVLIA
NE· VXOR· ET
GELLIA· IVLI
ANE· FILIA
B· M· F

Giustiniani diz. geogr. IV p. 205 a Dionysio Pascucci. Guarini ric. Ecl. p. 155. camp. Taur. p. 32. — 2 G· R. E. — 3 SVRI C. T. — 7 NA· C. T. — V.OR Giust. — 8. 9 IVLIA || NE C. T.

1455 Beneventi olim ad S. Petri extra muros *Fabr.*

L· HERENNI FVSCI
VETERANI
MESORIS· AEDIFICIOR
IVNIA· RVFINA· CONIVGI· INCOM
*PARA*BILI· ET
*L· HEREN*NIVS· FVSCVS· PATRI· BARAE· ADFECTION

Descripsi frustulum quo continentur extrema verba; unde constat rectissime hunc lap. exhiberi a Fabretto 701, 229 (auct. non ind.), male a de Vita cl. VIII n. 9 (Donat. 318, 7). Extat etiam apud Gud. ms. 958, 6 e cod. Redii p. 117 b. 5 pessime. Frustulum istud dedit etiam Garruccius Bull. Nap. a. V p. 85, versibus tamen non recte dispositis. — 3 AEDIFICIORVM Gud. - 5. 6 INCOMPARABILI· IN· F· P· XX· S· FVSCVS· PATRI· BARAFADICTION Gud.

1456 Beneventi. Accuratius locum indicare voluit Pratilli p. 452, qui talia etiam confingere amat.

L· LABICIO· L· F· STE· CELERO
LEG· VI· FERRATAE

Grut. 549, 6 a Verdero, e Grut. de Vita cl. VII. n. 15.

1457 Beneventi ad S. Victorini.

L· LAETILIO· L· F
STEL· RVFO
TRIB· MIL· LEG· XII
DON· HASTA· PVRA
CORONA· VALLARI
AEDILI· QVAES· IIVIR
I· D· PRAEF· FABRVM
ATTEIA· Q· F· PRISCA
VXOR
B· M· F

Contuli; est nunc male habita admodum. Ed. Smet. 80, 1 (inde Grut. 428, 1) a Metello et Pighio. de Vita p. 132 et 222 et VII, 1 (Donat. 291, 2) non e Grut. — 1 LAETICIO Smet. Grut. de Vita. — 3 XXII (pro XII) Smet. Grut. — 6 QVAST Smet. QVAEST Grut. — IIVIRO de Vita. — 10 non vidi.

1458 Beneventi.

EX· TESTAMENTO
C· LISIDIO· M· F· STEL
LEG· XXX
M· LISIDIO· Q· F· PVB· PATRI
HELVIAE· L· F· RVFAE· MATRI
LISIDIAE· C· L· PRIMAE
LISIDIAE· C· L· CHRESTAE
C· LISIDIO· C· L· FAVSTO
H· M· H· N· S

Garrucci antichità de' Liguri Bebiani p. 49.

1459 Beneventi in taberna Vergilii Robini *Grut.* in platea aedis maioris *de Vita.*

C· LVCCIVS· C· F
STEL· SABINVS
BENEVENTI· DECVRIO
VIVVS· SIBI· ET· OFILLIAE
PARATAE· VXORI· ET· LVCCIO
VERECVNDO· FRATRI· POSTERISQ
SVIS· FECIT· MILITAVIT· IN· COH
OR· V· *pr*· ADIVT· TRIBVN· ORFIT
SECVTOR· OPTIO· VALETVDI· OPTIO
ARCARI· SINGVLARIS· BENEF
TRIBVN· A· QVAESTIONIB· FACTVS· PER
ANNIVM· VERVM· PRAEF· VRBIS· ET
TESSERARIVS· OPTIO· SIGNIF· FISCI
CVRAT· OPTIO· ABACT· CORNICVL
TRIB· BENEF· V*al*ERI· ASIATIC· PRAEF
VRB· MISSVS· AB· IMP· HADRIANO· AVG
SERVIANO· III· ET· VIBIO· VARO· COS· BR· VIA p. Chr. 134
MAI ERVCIO· CLARO· II· COS· IN· F p. Chr. 146
P· XX· IN· AGR· P· XX

Descripsit Kiriacus, unde extat apud Mich. Reg. p. 96 et Mur. 1769, 2 e sched. Kiriaci. Ab eodem pendent reliqui: Reines. XVII, 144 ex sched. Langerm. Gud. 336, 7 e ms. Redii p. 117 b. 2 (ms. 959, 1). de Vita IX, 225 e Gudio. Burmann Anthol. IV, 37 a prioribus. Cur de Vita spuriam credat, non intelligo. — Vv. div. inc. — 1 ZOICVS Kir. meus et Mur. XOICIN pro ZOTICVS Reines. — 2 FANVMQ. Kir. meus. — RELIQVI Kir. meus et Mur., RELIQVIT Gud., RELINQVO Reines. — 3 IN alterum om. Kir. meus. — 4 EST in f. om. idem.

1805 Beneventi, *strada del Sagramento.*

HIS· SEDIBVS
ADIVNCTVS
EST· LOCVS
SEPVLTVRAE
IN· FRONTE
P· XII
IN· AGR· P· XII

Descripsi. Gud. ms. 958, 2, ed. 337, 18 ex cod. Redii p. 118 b. 4. de Vita IX, 106, neuter recte.

1806 Beneventi. IN PRIVATO
MACER

Descripsi. Cf. Gud. 72, 7.

1807 Beneventi olim ad turrim Annuntiatae, deinde in atrio aedium de Vita, sed deest nunc effigies matris, item litterae ER 3 extr.

effigies pueri | INFELIX· FATV
PRIOR· DEBVI
MORI· MAT*ER* | effigies matris

Descripsi. Extat iam apud Kiriacum (Mich. Reg. p. 96). Pontan. in Actio p. 217 ed. 1538. Apian. 100, 4. Smet. 139, 14 a Metello. Grut. 717, 6 e Smetio. Pacichelli memorie de' viaggi T. IV p. II p. 182. Don. X, 31 (descr. Stephanonius). Gud. ms. 658, 5, ed. 337, 15 nescio unde. Mur. 1233, 10 e sched. Pacedianis. de Vita p. 9 et cl. IX n. 48 (Donat. 368, 3), qui buxo incidit. Typus Gruteri 656, 10 (a Iacobonio) interpolatus est; ibi Romae ponitur et praemittitur ....ALVMNO· ET..... — De anaglypho constat per Smetium, Donium, Gudium, qui diversis verbis idem significant. — FATV Kir. Pont. Smet. Pacich.; FATVM Ap. Gud. de Vita; Donius hoc vocab. omittit. — DEBVI et MATER omnes auctores quibus aliqua fides est, Kir. Pont. Ap. Smet. Don. Gud.; solus de Vita DEBVIT.

1808 Beneventi ponit Apianus, auctor in hac re admodum infirmus.

D· M
M· CRASSO· SATVRNINO
M· CRASSVS· FORTVNATVS
FILIO· CARISSIMO· QVI
VIXIT· ANN· XIII· M· X
DIEB· III· DVCI· FECIT
ITV· AMBITV· DO

Apian. 103, 4 (unde sumpserunt Grut. 679, 9. de Vita cl. IX n. 54). Corrupta.

1809 Beneventi in aedibus olim Ios. Abbati.

D· M
Q· IVLIAE
BASSEAE
IRENINI
MATER· VA
LERIA· INFELI
CISSIMA
MATER
B· M· F

de Vita IX, 220 (Donat. 366, 4.) — Corrupta.

1810 Beneventi in eccl. cathedrali, admodum detrita.

////AALMOI//I////////
///HERMIONA· SCAV/////
C//////DI NEPOS SYROPHOENIX
Descripsi. ///////VO FEC

1811 Beneventi prope portam auream.

..OBIDEIO· Q· F· STE· R...
..OBIDEIO· Q· F· STE· R...
..AESSIA· RVFA...E...
..IDEIAI· Q· F· POLL...

de Vita cl. IX n. 195.

1812 Beneventi in aede cathedrali.

...S V E L L I....
..NTI..........
...AT· H V I V S...
...N· QVI· VIXIT
5 ...DIEBVS· VIIII
...EVENTVS· ET
...NDE· PAREN· INF

de Vita cl. IX n. 188.

1813 Beneventi in porta maiori cathedralis.

IVS· AMARANTHVS
ST· REFECTVS· PECTEN· SIBI· ET
LYSIMA*cho* PATRI· ET
Q· L· HEV....MI· CONC
5 IO· M· L· AGILI
STO· CONSTATI· SECVNDO '*sic*' de Vita

de Vita cl. IX n. 194. Pessime descripta; puncta in fine 3. 4. 5 delevi.

1814 Beneventi prope Roscios via recta.

ΤΙΤ
FIRMVS
VIVI· SIBI·
ET· SVIS·
FEC

Descripsi. Ed. de Vita cl. IX n. 110, non bene.

1815 Beneventi rep. 1779 in ponte Caloris instaurando, ut notatur in schedis Amadutianis et a Marinio; nunc in domo archiepiscopi, litteris minime bonis.

EDIVS· PRISCVS
ECI HEREDES FLIGMEO
SIS QVNOMEN MEVM
TVLERNT CVM NEPOT
5 ES EORVM HORTVM
TABERNAM CENACV
LVM· QVOD· SI· ANIMA
LIVM· FILIS· MEIS· ALIQV

Descripsi. Lapis integer est infra et margo adest, ut continuata videatur fuisse inscriptio in alio lapide. — Ed. Marini Arvali I, 287 non bene unde erravit in explicando; Henzen Ann. XVI (1844) p. 92 a Brunnio descr.; Garrucci monum. reip. Lig. in tab. aeri incisa nequaquam recte.

1816 Beneventi in caupona DD. Terragnoli.

AVIO· C· *f*· GALLO
IO· M· F· MARCIONI
O· VIRO· FECIT

de Vita cl. IX n. 196, qui 1 F om. lacuna non notata, 2 TO dedit pro IO

1817 Beneventi prope DD. de Lutiis.

..ARCONIA
..L· HILARA
..HIC· SITA· EST
..FR· P· XII
..AG· P· XII

de Vita cl. IX, 189.

1818 Beneventi in gradibus interioribus templi archiepiscopalis.

AE· L· F· POLLAE· FILIAE
IO· QVINTIONI
PHILVMINAE· MALLIAE· L· L
INVENTA

Grut. 665, 3 e Verdero; e Grut. de Vita IX, 179.

1819 Beneventi.

........VIVS
....PONT..
.....\·F·

de Vita II, 2 e sched. Verusii.

1820 Benev. prope aedes DD. Cardone.

.....ELITENE.....
.....VESTAL......

de Vita II, 5.

1821 B. ad S. Petri de Fora.

.....IO· HOMINI· BONO
......I·MENSES·VIII·D V
......IVX· CVM· QVEM
......DIES· XXV· SINE
......B· M· F

de Vita cl. IX n. 6.

1822 B. in aed. olim de Tiscione sub statua.

....IAE· PATRONAE· SVAE
.....BI· ET· SVEIS· FECIT

de Vita cl. IX n. 152.

1823 B. prope Verusios.

...A· F· PVP· IGN...
....

de Vita IX, 186.

1824 B. in aed. DD. Pacca.

.......RIVS
...TVS· SIBI
...HELPEDI
POSTERISQVE
...VS· FECIT

de Vita IX, 172

1825 B. via Soricea.

.....APINEIA
.....TALI· EX
.........VOT
. ....T· VIAE
....RAM
..........CR

de Vita IX, 173.

1826 B. in eccl. cathedrali.

EL· RVFIN
ET· AVO· SEN

Descripsi. Ed. Pococke n. 8.

1827 Beneventi.

haec sub calce latent

ΓAMENT
) L HILARO
ELENÆ· PATR

Descripsi.

1828 B. in aed. archiepisc.

DV|EH|IL I

Descripsi.

1829 Beneventi.

EAT ETEM litt. cubit.

Descripsi.

1830 Beneventi.

VBF
AN litt. grand.

Descripsi.

1831 Beneventi.

larva sub pedibus tribus sellae

ARIVS
IMVS

Garrucci ant. de' Lig. p. 48 et tab. II

1832 B.] DIONISIO VIRO
AMIL

Pococke n. 4.

1833 B.] P CIPIVS ALPAM

Pococke n. 13.

1834 B.] IIMARIAFI·IICIII
PRIMIGENIAE SEX
ALIIAE
CI
ET CIIRISAN

I M P X:::
INACIXIIV

Pococke n. 22.

1835 B.] IO C· F ALBIA C
CCO FECIT
ET VIR

Pococke n. 25.

1836 *alla pietra di Tocco verso Montesarchio*, in agro Vitulano.

FELICIA INFELIX
PONENDVM
CVRAVIT

Descripsit eq. de Agostini.

1837 in agro Vitulano in pago S. Crucis.

....
O..SA..·.I
....
....
....
ET CAL..IA
O... .COSIA

Descripsit Cassittus, olim ita lectam esse addens:

D· M
OSSA· P· OPPII
....
....
....
ET CAL...IA
O.....COSIA

'*Nell' antica platea di quella ch. così si trascrive il marmo, supplito da qualche buon pievano*': Cass.

D. M
OSSA· P· OPPII· Q· FIL· OPP· NEP· GR
PP· CC· CIN· ET· OSSA· QVIEVER

1838 Venticane in agro.

....
E· M· INOCO
PIENTISSI
B· M· F

Giustiniani diz. geogr. IV, 205.

1839 Prata (Princip. ultra) III p. a Montefuscolo in gradu ecclesiae S. Annuntiatae.

MAMERTE
Q· CAMERTI
RF...DD

Descr. Cassitto, ed. Guarini var. monum. 1835 p. 39. Idem Kellermanno mittens 3 sic dedit: RF· D· D

duo fragm. prope Pagum in praedio D. Fragnito.

1840 D....
N· CES
PRO
N· CES
SEC\
P/.

1841 ONIVGI· SVAE· FECIT

Garrucci Bull. Nap. a. V p. 84.

prope Pagum in eccl. S. Michaelis, duo fragm.

1842 N· OVIL...........
OR· ET· NE· TOTIVS
SINE· FRAVDE· AVT· SI· I

1843 D M
....IAE CHAELI....
....VOTVRIO PRO....

Garrucci Bull. Nap. a. V p. 83.

1844 Beneventi apud marchionem Pedicini, anaglyphum in quo gladiator d. gladium, s. scutum tenens pugnat cum phallo.

MISSOS
MISSOS

INGLLA
INGLLA

Descripsit Friedlaender.

1845 Beneventi tabula e lapide Pario tripalmaris refossa ante sex annos in novis aedibus D. Principis Morrae. *de Vita.*

† HIC REQVIESCIT MA
MERCIVS MARCELLINVS
VI^S CVRATOR QVI^S VIXIT^S ANN^S
PM XXX DEPOSITVS S D^S IIII
5 NONAS NOVEMBR^S FLAVIIS
SYMMACHO ET BOETIO VV cc p. Chr. 522
CONSS

de Vita p. 142 et 290. et X, 2 (Donat. 201, 2) qui descripsit. — 6 SYMMACHO p. 142. 290. — supplevi cc. — Versus divisi ut cl. X n. 2; differt divisio p. 142. 290.

1846 Beneventi prope portam Rufinam.

HIC· REQVIESCIT
IN· PACE· AMPELIVS
QVI· VIXIT· ANNVS '*sic*' de Vita
X· INDICTIONE· SEXTA
P· C· BASILI· V· C· † p. Chr. 542

de Vita p. 302 et X, 3 (Donat. 434, 4). Si pro cruce in fine legis IT*erum*, aeque stabit numerus, nam a m. Sept. 542 (p. c. Basilii) ad m. Sept. 543 (p. c. Basilii II) procedit ind. VI.

1847 Beneventi.

....MEMORIAE· VENERANDAE· QVIESCIT
....DEP· IN· PACE· NONAS· OCTOBR
....ELLA· V· C· CONS

de Vita X, 8 (Donat. 199, 1) e schedis Verusii.

1848 Beneventi 'in ingressu monasterii P. Lupi videbatur' *de Vita.*

AVRELIAE· SEVERINAE
NEOFATAE· QVAE· VIXIT· MECVM...
EGO· AVRELIVS· SABINIANVS· ME
RENTI· FECI

de Vita X, 6 (Donat 389, 7).

1849 Beneventi in domo Io. Pantasiae.

AVRELIVS
MVNNVS
QVI· VIX· AN· II
DEP· IIII· K· IVL
DIE· MERC

Grut. 1050, 5 a Verdero; e Grutero de Vita X, 4.

1850 Beneventi prope dirutam ecclesiam S. Arthelaidis.

CL· LEPID· QVE· VIXIT· MECVM· SINE· ALIQVA· LITE
ANN· X· M· VIIII· D· XIII· CL· DISCOLIVS
MARIT· B· M· F· D· PRID· NON· AVG

de Vita X, 7. — 1 pro C· L· scripsi CL·, QVE pro QVI, LITE pro VITE. — 2 scripsi CL· pro C. — 3 scripsi MARIT pro ART

1851 Beneventi in ianua conventus PP. Carmelitarum.

ISPIRITO· SANCTO· SEX
TILIO· LEONI· LVCRE
TIA· PRIMA· CVM· QVO
VICXIT· ANNIS· XXXIII
5 M· VIIII· D· XII· CON
IVGI· INCOMPARABILI
B· M· F

de Vita cl. X n. 5.

III. *Montesarchio.* CAVDIVM (*Arpaja*). *S. Agata de' Goti.*

Oppida quae nunc appellantur *Montesarchio Arpaja S. Agata de' Goti* in antiquorum locum successisse constat et alterum quidem locum obtinere Caudii antiqui; contra qui Montesarchium olim dictum esse montem Herculis arbitrantur quique S. Agatham Plistiam aut Saticulam esse volunt, partim incerta partim falsa proferunt. Quatenus ager Beneventanus haec quoque oppida occupaverit etsi certo dici nequit, tamen Montesarchium cum primum liberum fuisset, sub imperatoribus in pagum Beneventanum redactum esse crediderim. De Caudio v. p. 72. — Quod ad inscriptiones attinet, Montesarchinae aliae innotuerunt cum Beneventanis de Vitae, aliae a me ibi descriptae sunt. — Caudinas, quarum unam n. 1411 inter Beneventanas reieci, primus ni fallor descripsit *Lucas Holstenius,* qui cum in notis geographicis has partes peragrasse se ostendat, quas e schedis Barberinis Fabrettius edidit quaeque extant in schedis Gudianis p. 219. 220 recte ad eum referuntur. Secuti sunt *Lettieri* (*storia di Suessola* Nap. 1772. 8), *Daniele* (*le forche Caudine illustrate* ed. 1. Nap. 1778; ed. 2. Nap. 1811; utraque editio adhibenda fuit), *Bartolini* (*viaggio alle forche caudine* Nap. 1827). Ego quoque fui Arpajae. — De S. Agathae oppido praeter tractatum *Liguorii,* unde excerpsi n. 1870, frustra consului libros *Phileni Rainone* (*origine della città di Santagata de' Goti* Nap. 1788. 4. pp. LVIII) et *F. Viperellii* (*cenno storico sur S. Agata de' Goti* Nap. 1842 cum appendice). Contra e tribus titulis supra n. 1351—1353, quos Manutius edidit inscriptos *in Apulia,* unum Camillus Minieri-Ricci Neapolitanus S. Agathae attribuit, quare omnes huc retulissem nisi vererer ne error subesset; S. Agathae oppidum enim extra Apuliam est neque si titulus adhuc ibi viseretur, a Liguorio Rainonio Viperelliove neglectus fuisset. Vide praeterea in falsis. — Ceterum horum oppidorum falsas certatim protulerunt cum alii tum Ligorius et Pratillius.

1852 Montesarchii.

////*p*VI
////ONAN

Descripsi. Ed. de Vita I, 4 ita: IOVI· TONANTI || ......

1853 Montesarchii ad pedes arcus.

FONTI· SACR
Q POMPONIVS RVFVS
ONTIF

Descripsi et ed. Bullett. dell' Inst. 1847 p. 26.

1854 Montesarchii in eccl. S. Spiritus, basis.

NYMPHIS
SACR

Descripsi. Ed. de Vita I. 27 male.

Montesarchii prioris tituli pars anterior est in foro S. Francisci, posterior *alla Cretazza*, alter titulus mutilus extat in facie eccl. S. Angeli Garganensis. Litterae vetustae sunt.

1855

L· SCRIBONIVS· L|F· LIB· PATER
L· SCRIBONIVS· L|F· LIBO· F
PATRONEI· TV|RREIS· EX· D· D
F· C|

1856

CRIBONIVS· L· F· LIBO· PATER
CRIBONIVS· L· F· LIBO· FIL
ATRONEI TVRREIS· EX· D· D
F· C

Descripsi tria fragmenta. Ed. non accurate Don. II, 75 (descr. Stephanon.), Gud. 138, 4 (ms. 767, 5) auct. non ind., de Vita p 28 et cl. IV n. 14; melius in quibusdam Pratilli p. 401, Grande cogn. p. 51, Zaccaria inst. ant. lapid. (Rom. 1770) p. 84. — Arditi la legge Petronia p. 3 n. b ex sylloge M. Aegyptii n. DVI· DVII· citat duas inscr. Montesarchinas, in quibus FIL· bis ponitur; quae sunt hae nostrae.

1857 Airolae in muro domus Capitani Mango.

*l· scrib*ONIVS· L· F· LIB
PATRONVS
*basi*LICAM· DE· SVA
*pec*VNIA· DEDIT

Bartolini viaggio alle forche Caudine Nap. 1827 p. 45. — 1 ....SONIVS Bart.

1858 Montesarchii in aedibus Melilli.

C· VALERIO· C F MARCELLO
MIL COH· XI· VRB· VETER· VIR
OPTIMO· SIBI· ET· SVIS
IN· FRONT· P· XII· IN· AGR· P· XII

Descripsi.

1859 Montesarchii.

TI· CLAVDIVS
RESTITVTVS
SIBI· ET
CLAVDIAE· TERTVLL
CONTVBERN
CLAVDIO· FILIO
...ET· SVIS
IN· FR· P· XIV
IN· AGR· P· XIV

Mur. 2080, 5 a Como.

1860 Montesarchii in aedibus Melilli, litteris antiquis.

RVEI· N· F· FAL·
sic VFIA· C· F
IRVEI· N· F· FLACCI
L· IRVEI· N· F· FAL·

Descripsi diligenter.

1861 Montesarchii prope aedes Nicolai Polomba, ubi ego frustra quaesivi.

D· M
IVNIAE· SE
VERAE· P· PE
TRONIVS· SEVERVS
MATRI
*dul*CISS*imae*

E schedis Cassittii; haec sine dubio genuina est, nam erat inter alias, quarum archetypa ipse reperi et occurrit praeterea idem P. Petronius Severus in n. 1863.

1862 Montesarchii in aed. Melilli.

D· M· S
NARCISSVS· PAT
FILIAE SVAE FELI
CITATI· FECIT· VI
XIT· ANNIS· DV
O· MENS· SEX· DIE
BVS· XIV· ORIS· XI

Descripsi.

1863 Montesarchii in aed. Nicolai Palomba.

D M
P· PETRONo
SEVERO
HERENNIA
PRISCILLA
MARITO
RARISSIMo

Descripsi. Cf. n. 1861.

1864 Montesarchii.

m· *v*IBIVS· M· L· L· VERNIO
FECIT· SIBI· ET
...AESSIO· G· L· PAMPHILO
...AESIAE· L· L· PALLADION

Muratori 2088, 10 a Como. Lacunas 3. 4 ego notavi.

1865 Arpajae in foro.

IMP· CAES
M· AVRELIVS
ANTONINVS
PIVS· FELIX· AVGVSTVS
....

Daniele le forche Caudine ed. 1778 p. XIIII (in sec. ed. deest) melius quam Lettieri Suessola p. 106, cuius v. l. non notavi. Haec erit inscriptio, quam ego quoque ibi vidi, sed ita evanidam inveni, ut non efficerem nisi haec: ..MP CAES || ...S..IVS || ...... Chaupy III, 483: 'grande pierre qui sert a battre le lin, à peine y reconnaît-on le nom d'Antonin.'

1866 Arpajae pars prior magni lapidis extat in aedibus Vincentii Lucarelli, altera est eratve in eccl. Canonicorum.

quattuor coronae cum lemniscis
SEX· AEQVA|NIVS· SEX· F
STEL | LEG· XXX

Descripsi partem priorem. Ed. Fabrett. 600, 14 neque auct. neque loco indicato. Gud. 147, 2 (ms. 219, 3). Uterque habuisse videtur ab Holstenio. de Vita cl. VII n. 25 e Gudio. Lettieri Suessola p. 106. Daniele ed. 1 p. XIIII, ed. 2 p. 25. — 2 STEL· I AG· XXX Daniele.

1867 Arpajae in foro, duobus fragmentis.

M· *CL*VVIVS· M· F
FAL CAVDI·
*Pri*SCVS
MIL· *C*OR· III
PRAET· *CEN*T· PRISCI
MIL· *ANNIS*· *X*
VIXIT· *ANN*· *XXX*

Descripsi quod restat; integram vidit, qui confecit exemplum Gud. ms. 219, 2 et (quod idem est) Fabrettii 133, 89 (auctore non indicato qui mihi videtur esse Holstenius), sed omisit 3. Reliqui editores non dederunt nisi posterius fragmentum neglecto altero, nimirum Chaupy maison d' Horace III, 483; Lettieri Suessola p. 106; Daniele forche Caud. ed. 1 p. XIIII, ed. 2 p. 25; Bartolini viaggio p. 41. — 7 ANN· Gud. ms., ANNI· Fabr.

1868 in valle Caudina in muro exteriore horti P. Reformatorum in S. Martini.

C· CATIO· FELICI
C· CATIVS· C· F
SEVERVS
ALLIDIA
ELPIS
FILIO· OPTIMO

Ex schedis Cassittii, quae etsi plenae sunt spuriis, tamen haec non est suspecta.

1869 apud Ayrolam oppidum *Kir.* ad furcas Caudinas in diversorio della Campice. *Iuc.* in via a Benevento Capuam. *cod. Urb.*

D· M
P· PETRONIO· CANDIDO
HOMINI· OPTIMO
AMICI· FECERVNT

Kiriacus Anconitanus apud Mich. Reg. p. 96. Mur. 1488, 14 e schedis fr. Iucundi. E codice Urbinate Borghesius misit Kellermanno. — 1 om. Kir. — 2 L· PETRONIO Kir. POLIMIO (om. praenomine) cod. Urb.

1870 in fragm. rep. S. Agathae Gothorum.

AVGVSTALES

Liguori apud Orlandum delle città d' Italia Perugia 1770 p. 118.

IV. ABELLINVM. (*Atripalda prope Avellinum*)

Lapides Atripaldae et Avellini reperti, quibus adiunxi quidquid extat in pagis *S. Angeli della Scala, Mercogliani, Monteforti, Montori, Mugnani, Serini,* sparsi apud multos admodum auctores reperiuntur. — *Apianus* duos tanquam Neapolitanos, *Manutius* unum nescio unde, *Gruterus* praeter Apiani et Manutii quartum produxit a Scaligero acceptum. — Alia reperta sunt in codice *fratris Iucundi,* ex quo ediderunt Donius et Muratorius. — E codice ms. *Fabii Giordani,* qui circa a. 1590 de rebus Neapolitanis scripsit, complures enotati mihi sunt omissis tamen locorum indicationibus per Minierium Riccium. — In Maximiliani *Waelscapple* canonici Ultraiectini inscriptionum libro ms. (v. praef.), qui a. 1554 sq. ex schedis Pighii aliorumque Batavorum compositus est, reperiuntur f. 102 quinque tituli hac praescriptione: '*marmi ritrovati in Montoro a' 23 d' Aprile del MDXXXXII;*' descriptor addidit: '*sine ordine* (versuum) *ut apparet scripta.*' Eiusdem schedae melius exemplum reperit Borghesius (dich. d'una lap. Grut. p. 39 n.) in codd. Vatic. Manutii n. 6035 p. 66 et Metelli n. 6039 p. 363. Epigrammata haec Montoriana ad Abellinum pertinere res ipsa docet; duo inedita sunt, tertium edidit *Panvinius* loco non indicato, quartum *Smetius,* quintum *Borghesius* l. c. — Saec. XVII *Baccius* in descr. regni Neapolitani 1629 (cuius non ad manus fuit nisi ed. in Graevii et Burmanni thes. tom. IX parte I.) quaedam edidit Abellinatia; longe plura frater *Scipio Bella Bona* (*ragguaglio della città di Avellino* Trani 1656. 4. pp. 319) vir insignis et supra eam aetatem diligentiae, ad cuius exempla saepissime a posterioribus male expressa in multis titulis redeundum nobis fuit. Totus ab eo, ni fallor, pendet *Muratorius,* qui quas inscriptiones Abellinates a Como accepit, ex Bellabona fere omnes exscriptae sunt. — *Franciscus de' Franchi* (*Avellino illustrata da' santi e santuarj* Nap. 1709) sive potius *Matth. Aegyptius,* cuius est appendix libri Franchiani epigraphica (cf. Giustiniani diz. top. II, p. 71) praeter complura quae ex Bellabona hausit alia neque tamen multa inedita attulit. Ad eundem Aegyptium redire titulos duos Abellinates, quos edidit *Fabrettius,* schedae Aegyptianae Halenses docuerunt, de quibus exponam in praef. — A. 1764 *d'Orville* in Siculis p. 600 inscriptiones Abellinates alias ex Bellabona et Franchio, ineditas alias vulgavit. — *Sabini Barberii* libri rarissimi (*diss. critico-storia del Tripaldo e suo celebre santuario* Nap. 1778. 8.) exemplo usus sum aliquot foliis quidem truncato, sed eodem correcto a manu antiqua et perita aliisque titulis aucto. — *Lupoli* in itinere Venusino 1793 p. 43 sq. ut solebat exscripsit priores, Bellabonam praesertim et Barberium; quas ineditas ait inscriptiones, sumpsit ex Barberio, vere ineditas paucissimas dedit. — Libro *Nicolai Mariae Mansi* (*critiche riflessioni sulla vita e morte di S. Modestino, S. Fortunato e S. Flaviano tutelari della terra di Mercogliano* Nap. 1793. 8.) titulos Mercogliani repertos inesse sero intellexi, cum eius comparandi spes nulla superesset exhibuique tantum, quae ex eo excerpta reperi. — *Serapinus Pionati ricerche sull' istoria di Avellino* (Nap. 1828—29, 4 voll. 12.) quod expilavit qui ante de Abellino scripserunt facile ferremus, modo ne quae ipse addidit inedita incredibili socordia et descripsisset et edidisset et monstra plerumque quae sanari nullo modo possunt pro titulis Romanis produxisset. Praeter exempli Barberiani supplementa ms., quae ego quoque habui, usus est (cf. II, 72) *Philippi Belli* historia Atripaldae ms., quam citat quoque vir doctus qui Barberium annotavit. — Ipse fui et Atripaldae et Avellini lapidesque quot potui descripsi. — Falsae inscriptiones huius oppidi praeter Ligorianas duas non extant; cf. tamen nota ad n. 1916.

1871 Atripaldae in villa de Sanctis. Pionati Bellum hanc inscr. refert vidisse in aed. de Santis eamque quamvis evanidam adhuc extare in angulo eccl. S. Magdalenae. Hoc falsum esse comperi, neque Bellum puto vidisse.

M· LVCCEIVS· M· F
ANAXIMANDER· PRAEF
ABELLAE
HERCVL· DICAVIT

Bellabona p. 115, a quo pendent reliqui: Mur. 61, 10 (a Como). Lupoli p. 53. Pionati I p. 85. Abellinates cum olim oppidum quod habitant Abellam crederent (Guarini alc. mon. ant. spieg. p. 23), suspicetur quis hunc titulum ad opinionem istam confirmandam fictum esse. At facile fieri potuit, ut magistratus Abellanus Abellini sacrum faceret; accedit quod Lucceia gens invenitur in aliis titulis Abellinatibus extra dubitationem positis.

1872 In museo monasterii S. Petri ad Caesaranum prope Mugnano, rep. in pago S. Angeli ad scalam in dioecesi Abellinati.

SILVANO· SACR
M· VICIRIVS· RVFVS· V· S
QVOD· LICVIT· IVNIANOS
REPARARE· PENATES· QVOD
QVE· TIBI· VOVI· POSVI· DE
MARMORE· SIGNVM

Descripsi. Ed. nov. Fior. 1755, 443. Vetrani Sebethi vindiciae Neap. 1767 p 48. Donati 39, 5 e Nov. Flor. Lupoli Venus. p. 22. Peculiarem diatriben de hoc titulo scripsisse Pasqualem Blanchinum Munianensem auctor est Vetranius.

1873 extra Atripaldam in agro quodam reperta una cum n. 1908.

C· CAESARI· A*ug f*
DIVI· NEPOTI· PON*tifici*
COS
PRINCIPI· IVVENTVTI *s*

Descripsi.

1874 Montori rep. 1542 *Waelsc.* 102; praescribitur f. 105 'missum Adria. Guil. Neapoli.'

DIVO· COMMODO· AVG· PONTIFIC
MAX· TRIB· POT· COS· P· D· D

Codex Waelscapple fol 102. 105; hic PONTIF. Corrupta est, si quidem genuina.

1875 Montorii inter Abellinum et Salernum rep. 1542. *Waelsc.*; *Panvin.* locum non indicavit neque e *Giordano* mihi enotatus est.

IMP· CAESARI· M· ANTONIO· GORDIANO
PIO· FEL· AVG· PONT· MAX· TRIB· POT· $\overline{\text{III}}$ p. Chr. 240
COS· P· P· OPTIMO· FORTISSIMOQ· PRINCIPI
COL· VEN· LIVIA· AVG· ALEXANDRIAN
ABELLINATIVM

Panvin. ad fast. a. 994 (inde Manut. orth. p. 337 n. 39. Grut. 272, 3). Cod. Waelscapple fol. 102. E Fabii Giordani schedis descripsit mihi Minierius-Riccius. — Giordanum sequor in vv. distr. — 1 ANTONINO Giord. — 2 PONTIF Waelsc. — 3 FORTISSIMOQVE Waelsc. — 4 LENIA pro LIVIA Panvin. et asseclae eius. Fortasse VEN*eria* IVLIA. — ALEXANDRIAN Giord., ALEXANDRINA Waelsc., ALEXANDRIA· ANT Panv. Man. Grut. Confer sigillum Neap. ALBANI· COL· A· A· A· S· ARK. 5 APELLINATIVM Panv.

1876 prope Abellinum $\overline{\text{II}}$ p. in via consulari Neapolim versus, in locto dicto Alvanella.

BONO
REI PVB
LICAE NA
TVS

Bellabona p. 95, ex eo Pionati II, 18. Videtur esse idem titulus quem refert Apian. 117, 2 'Neapoli in foro' BONO· R· P· NATVS, nam alium quoque Abellinatem inter Neapolitanos retulit Apianus.

1877 Atripaldae e regione doganae; dicitur inversa itaque infixa ut prostent soli duo ultimi versus. Ego frustra quaesivi.

M· ANTONIO· RVFINO· C· V
PRO· MERITO· LABORVM
STVDIORVM· SVORVM· QVI
BASILICAM· CIVITATIS· NOSTRAE
PECVNIA· SVA· A· SOLO· FECIT
PATRONO· OPTIMO
ORDO· SPLENDIDISSIMVS
COLONIAE· ABELLINATVM

Barberio p. 12, ex eo fortasse Lupoli p. 55, etsi ineditam ait. Pionati II, 46. — 3 SVORVMQ· Barb. — 4 $\overline{\text{N}}$RAE Barb. — 8 ABELLINATVM Barb, ABELLINATIVM reliqui.

1878 Abellini olim in aedibus Capozzi.

C· ARRIO
SPEDIO
ACTIANO
C· V

Bellabona p. 113, unde habuerunt Lupoli p. 55 aliique.

1879 Montori inter Abellinum et Salernum rep. 1542.

TI· CLAVD· QVIR· FRONTI
NO· NICERATO· CL
FRONTINI· COS· F
X· VIR· STL· IVD
TRIB· LATICLAVIO· LEG
$\overline{\text{IIII}}$· ITALICAE· QVAES
TORI· PROPRAET· PRO
VINC· ACHAIAE
AB· ACTIS· SENATVS· AED
CVR· PRAETORI
PATR· COL· D· D

Smet. 84, 4 (a Pighio vel Morillonio); inde Grut. 389, 6. Cod. Waelscapple fol 102, cuius errores nati sunt ex minusculis litteris quibus usus est descriptor. — Versuum ordo est Smetianus. — 1 CLAVDIO W. — 2 D· pro CL· W. — 4 X· VIRO· ET· L· IVD W. — 5 LATIDANIO W., sed corr. est. — LEGVM pro LEG· $\overline{\text{IIII}}$ W. — 6 QVES W. — 7 PROPRET W. — 8 ACHAIAC W. — 8 fin. Smet. puncta ponit, quae non habuit exemplum eius alterum neque Waelscapplii. — Eiusdem viri titulos Graecos vide in C· I· G· 1133. 1327.

1880 Montori rep. 1542.

TI· CLAVDIO· QVIR· SA*e*THI*a*DA*e*
CETHEGO· FRONTINO· TI· CLAVD*i*· FRONTINI· LEGAT
LEGIONIS· FILIO· TI· CLAVDI· FRONTINI· COS· NEP
PATRONO· COL· D· D

Codex Waelscapple fol. 102. — 1 SARTHIDAC W. — 2 CLAVDIO W. — Filius Cl. Frontini Nicerati n. 1879.

1881 Montori rep. 1542.

TI· CLAVDIO
SAETHIADAE
CAELIANO
CL· FRONTINI
COS· F· X· VIR
STL· IVD· TRIB· MIL· LEG
III· GALLICAE· Q· PROVINC
SICILIAE· CANDIDATO· IMP
ANTONINI· ET· VERI· AVGVSTOR
SODALI· HADRIANALI
TRIB· PLEB· PRAET· FID· COM
LEGATO· LEG· XI· CL· AVG
PATRONO· COLONIAE
D· D

E codd. Vaticanis (v. supra) ed. Borghesius l. c. multo melius descriptam quam extat in codice Waelscapple fol. 102, qui vv. non separat et legit 2 SARTHIDAC, 5 FIL· X· VIRO, 6 ET· L pro STL·, 7 (om. Q·) PROVINCIAE, 10 HADRIANI, 12 LEG· X· LE. — Frater Cl. Frontini n. 1879.

1882 Atripaldae rep. 1812 in agro septentrionem versus a muris antiquae urbis, nunc exstat in hortis Vincentii Bello.

GAVDENTI
C· LVCCEIO PETILIO C· V
PRAEPOSITO IN VRBE RO
MA THERMARVM FELICIVM
CONSTANTINIANARVM PLENO
HVMANITATIS ET IVSTITIAE MA
GISTRO· AEQVITATIS ET TOTIVS AVC
TORI GRAVITATIS BENIBOLENTIAE
SAPIENTISSIMO ET ELOQVEN
TISSIMO PRO SVMMA IN
SE BONITATE IN CVRIA QVOD OMNE
GENVS EIVS PEDESTRIBVS STATVIS
TOT TANTISQVE DISPOSITIS MERITVM
OSTENDAT INSIGNEM PATRONO PRAES
TANTISSIMO EXCVBIIS EIVS SEMPER FVL
TVS SPLENDIDISSIMVS ORDO
ABELL*i*NA*tiu*M
CENS

Descripsi. Ed. Guarini alc. mon. ant. spieg. p. 25. Pionati II, 50 variis erroribus. — 8 GRAVITATIS ET BEN Pionati male.

1883 Atripaldae rep. 1712 *alla Città* una cum statua. Nunc neque statua neque titulus videntur exstare.

TATIANI
C· IVLIO· RVFINIANO
ABLABIO· TATIANO· C· V· RVFI
NIANI· ORATORIS· FILIO· FISCI· PA
TRONO· RATIONVM· SVMMARVM
ADLECTO· INTER· CONSVLARES· IVDI
CIO· DIVI· CONSTANTINI· LEGATO· PRO
VINC· ASIAE· CORRECTORI· TVSCIAE
ET· VMBRIAE· CONSVLARI· AE
MILIAE· ET· LIGVRIAE· PONTIFICI
VESTAE· MATRIS· ET· IN· COLLE
GIO· PONTIFICVM PROMA
GISTRO· SACERDOTI· HER
CVLIS· CONSVLARI· CAM
PANIAE· HVIC· ORDO· SPLEN
DIDISSIMVS· ET· POPVLVS
ABELLINATIVM· OB· INSIGNEM
ERGA· SE· BENEVOLENTIAM· ET
RELIGIONEM· ET· INTEGRIT· EIVS
STATVAM· CONLOCANDAM· CENSVIT

Ed. Franchi vel potius Matth. Aegyptius giunta p. 7; Mur. 1019, 2 a Tafurio; Maffei M. V. 353, 9 (non dedit nisi extremam partem); Pratilli cons. p. 71; d'Orville p. 601 (e Franchio); Barberio p. 13, in cuius exemplo quo usus sum quaedam correcta habui a manu antiqua; Lupoli p. 56; Pionati II, 40. — In vv. div. sequor Barberii exemplum manu correctum. — 2 TATIANO (pro RVFINIANO) Fr. — 3 ABLABIO Barb. suppl. Pion. ABABIO Fr. d'Orv. ABLAVIO Mur. Barb. Lup. — C· V· Fr. Mur. Lup. V· C Barb. Pion. — 4 ORATORI Fr. — FILIO om. Fr. — 5 TRONO· ET Fr. — SVMARVM Barb. — 6 ADIECTO Fr. — 8 PROVINCIAE Fr. Mur. — TVXIAE Fr. — 10 AETHRVRIAE Fr. — 11 CONLE Barb. Lup., sed COLLE Barb. suppl. et rel. — 17 ABELLINORVM Maff. — OBELIX (pro OB· INSIGNEM) Fr. — 19 INTEGRITATEM Fr. Mur. — 20 COLLO Fr. — GANDAM Barb.

1884 Mercogliani III p. ab Abellino.

GN· M*arcio*
GN· F· STEL· RVST*io*
PRAEF· CLASS· PR *mis*
PRAEF· CLASS· RAV *leg*
AVG· PROV· SYRIAE *trib*
COH· I· PRAET· TR*ib coh. .ur*
BAN· TRIB· COH· VI· *vig*
TRANSPADAN· P
CVST· ORDINIBV
ROMANO· XV· VRB
FRENAT

E Mansii libro supra cit. Effem. enciclop. Giugno 1794 p. 55. Versuum divisio mea est. — Supplevi ex eiusdem viri titulis n. 1404. 1405 et Kellermanni vig. n. 2; praefectus vigilum fuit a. p. Chr. 205.

1885 Atripaldae olim in hortis Bello, ubi nunc non extat.

GIANNAYMISTE...B....
VTRIVSQVE MILITIAE INPERE
TE ETIAM AD REIPVB· N· CAES...
IIANO PREFECTO PRETO
DI GRATIA AD ORNATVM C...
SSERVNT CVRANTE ET PER*ficiente*
O PAVLINO V· C.....

Pionati II, 38.

1886 Mercogliani?

AVRELIA· AVREL· VIXIT· AN· XVII
AVR· MARINIANVS· FIL· EIVS· VIX
AN· I· M· IIII· AVR· BABVS· VET

Thomas Turboli *ricerche su di Marigliano e Pomigliano d'Arco* Nap. 1794, 8 p. 7 fortasse ex Mansio.

1887 Atripaldae rep. 1776 in praedio Gaudiosi Belli, exstare dicitur ante aedes eius familiae sub terra.

VLPIAE· ANTIGO
NIDIS· VIXIT
ANN· DVOB· D· XXI· IVLIVS
ANTIGONVS· VETER
AVG. N· FILIAE
DVLCISSIMAE· FECIT

Barberio p. 16 cum suppl. ms.; Lupoli p. 70; Pionati II, 30. — 1 ANTICO Pion. — 4 ANTICONVS Barb. — 5 N om. Barb.; M suppl. Barb.

1888 Abellini in altari eccl. cathedralis; a. 1818 Sorbam missa est ubi nunc extare dicitur.

SEPTIMIAE· L· F· SIL*vanae*
M· ALLIO· M· F· MEN· RVF*o*
PRAEF· FABR· CEN· Q· TR· MIL· A· P· E
HVNC· DECVRIONES· GRATIS· IN· ORDINEM· SV*um*
ADLEGERVNT· DVVMVIRALIVM· NVMERO
ORDINEM· ADIIT· PETIITQVE· VT· DECRETO
QVOQVE· VOLVNTATEM· ESSE· ASCRIB*erent*

Baccius descr. regni Neap. 1629 p. 52; Bellabona p. 117; Mur. 743, 7 a Como; Lupoli p. 67; Pionati II, 60 cf. III, 51. Mur. Lup. pendent a Bellabona, Pion. exscripsit Lupulum. — 1 SEPTIMIA Mur. ex ci. — SIL Bacc., recte puto; SIB... Bell. Mur.; SIBI· ET Lup. — 2 MEN Bacc. Mur. Lup., MEM Bell. err. typ. — ROF Bacc. RV.. Bell. Mur. FVFO Lup. Cf. n. 1889. — 3 FAR Lup. — in fine fortasse pro E... scr. LEG... vel FACTO. — CAES pro CEN*sori* (non CEN*tonariorum* ut vult. Orell. 3816) Bacc. — 6 PETIITQ· Lup.

1889 Atripaldae in foro in aedibus Rapollae.

......LLIO· C· F
*r*VFO
*iiv*IR· Q
*iivi*R· CENS
*praef f*ABR
*trib mi*L· LEG· XXI
*iivir*PRAE*t*

Descripsi; vv. 6. 7 et pars v. 5 nunc sub muro latent, quos supplevi ex Barberii suppl. et Pionati II, 34. Lupoli p. 65. — 1 fortasse suppl. ALLIO; cf. titulum n. 1888 M. Allii M. f. Men. Rufi. — 3 uterque IIVIR· Q ex suppl. — 5 AP· R Barb. suppl., ABR Pion. — 7 PRAEF Barb. suppl., PREF Pion. Emendavi PRAET. — Lup. sic dedit: *c· lo*LLIO· C· F· RVFO || ...IIVIR· Q· AED· PR || ...LEG· XXI· PRAEF rel. om.

1890 Atripaldae in aedibus Paschalis Gentile in via del Carmine, nunc sub muro latet.

*m bi*VELLIO· C· F· GAL
Q· PR· II· VIR· CENS

Pionati II, 35 cf. III fin. Supplevi ex n. 1896.

1891 Atripaldae in foro, in aedibus de Rita.

D· COTTIVS· D· F· GAL· FLACCVS· AED
Q· PR· IIVIR· CENS· EX· D· D· MANLIA· VXOR

Descripsi. Giordan. ms.; Bellabona p. 118; Don. V, 138 ex libro antiquo ms.; Mur. 695, 3 e sched. fr. Iucundi et e Donio; d'Orville p. 600; Barberio p. 8; Lupoli p. 64.

1892 Atripaldae in aedibus Nicolai Losco.

OCVLVS
...*leg· x*XI· RAPAC
P· HERENNIO
P· F· GAL· AVO
CENSORI

Exstant singulorum versuum extremae litterae. Ed. Bellabona p. 101; Mur. 819, 3 a Como; Barberio p. 4; Lupoli p. 65; Pionati I, 128 cf. I, 109. Uni Bellabonae fidendum est. — 1 CVLVS Bellabona; Barberio OC in OCVLVS alium scalptorem prae se ferre credit; PROCVLVS Mur. — 2 KI· RAPAC Bell. Barb.; XI· RAPACIS Mur., LI RAPA Pion. err. typ.; XI RAPAC Lup. ex emend. — 4 C· V· pro GAL Barb. — Fracturam ego indicavi ut fuisse videtur.

1893 Monteforte in eccl. S. Mariae.

C· MAMERCIVS· C· F· GA*l*......
AED· II· VIR· PR· II· VIR· C*ens*
C· MAMERCIO· C· F· PROCV*lo*
SOCIL*i*AE· N· F· PRISCA*e* V*x*
SOCIL*i*A· MATER· FILIO

Bellabona p. 111. Lupoli p. 26 qui quod ait se legisse non credo. — 1 GAL. P.... Lup. — 2 Q pro C Lup. — 4 SOCILLAE· N· F· PRISCA· F· V... Bell. SOCILIAE· C· F· PRISCAE (om. V) Lup. — 5 SOCILLIA Bell. SOCILLA Lup.

1894 Abellini in aedibus Felice prope Spatafora. *Bell.* in palatio principis in interiori aedium parte *Lup.*

D· M
C· MAMERCIO· SP· F
IANVARIO· Q· AED· PRAET
II· VIR· Q· ALIMENTOR· ET
PACCIAE· LVCRETIANAE
P· PACCIVS· IANVARIVS
FILIO· NATVRALI· ET· MA
MERCIA· GRAPTE· MATER
INFELICISSIMI· FILIO· ET
COGNATAE· PIISSIMIS
FECERVNT

Grut. 434, 4 a Scaligero; Bellab. p. 110; Mur. 716, 4 a Como; Lup. p. 59. — 1 om. Gr. — 3 AEDILI Mur. - PRAET Gr. Bell., PRAEF Mur. Lup. — 4 ALIMENTOR om. Gr. - 5 om. Gr.; LACCIAE LVORITIANAE Bell.; PACCIAE LVCRETIANAE Mur., recte ex corr., puto; PACCIAE· LVCRITANAE Lup. — 8 MIRCIA Bell. — 9 INFELICISSIMI Bell. INFFLICISS Gr. INFELICIS Lup. INFELICISSIMA Mur. — 10 PIISSIM Lup. — 11 solus Gr. habet.

1895 Atripaldae in eccl. Dominicanorum *Bell.* Neapoli ad S. Thomam *Apian.*

A· PACCIO
RVFO
AED· Q· II· VIR
SCIRFVS· AVG· L· SODAL
SVO· F
HOMINI· SANCTISS

Apian. 124, 4; ex eo et aliis Smet. 164, 18. Grut. 447, 2; Bellabona p. 111, a quo reliqui scriptores Abellinates videntur habuisse ut Lupoli p. 64. — 4 SCIRPVS Grut. contra Ap. Bell. Cf. lap. Neap. Ti Cl. Scirti Aug. l. Grut. 584, 5. — 6 SANTISS Bell.

1896 Atripaldae ad S. Hippolisti in aedibus Ludovici Cosomatti, basis magna.

L· PINARIO· L· F· GAL
NATTAE
AED· II· VIR· Q· TR· MIL· LEG III
PRAEFECTO BERNICIDIS *sic*
M· BIVELLIVS· C· F· GAL

Descripsi. Sched. Giordani; Bellabona p. 113; Fabretti 609, 78; Mur. 1033, 5 a Como; d'Orville p. 600; Barberio p. 7; Lupoli p. 65; Pionati I, 210, qui ait in parte adversa haec scripta esse: PVSILLA DOMVS AT QVANTVLACVMQ· EST AMICIS DIES NOCTESQ· PATET. Quae si in eodem lapide exstant (ego certe frustra quaesivi) novicia sint necesse est. — 1 vulgo male C· F. — 4 *praef b*ERNIC*idis* legitur etiam in titulo Aegyptiaco apud Letronnium inscr. de l'Ég. II p. 340.

1897 Atripaldae ad S. Hippolisti.

P· VETTIENO· P· F· GAL·
PR· II· VIR
C· VETTIENO· C· F· GAL· BA
AED· II· VIR

Descripsi. Giordani ms.; Bellabona p. 109; d'Orville p. 600 qui cum anaglypho aeri incidit; Barberio p. 9; Lupoli p. 63; Pionati II, 28. — 3 BASSO, quod habent Lup. Pion., supplementum est.

1898 Abellini in turri horologii.

AED· D· V
EX· TESTAMENTO
FECERVNT· QVI· INFRA
C· ALLENIVS· C· F· TER· GAL
C· LVCCEIVS· C· F· GAL· SECVN
C· LVCCEIVS· C· F· GAL· SABINVS· I
C· ARVTTIVS· C· F· GAL· ALAVDA

Baccius descr. regni Neap. (Neap. 1629) p. 52; Bellabona p. 116; Mur. 131, 1 a Como; Lupoli p. 52. — Initio lacunam notavi, sane enim hic sermo non est de *aede Dianae Virginis*, sed de *aedili duumviro* cuius nomen intercidit. - 1 A· V· D· D· M· V· Bacc. AEDEM Mur. ex interpretatione falsa. — 4 ALLENAIVS Bacc. — TER· GAL Bell. Lup., unde fecit Mur. GAL· TER; sed Baccius etiam TER· C· A...D. — 5 om. Bacc. — 5 SECVND Lup. — 6. 7 Bacc. ita: C· LVVERIVS· C· F· GAL· SABINVS· A· C· ARVNTIVS· C· F· GAL· A· L· AVD· D. — 6 SABINVS· I Bell., unde Mur. recte fortasse fecit SABINVS· F, SABINVS· ET Lup. — 7 ARRVTIVS Mur.

1899 Atripaldi in reg. Settesuoli in agro della Bruna.

protome viri togati cap. obvoluto

. . . .
. . .DESTO IIVIRA·
EX. . .D

Pionati I, 158.

1900 extra Atripaldam in coemeterio in pavimento eccl.

. . . . . . .LLINATIVM
. . .BISSI CVRAVIT

Pionati II, 49.

1901 Serini in vico S. Luciae rep. 1705 IV p. a loco dicto *la Città*, ubi credunt extitisse antiquum Sabatium (Giustiniani diz. IX, 15).

LVCCEIA· C· L· AVXESIS
PORTICVM· TESTAMENTO· P//
HS· IIII· M· N· FIERI· IVSSI//
D· D
FACIVNDVM· CVRAVIT
C· *I*VCCEIVS· MODERATVS

Egizio opuscoli p. 5 sq. Maffei M. V. 354, 1. — 2 P... om. Maff. — 3 IVS...SI... Eg. IVS om. SI Maff. — 6 LVCCEIVS Maff. — Ex hoc lap. fluxit inscr. quam inveni in schedis Cassittianis: LVCCEIA || PORTICVM CLAVXIT (i. e. C· L· AVX......).

1902 Atripaldae *strada del Carmine*, litt. palm.

CRETI· SVNT
BINVS· FECI

Descripsi. Ed. Barberio p. 12. Pionati II, 36.

1903 Atripaldae olim in stabulo ad palatium principis (in vico suburbano S. Virginis Gratiarum *d'Orv.*, ad aedem S. Virginis Gratiarum *Lup.*)

C· ARRIVS· C· LIB
CORYMBVS· AVG
CLAVD· EX· TESTAM
EIVS· ARBITRATV
HERENNIAE· RESTITV
TAE· VXOR· OPTIMAE· EI
ET· VRBANI· LIB· L· D· D· D

Bellabona p. 114, a quo videntur pendere sequentes: Mur. 192, 2 (a Como). d'Orville p. 600. Lupoli p. 54. Pionati II, 27 qui extare negat. — 6 VXORI d'Orv. Lup. Pion. — EI om. Mur. Lup. — 7 VRBANO Lup. male.

1904 Abellini olim in aedibus Spatafora prope episcopium, deinde in viculo ad orientem a Conservatorio.

*p avi*ANIVS· Ɔ· L· SELEV*cus*
AVGVST· SIBI· ET
*p· avia*NIO· Ɔ· L· SCITO· ET· AVIANIAE· P· *l*. . . .
. . . . .*avi*ANIAE· P· L· PRIMAE· L· VE. . . . . . .

Fab. Giord. ms.; Bellabona p. 121 (unde fluxit exemplum interpolatum et a me neglectum Lupoli p. 54); Pionati II, 67. — 1 L· ANIVS. Ɔ. L. SELE G., C· ANIVS. Ɔ· L· SELEV Bell., NIVS· Ɔ· L· SEL Pion. — 2 AVGVSTVS G., VGVST Pion. — 3 NI initio om. Pion. — in fine G. AVIA.... Pion. AVIANI..., Bell. AVIANAE· P..... — 4 init. NIAE Giord. — in f. VE om. Pion.

1905 Atripaldae in via S. Marci. (ante aedes Nicolai del Re *d'Orv.*)

M· OFILIO· M· E
SALVIO· AVGVST
FABIAE· M· L· EGLOGE

Descripsi. Ed. d'Orville p. 600; Barberio p. 9; Lupoli p. 54; Pionati II, 26 cf. I, 52, qui omnes OFILLIO.

1906 Abellini.

M· PACCIVS· M· L· NARCISSVS· AV*g*
CL· SIBI· ET· PACCIAE· FOR
TVNATAE· CONIVGI· B· M· ET· SVIS
FECIT· L· D· D· D

Fabretti 757, 617. Scriptor cod. Halensis (v. praef.) accepit ab amico Matthaeo Aegyptio ita plane ut legitur apud Fabrettum. — 1. 2 lege *Augustalis Claudialis*.

1907 Caprigliae in turri campanaria.

. . . .M· L· NYSO· AVG· ABEL. . . . .

Bellabona p. 107, ex eo Pionati II, 62.

1908 extra Atripaldam in agro ubi erutus est n. 1873, ingens epistylium ornatum scuto Amazonum, galea, sella cum scamno, lorica et galea.

GNATIO· C· F· GAL· MAG· MERCVRIALIS
SIBI· ET· VXORI
COTTIAE· D· F· SECVNDAE
OC· MONIMENTVM· HEREDEM· NON· SEQVETVR
EGNATIAE· C· L· GLAPHYRAE
QVIQVMQVE NO//NATISDI///PLR////////VIATOR
PAVLISPER C///////VS// / / /, /// /.,/. //
NEV GRAVE SIT TEN/////////////////////
PAV

Descripsi.

1909 Atripaldae in aed. Pauli Laurenzano *Bell. Mur.* Errore *Pionati* adhuc extare dicit.

A· FREIO· A· F· GAL
MERCVRIAL
AMATIAE· Q· F· MAXIM
VXORI
P· L· FREIS· FILIEI· FECERVNT

Bellabona p. 106, unde sequentes omnes videntur sumpsisse: Mur. 1238, 11 (a Como); d'Orville p. 600; Lupoli p. 70; Pionati I, p. 223. — 2 MERCVRIAL... Bell. d'Orv.; MERCVRIALI Lup. Pion.; MERCVRIALI· ET Mur. — 3 AMANTIAE Mur. — MAXIM Bell. d'Orv. Pion. MAXIMAE Mur. Lup. — 5 recte unus Bell.; FILI pro FILIEI Pion.; P· L· TREIS· FILII· EI· FECERVNT d'Orv., P· L· A· TREIS· FILI· FECERVNT Mur.; P...RE.... FILI· FECERVNT Lup. *Freis* est nom. pl. antique pro *Freii*.

1910 Atripaldae in foro, litteris bonis.

C· LVCIVS· C· L· BITHVS
MERCVRIALIS· VIVO
VELLEIAE· Ɔ· L· PHILVMINAE
QVID· ADTE

Descripsi. Ed. d'Orville p. 601. Barberio p. 12. Lupoli p. 72. Pionati II, 32.

1911 Atripaldae ante aedes Belli, rep. 1641 in Settesoldi.

A· AHIVS· A· L
SALVIV*S*· *S*IBI· ET
ATILIAE· Ɔ· L· SALVIAE
INFR· PED· XVI
INAGR· PED· XIIX

Exscripsi; desunt nunc duae litterae in 2. Ed. Bellabona p. 109. Franchi p. 5. Mur. 1569, 13 ab Ign. Maria Como. d'Orville p. 600. Barberio p. 11. Lupoli p. 71.

1912 In museo monasterii S. Petri ad Caesaranum prope Mugnano.

SEX· BRVTTIVS
SEX//////R

Descripsi.

1913 Atripaldae in aedibus Annuntiatae.

CATIENVS. . .
VIVOS· FE*cit*
P· CATIENVS· A. . .
RVFVS. . . .

Suppl. Barb. et sine v. l. Pionati II, 23.

1914 Atripaldae in aedibus Bello in hortis.

D· M
CERRINIAE· VE
NERIAE· MATRI
TREBATIA· SABI
NA· B· M· F

Lupoli p. 71. Pionati II, 31.

1915 apud Mugnano.

C· KADIO· C· L· CIMBRO
C· KADIO· C· F· GAL· RVFO
M· KADIVS· C· F· GAL· CELER
PATRI· *f*RATRI· SIBIQVE· VIVOS· FECIT

Lupoli iter Venus. p. 22 qui 4 in exemplo sibi allato PATRI· PATRI esse ait, quod recte emendavit.

1916 Atripaldae a Capo la Torre.

protome mulieris

LICINIA· C· F

Descripsi; ed. Bellabona p. 109 qui LVCILLA· C· F et melius Pionati I, 239. Ex hac inscr. videtur fluxisse ea quae edita est a Pionato I, 237 quasi extaret in villa Vincentii Bello, ubi nunc certe non exstat. Ea haec est: LICINIAE· C· F || ORDO· ET· POPVLVS || ABELL· OB· BENEVOLEN || GRAC· STATVAM | COLLOCAND | CENS· diciturque legi sub effigie Liciniae in anaglypho, quod sine exemplo est in inscriptione honoraria. Porro cum Pionatus hanc inscriptionem referat ad Liciniam Crassi filiam (C· F!) C. Gracchi uxorem, iam intelligitur fraus ex stulta interpretatione latius progressa. Eandem inscriptionem edidit Guarini alc. mon. ant. spieg. p. 33, qui extrema sic refert: OB· BENEV*olentiae* GRAT· STATVAM· COLLOCANDAM CENS. Insolita formula *ob benevolentiae gratiam* ex eo orta est, quod Guarinius Pionatii titulum sibi missum sive casu sive consulto more suo aliquantulum mutavit.

1917 Atripaldae ad S. Hippolisti sub aedibus Nicolai Laurenzano.

L LIVINEI· L· L· SCOA
LIVINEIAE· L· L· MARTH
SIBI· ET· POSTEREISQV
SVEIS· VIVOS· FECIT

Descripsi.

1918 extra Avellinum.

MESSIA· C· F· MONVM· FECIT
SIBI· ET· SVIS
C· OVIDIO· T· F· TVMVLO· ET
C· OVIDIO· C· F· LVPERCO· ET
T· OVIDIO· C· F· TVMVLO

Manut. orthogr. p. 532, 10, inde Grut. 881, 1.

1919 prope Atripaldam in agro occidentem versus DD. de Donato, qui dicitur *la città* crediturque fuisse antiquum Abellinum.

OFILIA· *l*· L
FIRMI*l*LA· *f*
SIBI· ET· SVIS
INF· P· VI· INAGR
PED· XVIII

Pionati I, 50, cui descripsit Vincentius Bello. Dedit OFILIA I· L || FIRMILIA· E. . .

1920 Atripaldae in foro in aedibus Laurentii Nizzetti.

POMPEIAE· P· F· C· FVRI
. . . .POLIAE· VIVO· DE· S· F
QVOD· MISERRIMVM· EST· MATER· FECIT

Pionati II, 37 qui ait inscriptionem nunc evanidam antea ita esse lectam. Quare cave ne tam incertum textum emendare velis.

1921 Atripaldae in via del Carmine.

protomae tres

C· RVBRIVS· C· L· HILARVS
MONVMENTVM· FECIT· SIBI· ET
RVBRIA· C· L· HILARA· C· RVBRIVS
C· L· ACCEPTVS

Descripsi. Ed. Bellabona p. 108, Lupoli p. 71, Pionati II, 32. — 3 RVBRIAE· C· L· HILARA Bell. RVBRIAE· C· L· HILARAE Lup. Pion. — Versuum veram distributionem solus Bellabona habet. Barberio p. 11 imperfectam dedit.

1922 rep. 1790 ad ripam Sabati ibique muro infixa est inversa. Vidi, sed per aquarum altitudinem describere non potui.

D· M
STATILIA
PROTA
SIBI· ET· SVIS
IN FRO PED XVI
IN AGRO PED XVIII

Suppl. ad Barb. et Pionati II, 19. — Suppl. om. 1; 2 legunt SESTILIA, 5 FR·, 6 AGR·

1923 Atripaldae.

Bellabona:

R· VSOR
F· IVSMF

Pionati:

VIBIAE N· F· RIFVS OR
H M P
IN FR PED XIV
IN AGR PED XVI

Bellabona p. 96 ded. aeri incis., unde sumpsit d'Orville p. 600. Diverse Pionati II, 20.

1924 Abellini in aedibus Capassela, rep. fortasse Capriglíae.

D· M
. . . .
ex TESTAMEN*t*· HS· L ARBITR*atu* PACTVMEIAE
H· M· S· S· H· N· S
INF· P· XXC· IN· AG· P· XXC

Bellabona p. 108, unde videntur habuisse Lup. p. 70. Pionati II, 54. — 1 om. Lup., recte. — Lacunam ego notavi. — 2 TESTAMENTVM omnes ex compendio male explicato. — ᴟᴟ pro ᴟᴟ Bell.; om. Lup. — ARBITRIATVM Bell.; ARBITRATV Lup. Pion. — 4 XXI pro XXC Lup.

1925 prope Atripaldam in agro dicto la Cività.

P· POMELIANVS
LVC· F· FELICIANVS
ET RECIVI SIBI ET
SVIS

Pionati I, 50 a Vincentio Bello. Emendet qui potest.

1926 prope Atripaldam in agro dicto la Cività.

D· M
IMPIAE· IVSTE
FORIA VAETINA
PIVS ACVS FILIAE
IM· VIX
IS· XXX
MATER· PONERE//C//

Pionati I, 50 cui descr. Vincentius Bello. Videtur rupta initio et leg. 5 *ben*EM, 6 *ann*IS.

1927 Atripaldae in hortis Nicolai Cinnamo, basis.

LLICARPVS T MXDXI *miles galeatus cum scuto* OK CA. .

Pionati II, 24. Spectat fortasse ad gladiatorem pugnas enumerantem.

1928 olim in villa Bello.

. . . . ARI. . . .
. . . . QVOD. . . . .
. . . . LECTO. . . .

Pionati II, 37.

1929 Atripaldae in crypta S. Hippolisti.

. . . . . ENNIO· FIERI· IVSSIT

Pionati II, 122 qui ait male Barberium legere LAVIC pro ENNIO.

1930 Tiberii Carbonarii senatoris Abellinatis nomen sub protome viri laureati ad ripam Sabati lectum esse auctor est Bellabona p. 107.

1931 in scalis cryptarum S. Hippolisti.

AS//////· VS AVCTVS/////
//////////////ET VETTIAE//I

Descripsi.

1932 Atripaldae in aedibus Moschella.

. . . . . . P· L· ALEXAND
. . . . . . IT. SIBI· ET· VER. . .
F· C· I· EP· EX
T· T. . .

Pionati II, 37.

1933 Abellini.

C· T· C
MARC
RILLA
L· D

Mur. 1772, 3 a Como.

1934 Atripaldae in aedibus Sabini Moschella, fragm.

C:
A· P· COROLLA

Barberio p. 12. Pionati II, 24, sed accuratius suppl. Barb.

1935 Abellino ad eccl. septem dolorum.

. . . . . ABINO

Pionati II, 69.

1936 in aedibus Antonii Russo *alli fossi.*

LFV. . . . . F
ALI. . . .

Pionati II, 36. In suppl. Barb. sic est.

LF. VF
AL

1937 in vico S. M. Gratiarum in aed. Tremante.

APC

Pionati II, 25.

1938 in hortis Bello.

ORDI

Pionati II, 25.

1939 Abellini al vicoletto della Madonnella.

V· S· G· F· G

Pionati II, 63.

1940 CARA PILA

ait Bellabona p. 107 legi Capriglíae in eccl. sub capitibus duobus, unde multos errores topographicos procudit.

1941 Aielli in agro Abellinate ad maiorem ecclesiam.

HIC REQVIESCIT IN PACE DEI SERVVS
IOANNIC· VV· PRAESBYT· QVI· VIXIT· ANN· LXXX
EVOCATVS A DOMINO DIE XIII KAL· AVGVSTI
BASILIO· V· C· SEDIT· ANN· XXI p.Chr. 541?

Franchi p. 463, ex eo Lupoli p. 73, qui 4 inseruit CONS post V· C. Fuitne P· C· BASILI· ANN· XXI?

1942 in monasterio S. Petri ad Caesaranum prope Mugnano.

.. QXIESCIT IN PACE
NXS LICTOR QVI XIXIT
NOS PL MS XIII DPS III KLS SEP
BRIS XVII P CS BASILI p. Chr. 558
KDIOVM VOS CONIVR VT NI QVI SEPOLTVRA MEA VIOLET

Descripsi. Ed. Lupoli iter Venus. p. 23, qui 5 edidit *ante iu*DICIVM. Sane o, quod est in lap., oriri potuit ex litteris CI negligenter connexis.

V. ABELLA. (*Avella*)

Inscriptiones Abellanas ante complura saecula feudi dominus Octavius Cataneus pilis ante domum baronalem in foro publico extructis infigendas curavit, egregio exemplo, quod si plures imitati essent, melius actum esset de regni Neapolitani inscriptionibus. Quare cum fere omnes ipse viderim, libri minus mihi profuerunt. Quaedam inscr. Abellanae med. saec. XVI fortasse per Hadr. Gul. Spadaforam innotuerunt viris doctis Romae degentibus *Panvinio* et *Manutio*, item *Waelscapplio* et per Gutenstenii Pighii aliorumque schedas *Grutero;* collocantur nescio quare *iuxta Neapolim alla Rocca* vel similiter. Saec. XVI exeunte quasdam ibi transscripsit Sirmondus, quas dedit Grutero. Postea scriptores rerum Neapolitanarum *Fabius Giordanus* (cuius schedas ms. mea causa excerpsit Minierius Riccius) et *Capaccius* (1607; hist. Neap. l. II c. 30, p. 896—898 ed. pr.), et Nolanae historiae ecclesiasticae *Remondinius* (1747; tom. I p. 259—293) lapides Abellanos ediderunt. Remondinius praeter eos quos vidit alios edidit acceptos a *Marco Mondi,* cui in via Appia (1745) *Pratillius* quoque (ni fallor) accepta quaedam retulit. Fortasse quae Marco huic attribuuntur a Remondinio, venerunt a Pratillio qui saepe sub nomine alieno fraudes protulit; certe dabitur in falsis tituli a Pratillio ficti recensio altera cuius Remondinius Mondum auctorem laudat et ipsa Pratillio digna; et omnino cautione opus esse in Remondinianis titulis apparebit in falsis. Ceterum in Abellanis Pratillii sunt quoque genuina primum ab eo edita (v. n. 1945). — *Ignatius d'Anna* (*Avella illustrata* Nap. 1782 tom. 1. 2.) Remondinium expilavit, propria habet paucissima.

1943 Abellae in aedibus Petri del Mastro.

AP· IVNIO· SILANO· P· SILIO· NERVA· COS p. Chr. 28
K· IANVAR
L· POPPAEVS· VRBANVS· APOLLINI· SIGNVM· SACR· SEDEMQ· DIKAVIT

Descripsi, ad quod meum exemplum edidit Borghesi Annali XXI (1849) p. 26.

1944 Abellae nuper rep. *Remond.*

GERMANICo *caes*
TI· AVG· F· DIVI *aug· n*
DIVI· IVLI· PRON*epoti*
AVGV*r*· COS· II *imp· ii* p. Chr. 18

Remondini I, 267 (ex eo d'Anna II, 146) ita dat cum absurdis supplementis Marci Mondi: *imp· caes·* GERMANIC || *divi* TI· AVG· F· DIVI || *aug· n·* DIVI· IVLI· PRON· || AVGVS· (sic err. typ. ut vid.) COS· II, quae ipsa sua absurditate inscriptionem videntur tueri; Marci Mondi enim quae nomen prae se ferunt inscriptiones, videndum est ne sint Pratillianae.

1945 litteris optimis, Abellae ad S. Petri in via publica apud aedes Iosephi Majellae partem priorem vidi *ego;* 'nella parte vecchia della città là dove si chiama S. Petro in su la muraglia della casa di M. Bruno'. *Rem.* Abellae bipertita *Prat*

SEX· POM|*PEIO· CN· F*
COS· PATR|*ONO· COL* u. c. 749 Borgh.
|*D· D*

Priorem partem descripsi ego; integram edidit Pratilli p. 445, qui ait lapidem esse fractum in duas partes. Post Pratillium legitur apud Remondinium I, 262 et d'Annam II, 179. 271, quorum neuter sinceritatem alterius partis extra dubium ponit; d'Anna enim nihil nisi exscripsit Remondinium, Rem. etsi locum accuratius Pratillio indicavit itaque ex Pratillio non sumpsit, tamen complura apud eum extant a Pratillio supposita fierique etiam potuit, ut prius fr. ex lapide describeret, alterum ex Pratillio adderet. Nuper meum exemplum ed. Borghesi Annali XX (1848) p. 238, quem vide.

1946 Cimitile prope Nolam rep. paulo ante a. 1747, deinde in seminarium Nolanum delata, ubi nunc non extat.

*pompe*IANI
BARBARIVS· POMPEIAN
V· C· CONS· KAMP· CIVITA
TEM· BELLAM· NVDA· ANTE
SOLI· DEFORMITATE· SORDEN
TEM· SILICIBVS· E· MONTIBVS
EXCISIS· NON· E· DIRVTIS
MONVMENTIS· ADVEC
TIS· CONSTERNENDAM
ORNANDAMQVE· CVRA
VIT
CVR. . . . . PRO
CVLO· PATRONO· ET· CVR
ABELLANORVM

Remondini storia I, 67. 248 (inde Pratilli cons. p. 68), iscr. del Sem. n. 5; qui p. 249 commemorat notas Marci Mondi in hunc titulum scriptas. Lupoli iter Ven. p. 15. — 1 om. iscr. del Sem. POMPEIANI Lup. ex suppl. — 2 BARBARVS iscr. del Sem. — 12 CVR· NN. . . . PRO iscr. del Sem.; CVRANTE· V· C· TI· PRO Rem. storia itaque Lup., quae lectio videtur interpolata. — 13 PATRON· iscr. del Sem. — 14 ABELLANORVM . . . Rem. stor. ABELLIANORVM iscr. del Sem.

1947 Abellae in foro, basis.

N · MARCIO
N · F · GAL
P L A E T O R I O · C E L E R I
Q V A E S T · II · V I R · 7 L E G · VII
G E M I N · 7 L E G · X V I · F L · F I R M
D O N I S · D O N A T O · A · D I V O
T R A I A N · B E L L O · P A R T H I C
lituus C O R O N A · M V R A L I · T O R Q V I B *simpulum*
A R M I L L I S · P H A L A R I S · 7 L E G · II *sic*
GALL · 7LEG · XIIII · GEM · MART · VICTR
7LEG · VII · CL · P · F · 7LEG · I · ADI · P · F · P · P · LEG
E I V S D · P R A E P O S I T · N V M E R O R
T E N D E N T I V M · I N · P O N T O *fissura scripto* A B
S A R O · T R I B · C O H · I I I · V I G *antiquior*
PATRON · COLON
D D

Descripsi. Ed. Grut. 1096, 6 a Sirmondo. Capaccius p. 897. Remondini 1,266. d'Anna II, 278. Kellermann vig. n. 34 e Grut. — 9. 10 LEG · II · || . . . AN Grut., unde *traiAN* Kell.; LEG · II · ||GAN Rem.; mecum consentiunt Cap. d'Anna. Vereor tamen ne scribendum sit LEG · III · GALL, etsi in numero omnes consentiunt.

1948 Abellae in foro.

L · ANTISTIO · L · F · GAL TIRON
PRAEF · DECVRION
DECRETO · IVRE
DICVNDO

Descripsi. Ed. Capaccius p. 897; Reines. VI, 6 e Capaccio; Remondini I, 264; d'Anna II, 280; Lupoli inscr. Corfin. ed. 2 p. 128.

1949 Abellae in foro.

POMPEIAE · C · F · RVFAE
MATRI · TIRONIS
PROBA · ET · SANCTA
CARA · SVIS · VIXIT

Descripsi. Ed. Capaccius p. 897; Reines. XVII, 96 e Capaccio; Remondini I, 267; d'Anna II, 201.

1950 Abellae in foro.

T · ANTISTIO · T · F
GAL · CILONI · DVO
VIR · IVRE · DICVND

Descripsi. Ed. Capaccius p. 897; Reines. VI, 6 ex Capaccio; Remondini I, 264; d'Anna II, 280; Lupoli inscr. Corfin. ed. 2 p. 128.

KAL· IVNIAS· XV· POS

Remondini I, 525.

VII. NVCERIA ALFATERNA. (*Nocera de' Pagani*)

2095 Nuceriae Alfaternae.

D· M
T· TREBIO· PRISCO· VET
SIGNIF· EX CLASSE PR
MISENENSIVM MILI
TAVIT ANN· XXVI· VIX
ANN· LX· VALERIA
FESTA· CONIVNX PIEN
TISSIMA CONIVGI DVLCIS
SIMO· ET· T· TREBIVS
PRISCVS· FIL· PAIRI KA *sic*
RISSIMO· B· M· FVIT
NATIONE BESSVS SIBI ET SVIS

Misit Fiorellius.

2096 Nuceriae illaesum et intactum rep. est cineribus Vesuvii remotis.

M· VIRTIÓ· M· F· MEN
CERAVNÓ· ÁEDILÍ· IIVIR· IVRE
DICVNDO· PRÁEFECTÓ· FABRVM· V· VIR
CVI· DECVRIÓNES· OB· MVNIFICENTIAM
EIVS· QVOD· EQVOM· MAGNVM· POSVERAT
ET· DENARIOS· POPVLÓ· DEDICATIÓNE· EIVS
DEDERAT· DVÚMVIRATVM· GRATVITVM
DEDERVNT· NVCERIAE

vir togatus cum tribus bacillis, duobus tenuibus, tertio crassiori et fasciis ornato — *similis togatus*

sella curulis
telamon parvus — *telamon parvus*

Ed. *Franciscus Pellicano intorno ad un antico monumento in marmo* Nap. 1826. 8. pp. 50, qui aeri incidit. Cf. Avellino opusc. III p. 155. 173.

2097 Nuceriae in S. M. Maioris s. *della Vittoria*.

T· GELLIO· T· L· INGEN
AVGVST
OPTIMO· PATRONO
T· GELLIVS· T· L· INGENV

Descripserunt Kellermanno Ambrosch, Borghesio Henr. Schulze et Minervinius, mihi Bethmann. Ed. Giustiniani diz. geogr. T. VII p 41 a de Vincenzi. Hoare class. tour I, 205.

2098 prope Nuceriam in monasterio Olivetanorum.

M· GENICIVS
MENECRATES
AVG· SIBI· ET
ACCIAE· MAXIMAE· VX
ET· SVIS

Manut. Orth. 41, 3, ex eo Grut. 416, 4. Pacichelli memorie novelle de' viaggi Nap. 1690 T. II p. 142.

2099 Nuceriae *Fabr.*, in villa Lebroja (vel potius de' Broja) agri Nucerini *Mur.*, de quo pago cf. Giust. VII, 45.

P· AIO· P· F· MEN
EX· TESTAMENTO

Fabric. Rom. ed. 1549 p. 67. Mur. 1627, 13 ex sched. Ambros.

2100 Nuceriae in scalis episcopii.

L· ALBINIVS· M· F
COR
EX· TESTAMENTO

Giustiniani diz. geogr. T. VII p. 41 a Vincentio.

2101 Nocera de' Pagani.

L *fVl*VIO· M· F· MEN
CANO
PA*q*VIA· VXSOR
ARBITRATV
IRENNI· O· F· FL· FAVSTI
C· F

Marini Arv. I p. 269, qui LIVIVIO et PAOVIA. — 5 scrib. vid. L· RENNI· Q· F· F(*ilii*), L· FAVSTI· C· F.

2102 Nuceriae.

D· M
GAVI*di*AE
SATIRAE

Gud. ms. 671, 6, ed. 321, 19 fortasse a Stephanonio. — 2 GAVIRAE Gud.

2103 Nuceriae in scalis episcopii.

HERMA· VIX
ANN· XXXXV
FECIT· COSERVA· EIVS

Giustiniani diz. geogr. T. VII p. 40 a Vincentio.

2104 in Casolla villa ditionis Nucerinae *Mur.*, de quo pago cf. Giustiniani VII, 45.

DIS· MANIB
IVCVNDO
VIX· ANN· VIII· M. VIII
D· XII
Q· PACCIVS· IVCVN
DVS· FECIT
FILIO· SVO

Mur. 1174, 10 e sched. Ambros.

2105 Casollae in villa agri Nucerini *Mur.* Cf. n. 2104.

D· M
P· SENECIO
MAXIMO
CONIVGI
B· M· FEC
BARIA· PARASCEVE

Mur. 1402, 4 e sched. Ambros.

2106 Nuceriae in scalis episcopii.

VALERIA
GAL*l*A

Giustiniani diz. geogr. T. VII p. 40, cui misit Andreas de' Vincenzj litteris scriptis 8. Apr. 1804. — GALIA Giust.

2107 Nuceriae in scalis episcopii.

D M
M//////ICI
PROSDOXI
VIX· AN· LX

Giustiniani diz. geogr. T. VII p. 40 a Vincentio.

2108 Nuceriae.

CONIV
X· CON
IVGI· H
OMINI
BONO

Garrucci Isernia p. 133.

2110 Nuceriae in pavimento templi rotundi.

hic REQVIESCIT
IN· PACE· HO
*nor*IVS· NOT· SCAE
eccl· NVCERINAE
qui VIXIT ANN
pl· m· XL· DEPOSITVS
est· s· D· IIII· KAL· OCTOB
ind· DVODECIM p. Chr. 548?
*p· c· b*ASILI· V· C· ANN
vii?

Gud. ms. 7, 6; ed. 368, 9.

2109 Nuceriae in aede S. M. maioris. Fraude Cumis *Mazella*, errore Nuceriae Umbriae *Mur.*

HIC· EST· POSITA
ALLIA· BLESILLA· RARI· EX
EMPLI· FEMINA· QVAE· VIXIT
ANNIS· XXVI· M· DVO· D· XII
DVLCISSIMAE· CONIVGI· FECIT

Manut. orth. 34, 1. 349, 4 (unde pendent Mazella antiq. Puteol. Cum. n. 3 e Manutio, Capacc. hist. Put. p. 186, hist. Neap. l. II c. 20 p. 675 e Mazella sine dubio, Grut. 754, 1 e Manut., 753, 5 e Mazella, Don. XII, 41 e sched. Vatic. i. e. Manutii). Gud. ms. 7, 5, ed. 263, 6. Mur. 1294, 6 a Camerinio. Marini Arv. p. 49 n. 6 ex lapide correxit. Henricus Schulze descripsit Borghesio, Kellermanno Ambrosch. — 1 POSITA EST Gud. — 2 ALBVCIA Maz. ex interpol. — BLASILLA Mur. BASILLA Don. — 4 ANNIS Man. Don. Schulze, ANNOS Gud. — VIX· ANNOS. XXX· M· SEX· D· XIX Maz. ex interpol. M· II· Mur. — 5 DVLCISSIME Schulze, DVLCISIME· COIVCI Ambrosch.

VIII. SVRRENTVM. (*Sorrento*)

Primus epigrammata Surrentina edidit *Manutius* 1566, qui nescio quo errore quaedam ex iis ponit Gennadii, loco mihi ignoto; neque nova addidit Gruterus. — Secutus est *Capaccius* 1607, qui in hist. Neap. L. II. c. 12 dedit titulos Surrentinos haud paucos, sed male neque ullo versuum ordine observato descriptos, subinde etiam interpolatos, ut Faustae uxoris Constantini. Hunc exscripserunt Reinesius Sponius Fabrettius, quique postea de Surrentinis antiquitatibus egerunt plerique lapides maluerunt ex Capaccio describere quam ex archetypis. — Quae *Gudius* dedit ms. p. 115, 1. 2. 3. 4. p. 116, 1 versuum ordine non retento, e Capaccio quidem non sunt descripta (separantur enim tituli Gratiani et Constantini et plenior est aliquot litteris titulus n. 2143), sed ex schedis quibus usus est Capaccius, a quo inscriptiones Surrentinas non ex lapidibus, sed ex schedis exhiberi per se probabile est confirmaturque eo quod titulus Faustae in schedis Gudianis invenitur ita interpolatus ut legitur apud Capaccium. Melius descriptae sunt inscriptiones Surrentinae apud Gudium ms. 299, 1. 2 (ab auctore mihi ignoto; notat Gudius alias inscriptiones Surrentinas non afferri cum exhibeantur a Capaccio) et 452, 1 (a Carolo Strozza Florentino). — Quae *Donius* e ms. antiquo, *Muratorius* e schedis Cyriaci et Mazae protulit quaeque *Pocockius* (in inscr. ant. 1752) edidit pessime a se descriptas inscriptiones Surrentinas, exiguam utilitatem habent; item *Philippus Anastasius* (*lucubrationes in Surrentinorum ecclesiasticas civilesque antiquitates* Romae 1731. 4. T. 1. 2) quotquot inscriptiones refert e Capaccio descripsit neque *Vincentii Donnorso* (Neap. 1740) aliorumque historiae Surrentinae quidquam nobis dederunt. Inéditos titulos Surrentinos postea protulerunt *Ludovicus Agnellus Anastasius* (animadversiones in librum F. Pii Thomae Milante Neap. 1751. 4) et nuperrime vir haud indiligens *Bartholomaeus Capasso* (*topografia storico-archeologica della Penisola Sorrentina e raccolta delle antiche iscrizioni edite et inedite appartenenti alla medesima.* Nap. 1846. 8). His ultimis annis *Franciscus de Luca* Surrentinus nuper defunctus praeter eos qui in domo archiepiscopi adservantur lapides patrios sparsos et recens inventos collegit, quos in aedibus eius descripsi schedisque etiam eius usus sum post Capassum.

2111 Surrenti in aedibus archiepiscopi, optimis et magnis litteris.

AVGVSTVS
*co*S· V· DESIG· VI· P· *imp· vii* u. c. 725
PERMISIT

Descripsi. Ed. Anastasius p. 146 melius quam Capasso p. 92 qui nescio quo errore negavit extare versum tertium.

2112 Surrenti in porta utraque, duae bases simillimae.

IMP· CAESARI
DIVI· TRAIANI· PARTHIC· F
DIVI· NERVAE· NEPOT
TRAIANO· HADRIANO
urceus AVG· PONT· MAX· TR· POT· V (*in muro latet*) p. Chr. 12½
CO*s·* ·III
OPTIMO· MAXIMOQ· PRINC
DECVRIONES
MVNICIPESQ· SVRRENTINI
PECVNIA· CONLATA

Descripsi. In altero exemplo 3 NEP·, 5 MAXIM·, 9 SVRRENT legitur. Descripsit iam Kiriacus, cuius exemplum extat apud Mich. Reg. p. 95 (cf. Mur. 1083, 7). Ed. nunquam bene, saepe pessime Manut. orth. p. 373, 23 (hic melius ceteris; Grut. vid. praeterisse); Capaccius L. II c. 12 p. 507; Reines. III, 13 e Cap.; Spon. p. 197, 2 (ex eodem, sed adhaesit clausula ex titulo n. 2116); Donat. 215, 5 ex Sponio; Gud. ms. p. 115, 3, ed. 89, 8; Don. III, 14 ex ms. antiquo; Mur. 1083, 7 e sched. Cyriaci et Donio, 1993, 2 e schedis Mazae; Anastas. p. 143; Pococke p. 69 n. 5; Capasso p. 80. — Ex altero exemplo in multis locis evanido fluxit inscriptio haec apud Capacc. L. II c. 12 p. 506: IMPERATORI· CÆSARI....TRAIANI· F || ....SVRRENTINA· RESPVBLICA, quam inde repetiverunt Reines. III, 14; Spon. misc. p. 197, 1; Anastas. p. 143; Capasso p. 79.

2113 Surrenti sub arcu turris camp. eccl. cath.

INSTAVRATORI· ORBIS
TERRARVM· PERPETVO
AC· PIISSIMO· IMP
D· N· FL· VALERIO
CONSTANTINO
MAXIMO· PIO
FELICI· SEMPER· VIC
sic TORIS· AVG· RESP
SVRRENTINORVM· D· D

Descripsi. Habet iam Kiriacus (Mich. Reg. p. 95) satis bene descriptam. Ed. Capacc. L. II. c. 12. p. 507 (qui confudit cum titulo n. 2115 quod imitata sunt exscriptores eius Reines. III, 61; Spon. p. 197, 3; Anastas. p. 143; Capasso p. 85); Ughelli VI, 594; Gud. ms. 115, 1, ed. 94, 10; Don. III, 66 ex ms. antiquo; Mur. 1083, 6 e sched. Cyriaci et Donio, 1994, 10 e schedis Mazae: Pococke p. 70 n. 7; Mai Script. Vatic. T. V p. 246 citans sched. Barberinas; Capasso p 84

2114 Surrenti ad eccl. cathedralem.

PIISSIMAE· AC· VENERAVI
LI· D· N FAV////AVG
VXORI D· N· MAXIMI
VICTORIS· AVG
CONSTANTINI/./
//CI D· D· D· N· N· N
/////////S CONSTANTINI
CONSTANTI/////
///////IMORVM////
*resp· surrentin*OR

Descripsi. Dudum edita est haec inscriptio, sed per interpolationem ad Helenam matrem Constantini relata, cum pertineat ad Faustam uxorem eius. Auctor huius interpolationis est Capaccius vel potius schedae ab eo exscriptae L. II c. 12 p. 508, unde sumpserunt Ughell. VI, 593; Reines. III, 53; Spon. misc. p. 197, 4; Gud. ms. p. 115, 2, ed. 95, 5; Anastasius p. 145; Mai Script. Vat. V p. 238; Capasso p. 85 qui solus aliquid de archetypi statu monuit Ne Giovenazzi quidem (apud Mai Script. Vat. V p. 238) interpolationem indicavit. Unus Pococke p. 69 n. 2 ab hac labe immunem, ceterum admodum corruptam dedit. Denique ex accuratiori Brunnii apographo edidit et supplevit Borghesi Bull. dell' Inst. 1845 p. 63; eundem esse titulum cum eo qui vulgo Helenae tribueretur intellexit Minervini Bull. Nap. IV p. 120. In lituris 2. 3. 5/6 perierunt FAVSTAE-VXORI-MATRI; quid deletum sit 7 ignoro. In fine lapis evanidus est, non rasuris sed temporum iniuria; 8 fin. et 9 init. videtur scriptum fuisse CONSTAN||TIS· OPTIMORVM, nam non potuit deesse Constans tertius Faustae filius, praesertim cum tres D· D· D initio ponantur. Ego 8 fin. deprehendere credebam vestigia litterarum CAES, quod male mihi videor legisse pro CONS. Versu ultimo Cap. et seqq. ORDO· ET· POPVLVS· SVRRENTINOR; scripsi RESP· SVRRENTINOR, quod est in altera inscriptione Surrentina Constantini n. 2113 huius fortasse socia. Apographum meum exhibet haec vestigia incerta: ......INI...VMI//OR ubi videtur VMI|OR esse clausula NTINOR.

2115 Surrenti sub arcu turris camp. eccl. cath., lapis rescriptus.

D· N· FLAVIO
(in muro latet) GRATIANO *patera*
SEMPER
AVGVSTO

Descripsi. Ed. Ughelli VI, 594; Gud. 95, 10 (ms. 299, 2); Anastas. p. 149; Mur. 1995, 5 a Como; Pococke p. 69 n. 3; Capasso p. 84 et confusam cum alia n. 2113 Capaccius L. II c. 12 p. 507 et Capaccii exscriptores Reines. III, 61; Spon. 197 n. 3; Anastas. p. 143; Mai script. Vat. V, 269 (exscr. Giovenazzi); Capasso p. 85, quorum hic confusionem perspexit.

2116 Surrenti in aed. Ferdinandi Brangie olim regii collateralis ut vocant consiliarii *Gud.* 299. Surrenti in via publica *Gud.* 452.

FLAVIO· FVRIO· FAVSTO
V· C· TRIBVNO· ABORIGI
NI· PATRONO· OB
MERITA· LABORVM
SVORVM· VNIVERSVS
ORDO· ET· POPVLVS· SVR
RENTINORVM· STATVAM
NOBILITATI· EIVS· ERIGEN
DAM· CENSVIMVS

Primus edidit Capaccius L. II c. 12 p. 507, quem adhuc secuti sunt quicunque postea dederunt: Reines. III, 39; Spon. p. 198 n. 5 cf. 197, 2; Fabretti 398, 287 e sched. Barb.; Anastas. p. 143; Voyage pittoresque de Naples et de Sicile Paris 1783 P. III p. 182; Capasso p. 79. Ego do ex Gudii ms. 299, 1, ubi melius descriptam inveni et arbitror inde me restituisse genuinum vv. ordinem more suo a Capaccio neglectum; genuinus mihi videtur, quoniam eundem descriptorem in titulo n. 2115 quem statim subiicit vv. ex lapide divisisse vidi. Iterum extat vv. aliter divisis Gud. ms. 452, 1 accepta a Carolo Strozza senatore Florentino. — 1 FLAVIO Cap. Gud. 452. FL· Gud. 299. — 3 AB· ORIGINE· Cap. — 8 FACIENDAM Cap., sed ERIGENDAM Gud. 299. 452. — 9 CVRAVIMVS Cap., sed CENSVIMVS Gud. 299. 452. — Versuum divisio 452 est haec: F· F F || V. C· T· ABOR· || P· O || M· L· S || V· O || E· P || S· STA||TVAM· N· E || E· C.

2117 Surrenti in porta, olim in sacra turri S. Antonini. — Gennadii *Manut. Grut.*

M· VLPIO· PV
PIENO· SILVA
NO· V· C· *CIVI*
ORATORI
ORDO· ET· POPV
LVS· SVRRENTI
NORVM· PATRO
NO· PRAESTANTISSIMO

Descripsi. Extat iam apud Kiriacum (Mich. Reg. p. 95). Ed. Manut. orth. 720, 5; Grut. 489, 3 ex Ursino et Manutio; Capacc. L. II c. 12 p. 507; Gud. ms. p. 115, 4; Anastasius p. 143; Pococke p. 69 n. 4; Capasso p. 80. Litteras quae nunc evanuerunt supplevi e prioribus. — 2 PVPIENIO Kir. Gud. ms. — 3 CVI Kir.

2118 Surrenti.

VIRO· INL· EI
OB · MERITIS

Anastas. p. 147 confusam ed. cum titulo n. 2138. Separandam esse vidit Capasso p. 91.

2119 tabula quadrata, in cuius parte superiori capitis locus insculptus est, Surrenti penes Fr. de Luca.

T· C· LONGINV *sic*
CORTIS· V· PR·
SPECLATOR V F
SIBI· ET· SVIS
D· M·
V· A· XXVI·

Descripsi. Ed. Capasso p. 97. — 4 lapicida primum male scripsit VE.

2120 Surrenti ad aedem cathedralem litteris bonis.

DIS· MANIBVS
M· STABI· VERI
CENTVRIONIS
COH· II· PR
TRECENARI

Descripsi. Ed. Capaccius L. II c. 12 p. 508; Reines. VIII, 39 e Capacc.; Anastasius p. 145; Mur. 2036, 4 a Como; Pococke p. 70 n. 8; Capasso p. 84.

2121 Surrenti.

D M
T ARVLIO· TA
TENTI· NATIO
NE · *SARDO* · M · *Cl*
PR · *MIS* · HEREDES
B· M· F

Hanc inscriptionem integram edidit Capaccius L. II c. 12 p. 509 (ex eo Reines. VIII, 40. Fabrett. 650, 427 e sched. Barb. Anastas. p. 146. Capasso p. 89), fractam Anastasius p. 147 (ex eo Capasso p. 92), qui non habet quae inclinatis litteris exhibentur. — 2 TARVLLOTA Cap., ...LIOTE An. Cognomen corruptum videtur. — 4. 5 M· C· E· PRIMIS· Cap., M· C· || ..... An., unde feci M· CL· PR· MIS, cum Reinesius et Fabrettus inde effecissent *municipii Calaritani e primis* et similia.

2122 Surrenti.

D· M
CAESIVS
NEMIS· EX· CLASSE
PR M· ANNIS
XXX· NAT· VIX

Anastasius p. 146 (inde Capasso p. 91).

2123 Surrenti in porticu S. Francisci, tabula magna, cui superne inserti fuisse videntur clupei aerei loris pendentibus.

s|ACERD· PVBLIC· VENER
et cereris? h|VIC· MATRONAE· STATVAM
loco dec· decr· d|ATO· IN· AEDEM· VENERIS
ponendam cu|RAVERVNT ▪ HVIC
decuriones p|VBLICE· LOCVM· SEPVLTVRAE· ET
impensas funer· iis...|ET· STATVAM· DECREVERVNT

L· CORNELIO· L· F· MEN· M|
FLAMINI· ROMAE· TI· C|*aes· aug*
AVGVRI· AED· II· VIR· QV|*inquenn*
PRAEF· FABR· BIS· HIC· TOGAE· VIR|*ilis die*
CRVSTVLVM· ET· MVLSVM· POPVLO| *dedit*
AEDILITATE SPECTACVLVM· GLADIA|*torum*
CIRCENSIVM· DEDIT· OB· HONO|*rem IIvir*
DECVRIONIB· MAGNAM· CENAM· D|*edit quin*
QVENNALITATE· SVA· LVDOS ·SPL|*end· edidit*
HVIC· DECVRION· PVBLICE· LOCVM|*sep· et impensas*
FVNER· HS L· ET· STATVAM|*decreverunt*

Descripsi. Ed. Capaccius L. II c. 12 p. 507; Reines. VI, 32 e Capaccio; Spon. misc. p. 198 n. 6 ex eodem, Donat. 243, 2 ex Sponio; Anastas. p. 144; Capasso p. 81. 82; Garrucci antichità de' Liguri p. 32. — Quod ad suppl. 2 inscr. secundae attinet, cf. Orell. 3874.

2124 Surrenti in porticu S. Francisci, tres inscr. in eadem tabula.

|AE· L· F· MAGNAE·
sacer|DOTI· PVBLIC
vener|IS· ET· CERERIS

M· SITTIO· C· F· FAL
FRONTONI· SAVFEIO
PROCVLO
VIX*it an*NVM· ET· MENS
TRE*s hui*C· DECVRION
LOC*um sep*VLTVRAE· ET
IN· FV*nus* HS L· DECR·

T· CLODIO· C·|*f*....
PRO|*culo*
PRAEF· FAB|*r*
TRIBVNVS MI|*l· leg· iiii*
SCYTHICAE · LEG|*ato ab imp*
CAESARE · AVG|*misso pro*
CENSORE· AD· LV|*sitaniam*

Descripsi. Ed. Anastas. p. 144, Capasso p. 82. 83. qui in tertio titulo 2 PROC...., 3 FABR..., 4 MIL...

2125 Surrenti ad eccl. cathedralem.

L· ARRVNTIO· P· F· L· N̄
MEN· RVFO· EIEDIO· PROCV
LO· VIX· ANN· XXIIII
HVIC· DECVRIONES· STATV
AS· DVAS· ALTERAM· EX
PECVNIA· PVBLICA· ALTE
RAM· EX· AERE· APOPVLO
CONLATO· INFORO· PO
NENDAS· DECREVERVNT

Descripsi. Extat iam apud Kiriacum (Mich. Reg. p. 95). Ed. Manut. orthogr. 78, 4; Iacobon. app. ad Font. p. 42; Grut. 366, 3 ex Manutio; Capaccius L. II cap. 12 p. 507: Ughelli VI, 594; Anastasius p. 145; Pococke p. 70 n. 6; Lupoli inscr. Corfin. ed. 2 p. 265 e schedis suis; Capasso p. 83.

2126 Surrenti ad aedem cathedralem.

D· M·
Q· VALERIO· SA
LVTARI· AVG· PV
TEOLIS· ET· CVMIS
ET· VALERIAE· TRY
FENAE·
HEREDES

Descripsi. Ed. Manut. orth. 405, 23, Grut. 481, 2 ex Aldo, Capaccius L. II c. 12 p. 508, Anastas. p. 145, Capasso p. 86.

2127 Surrenti.

D· M
ACORVS
AVG· VER
VIXSIT· AN
NIS· XXVII
M· XI· D· X

Anastas. p. 148 (inde Capasso p. 93).

2128 Surrenti rep. 1843, extat penes F. de Luca.

ANTHVS AVG
A· CORINTHIS
SIBI· ET· SVIS

Descripsi. Ed. Capasso p. 99.

2129 Surrenti rep. 1843 in agro Caietani Sabini ad S. Petrum *a mele*.

ATHICTO· VERNAE
CAESARIS· VIXIT· M· VII
EXPEDITVS· PATER· POSVIT

E schedis Fr. de Luca. Ed. Capasso p. 96; Minervini Bull. Nap. V p. 65. — 2 CESARIS (*sic*) Min. — ANN· pro M· Cap. — 3 POS Min.

2130 tabula quadrata cum capite, Surrenti penes F. de Luca.

CERDONI LVERCI *sic*
AVG L
CVBICVLARIO
VIXIT ANNIS LV
AMPLIATA FIDELI
CONSERVO LOCO
EMPTO DESVO

Descripsi. Ed. Capasso p. 99.

2131 Surrenti apud F. de Luca.

CERDO·
AVG· VER
VIX· ANN
LXX

Descripsi. Ed. Capasso p. 98.

2132 Surrenti rep. 1840 in agro q. d. *Chiommenzano* monasterii S. M. Gratiarum.

CHARITO· TI· CLAVDI·
CAESARIS· AVGVSTI·
TOPIARIVS· SIBI· ET· SVIS

E schedis Fr. de Luca. Ed. ex iisdem ut puto Capasso p. 95 qui 1 CLAVDII.

2133 Surrenti rep.

CHORINBVS
AVG· LIBERTVS
VIX· ANN· LXV

E schedis Fr. de Luca. — 1 scr. CHORINTVS vel CHORIMBVS.

2134 Surrenti rep. 1843, extat penes F. de Luca.

TI· CLAVDIVS
AVG· L· EXPEDITVS

Descripsi. Ed. Capasso p. 97.

2135 Surrenti rep. 1843 ad S. Petrum *a mele* in agro monasterii S. Pauli, extat apud F. de Luca.

TI· CLAVDIVS· AVG
LIBERT· OPTATVS
VIXIT· ANN· LXXV

Descripsi. Ed. Capasso p. 96.

2136 tabula quadrata cum capite, Surrenti penes F. de Luca. Fortasse integra.

FRONTO
AVGVS· SER
FRONTONI

Descripsi. Ed. male Capasso p. 98.

2137 Surrenti apud F. de Luca.

FRONTONI
AVG· SER
STRVCTOR

Descripsi. Ed. Capasso p. 98.

2138 Surrenti ad aedem cath.

C· IVLIVS· AVGVSTI·}

Descripsi. Ed. cum n. 2118 confusam Anastas. p. 147, melius Capasso p. 91.

2139 Surrenti penes F. de Luca.

LALEMVS· AVG· CIRCITOR·
NATI· ONE LYCAO· DONATO
FILIO· ET· SIBI· ET· SVIS· FECIT

Descripsi. Ed. Capasso p. 98. — 1 num IALEMVS?

2140 Surrenti penes F. de Luca.

ZIZES· AVG
ATRESIS· NATIONE
LYCAO· V· A· L· POSV
MOERIS· CONSERVA

Descripsi. Ed. Capasso p. 97.

2141 Surrenti olim in aed. archiepiscopi.

ALBINIA
HONORATA
VIX· ANN· XXIIII
MEN· X· D· XXVII

Ed. Anastas. p. 149 (inde Capasso p. 94).

2142 Surrenti rep. 1844 ad massam S. M. Gratiarum, extat penes F. de Luca.

ATILIA
LYCINICE *sic*
VIX·ANN·LXXX

Descripsi. Ed. Capasso p. 97.

2143 Surrenti olim in aedibus archiepiscopi, titulus latinus litteris graecis scriptus.

	i. e.
ΔЄ · Μ	*d· m*
ΑΥΡΗΛΙΟΥC	*Aurelius*
ΙΝΠΕΤΡΑΤΟΥC	*Impetratus*
Β · Κ · Μ · ΒЄΙΞ · ΑΝΟ	*. . . vix· ann·*
Ν · ΜΗΖЄC · Ͽ · ΔЄΙ · Η	*L· mens·VI· d·VIII*
ΚΟΖΟΥCΙΜΒЄΙΑ ЄΙ	*cuius σύμβεια I-*
ΡΗΝΑ ΜΑΡΙΤΟ ΒЄΝЄ	*rena marito bene-*
ΜЄΡЄΝΤΙ ΦΗ	*merenti fe-*
ΚЄΤ	*cit*

Capacc. L. II c. 12 p. 508 (ex eo Reines. XIV, 30 et Anastasius p. 116 et c. i. Graec. 5870); reperi praeterea in schedis Gudianis p. 116 ad quas vv. divisi. — 1 Δ· Є· Μ Cap. Gud. — 2 ΑΥΡΙΑΙΟΥC Cap. — 4 ΒΕΙ...ΑΝΟ Cap. — 5 pro Ν Cap. Η, Gud. И — ΜИΞЄC Gud. — Pro Η Gud. И, Cap. Ν. — 6 *cuius σύμβεια* restituit Franzius; quod retinui, quamquam valde incertum est. — 7 ΕΙΡΗΝ Gud. — 8 ΙΝ· ΚЄΤ Cap. — ΦИΚЄΤ Gud. Minora praetermisi.

2144 in saxo larvis, coronis, capitibus bovinis exornato, quod extat Surrenti in scala seminarii.

P·AVRELI
LYSIMACHI

Descripsi. Ed. Capasso p. 87.

2145 sarcophagus Surrenti prope ecclesiam S. Felicis et Bacchuli.

CAESENNA
GRAPHICE
HIC
SITA· EST

Descripsi. Ed. Capaccius L. II c. 12 p. 508, Reines. XVII, 31 e Capaccio, Anastasius p. 145, Pococke p. 69 n. 1, Capasso p. 90.

2146 Surrenti.

DIS· MANIB
A· CAESENNI· A· L
TAAMyRI
VIX· ANN· LX

Anastas. p. 147 (inde Capasso p. 91) qui 3 TLIAMIRI.

2147 Surrenti olim in eccl. cathedrali.

COSCONIAE· VOLVPTATI
COSCONIA· VOLVPTAS· MATER

Ed. Capaccius L. II c. 12 p. 508, unde sumpserunt reliqui: Reines. XII, 29, Anastas. p. 145, Capasso p. 87.

2148 in pago Ticciani prope Surrentum in pariete eccl. parochialis.

D· M·
CAIVS ≈ CVRATIVS ≈ CLVCO
FECIT· SEBIBO ≈ ET CVRATIAE
ELPIDI ≈ COIVGI ≈ SANCTISSIME
ET ≈ CAIO CVRATIO CLV
CONI FILIO ≈ SIBI ET SVIS
LIBERTIS ≈ LIBERTABVSQVAE
POSTERISQVAE AEORVM
INAGRO P· XV INFR· P· XIIII

Baldassare Parascandolo *lettera 1 sull' antica città di Aequa.* (1782. 8. pp. XCVIII) p. XIV.

2149 Surrenti in villa archiepiscopi extra portam Parzani.

Q· COMINIO· M
F eLPIDIANO QVI
VIXIT ANNIS XXXV
LASVCCIA FELICI
TAS CONIVGI · F

Giovenazzi Aveia ill. p. LIV, inde Capasso p. 95. — 2 GIOV. FIL PIDIANO.

2150 urna quadrata olim Surrenti penes Anastasium, nunc Neapoli penes Castaldium.

D· M
M· DOLVTIO
IVSTO
DOLVTIVS
OCTOBER
PATRONO
B· M· F

genius alatus stans; adstat gryphus. — *genius alatus stans sin. pede recurvo; adstat gryphus.*

duo galli pugnantes.

Ed. Anastas. p. 147. Guarini alc. sugg. antichi p. 92. (Capasso p. 90 ex utroque).

2151 Surrenti.

D· M· S
P· EQVI*i*IVS
AVC*i*VS
VIX· ANN· XXXX

Anastas. p. 148 (ex Anast. Capasso p. 93) qui EQVILIVS AVCIVS.

2152 Surrenti.

P· EQVITIVS· FAV
P· EQVITIO· AV
PIISSIMO· L
SVCCESSA· F

Anastas. p. 148 (inde Capasso p. 93). Lacunam ego notavi.

2153 Surrenti olim in domo archiepiscopi.

D· M
FAENIA· NICAE
FECIT· SIBI
ET· FAENIA
CAESARI· FIL· CARIS

Anastas. p. 148 (inde Capasso p. 94). Corrupta.

2154 tabula quadrata cum capite, Surrenti rep. 1843; penes Fr. de Luca extat.

FAVSTILLA· VER·
VIXIT· ANN· XV<

Descripsi. Ed. Capasso p. 97.

2155 olim Surrenti in aedibus archiepiscopi.

FELIX· TARSI
VERNA
VIX· ANN· XVIII

Ed. Anastas. p. 148 (inde Capasso p. 94).

2156 tabula quadrata, in cuius parte superiori capitis locus insculptus est; Surrenti penes Fr. de Luca.

FLAVIA CLEONICA
VIX ANN LXXVIII

Descripsi.

2157 Surrenti rep.

GAVIA· IVCVNDA
VIXIT· ANN· XXV

E schedis Fr. de Luca. Ed. Capasso p. 99.

2158 olim Surrenti in eccl. Annuntiatae.

D· M· S
GELLIAE· MYRTALES
V· A· XXV
L· GELLIVS· PRIMVS
CONIVGI· KARISS
B· M

Ed. Capaccius L. I c. 12 p. 509 (ex eo reliqui: Reines. XIV, 75. Anastas. p. 146. Capasso p. 89); versuum distributio mea est.

2159 Surrenti rep. 1843, extat apud F. de Luca.

C· IVLIVS
SVCCIISSVS
VIXIT· ANNIS
XXVI

Descripsi. Ed. Capasso p. 98.

2160 Surrenti ad eccl. cathedralem.

DIS· MANIBVS
LICINIAE· L· LIB· DAPHNES
ET· M· LIVII· ACHELOI·
VIRI· EIVS
PATRONIS· BENE· M*eren*
TIBVS ⁊ LIBE*rti*
VTRORVM*que*

Descripsi. Ed. Anastasius p. 149. Capasso p. 86.

2161 Surrenti.

M· LIVIVS· ZOSIMVS
PVLLIA· NEM*e*SIS· SIBI· ET
PVLLIAE· FORTVNATAE· ET· SVIS

Anastas. p. 147 (inde Capasso p. 91) qui 2 NEMPSIS

2162 Surrenti apud F. de Luca.

D M
Q· OTINCIVS
IONICVS
VIX· ANN· XIV
DIEB· XXXVI

Descripsi. Ed. Bull. Nap. a. II. p. 44. Capasso p. 95.

2163 Surrenti ad aedem cathedralem.

BONVS· PATRONVS·
PISTIDI· L· SVAE· SVISQ·
OMNIB· ET· QVIBVS·
NERONIA· LITE· DEDER· ET·
M· SITTIO· SP· F· ONOMASTO

Descripsi. Ed. Anastas. p. 147. Capasso p. 87.

2164 Surrenti. pLAVTIAe...
AMILIATAE · B m
VIX · ANN · XXX

Ed. Anastas. p. 147 lacuna nulla indicata; inde Capasso p. 92.

2165 Surrenti urna cineraria penes Fr. de Luca, olim ibi ad S. Antonini.

D · M · S
PLOTIAE · L · LIB
RHODOPE
CONIVGI
SANCTISSIMÆ
BENE
MERENTI
EVCHRESTVS

Descripsi. Ed. pessime Capaccius L. I. c. 12 p. 509 (ex hoc Reines. XIV, 126. Anastas. p. 146. Capasso p. 89), recte Minervinius ad exemplum Fiorellii Bull. Napol. V, p. 56. — 1 D · M · S Brunnius et Minerv., ego male D · M

2166 olim Surrenti ad S. Vincentii.

PROBAE
SYNTYCAE · F
C · fVfIVS
DIOGENES
LIB · PAT
V · A · LXXVI

Capaccius L. II c. 12 p. 509 (ex eo reliqui: Reines. XVIII, 35. Anastas. p. 146. Capasso p. 90); versus ex arbitrio disposui et supra indicavi lacunam, ut sepulcrum factum sit patronae Fufiae Probae et Syntyche filiae Diogenis, qui ideo dicitur LIBertus PATer. — 3 Cap. EVEIVS; correxit Reines.

2167 Metae rep.

D · M.
SABIDIVS · SER
VIX · AN · XL · COSE
RVA · CONGI · B · M

Ed. Guarini comm. XIIX p. 26, Bull. dell' Inst 1843 p. 103, inde Capasso p. 95. Corrupta.

2168 Surrenti rep.

TERTIA · VIX
ANN · XVIII

E schedis Fr. de Luca.

2169 Surrenti rep. 1843 in agro Caietani Sabini ad S. Petrum *a mele*.

DI · MA
M · VALERIO
FLORENTIN
IANO · QVI
VIXIT · ANNI
S · IX · MENS
DVOBVS · DI
ES · XI · IVLIA ·
ISPES · COIVGI ·
BENE · MERENTI
FECIT ·

E schedis Fr. de Luca descripsi ego edidit que ex iisdem Capasso p. 96. Paullo aliter Minervini Bull. Nap. V p. 56, quem sequor. — 5 AN pro ANNIS Cap. et ego. — 6 IX omnes. — 8 XV Cap. — 9 SPES ego. — CONIVGI Cap. ego.

2170 Gennadii *Manut.*, quod nomen mihi ignotum alibi pro Surrento usurpatum esse vidimus.

VITELLIAE · EROIDIS
FELIX · CONIVGI
FECIT · ET · VAL · MARCELLA
MATER · FECIT

Manut. orth. 248, 84, inde Grut. 840, 10.

2171 tabula quadrata cum capite, Surrenti penes Fr. de Luca.

D · M · S
////VFRIA
////NN · LXV

Descripsi.

2172 Surrenti.

M · F
CARISSIME · NEPOTIBVSQVE · SVIS
ITEMQV · LIBERTIS · LIBERTABVSQVE
VIRORVMq · POSTERISQVE · EORVM

Ed. nulla fractura notata Anastas. p. 148 (inde Capasso p. 92); 4 legit VIRORVM pro VTRORVMQ.

IX. STABIAE. (*Castellamare*)

Alia epigrammata unde collegerim, ex notis satis apparet; citandus est liber *Thomae Milante de Stabiis* (Neap. 1750. 4.), auctoris indocti et inepti, quo tamen exscribendo nuper sibi satisfecit *Parisius* quidam (*cenno storico della città di Castellamare di Stabia*. Firenze 1842. 8.)

2173 rep. paullo infra eccl. S. M. Gratiarum sub monte q. d. *di Lettere* prope aedificium, cuius formam exhibet Rosinii tab. XVIII. *Rosini;* extat in mus. Borb. inter Pompeiana sacr. col. 1.

D · D
ÁESIVS · DAPHNVS
*augus*TÁL · NVCERIÁE · ET
*stabis*AEDEM · GENI · STABIÁR
*delaps*S · MARMORI*s v*EXÁTA
*ae*DE · RESTITVIT

Descripsi et supplevi. Ediderunt Winckelmann *Werke* II p. 152; Rosini diss. isagog. tab. XVIII p. 87; Guarini Lithopolemos p. 21 qui varie suppleverunt. — 5 aut deest S culpa marmorarii aut forma minuta inserta fuit.

2174 Stabiis rep. *Mart.* 'Da' ragguagli originali degli scavi si raccoglie, che agli 11 Dic. 1749 in Gragnano si trovò in una nicchia di fabbrica un mezzo busto di marmo assai ben conservato (de hoc vide Avell. p. 66), e nel frontespizio di quella nicchia si trovò l'iscr. di Anterote; ed a' 13 dello stesso mese si trovò nella nicchia medesima una piccola ara di terra cotta colle ceneri tuttavia ad essa aderenti.' *Avellino.* Male *alla Cività* (i. e. Pompeiis) rep. dicit *Zacc.* Extat in mus. Borb. inter Pompeiana sacr. col 2.

ANTEROS · L · HERACLEO · SVMMAR
MAG
LARIB · ET · FAMIL · D · D

Descripsi. Loquitur de ea Martorelli in litt. ad Gorium 31 Ian. 1750 (Gori symb. dec. II vol. 2 p. 126) descriptamque misit 5 Sept. 1750 (ib. p. 147). Ed. Zaccaria storia lett. T. II p. 535. Bajardi cat. I, 164. Martorelli theca p. 632. Vetrani Sebethi vindiciae Neap. 1767 p. 47. Donati 46, 3 e Zaccaria. Avellino opusc. III, 20. Gerhard *Neap. ant. Bildw.* n. 415 p. 116.

2175 Castellamare in aedibus Caesaris Coppulae.

D · M
P · AELIO · AVDACI
EQ · SIN · AVG · tVR
M · VLP · IVStini
C · IVLIVS · PROBVS
H · B · M · F
ΘΕΑΩ · ΤΥΧΗΣ · ΣΤΑΑ
ΑΓΜωΝ · Η · ΦΡΕΝΩΝ · πΙΘΟΝ

Capacc. L. II c. 10 p. 473 (inde Reines. VIII, 2; C. I. Graec. 5868). — Versuum divisio mea est. — 3 EQVES · INAVG · IVR · M · VLPIVS · L · F · SII Cap., unde feci EQ · SIN · AVG · TVR · M · VLP · IVSTINI, Reines. et Franzius EQVE · SING · AVG · NR · M · VLPIVS · L · F · ET. — 7 fin. Cap. puncta posuit. — 8 ΑΓΜΩΝ et ΓΙΘΟΝ Cap.

2176 fistula plumbea Fajanae prope Castellamare rep. 1743.

P · SABIDI · POLLIONIS · PR · V

Milante p. 11.

2177 in vico Scafati regni Neap. Stabiana potius quam Pompeiana.

...CVSPIVS · T · F · M · LOREIVS · M · F
IIII · VIR · L · SEPTVMIVS · L · F
D · CLAVDIVS · D · F · IIII · VIR · EX
PEQVNIA · PVBLICA · D · D
S · F · CVRAVERVNT

Mur. 474, 4 e sched. suis.

2178 rep. in eadem via publica ubi effoderunt lapidem A. Clodii Flacci IIviri Pompeiani n. 2378; extat ad Castellum maris una cum eo. *Gud.* Etsi reperta est fortasse in agro Pompeiano, tamen huc referre malui.

....VIBIVS · M · F
MEN · COEIANVS
NVCERINVS
IIIIVIR
EX · TESTAMENTO
VIBIAE · M · F
TERTIAE

Gud. ms. 7, 2, ed. 144, 6.

2179 Castellamare in eccl. S. Crucis.

D · M
CAECILIAE · LIBERALI
CONIVGI · PIENTISSIMAE
AC · DE · SE · BENE · MERITAE
Q · CRANAVS · EPAPHRODITVS

Capacc. L. II c. 10 p. 473 (inde Reines. XIV, 32). — Versuum divisio mea est.

2180 Castellamare prope S. Marci rep. 1729 in loculo ex tegulis compacto.

CARVLLE
MAETE

Milante p. 54.

2181 Lettere prope Castellamare in hortis Rocco.

T · CORNELIVS · LIBANVS
INVENI · ALIQVANDO · LOCVM · VBI · REQVIESCEREM

Pacichelli il regno di Napoli in prospettiva 1703. I p. 189, unde vid. sumpsisse Ughelli Ital. sacra ed. 2 VII, 271.

2182 Stabiis in ecclesia.

DOMASIVS · C · LIB......
DOMASIAE........
CONIVGI · CARISSIMAE
C · DOMASIVS......
MATRI · SVAE · DILIGENT....
SIBI · ET · SVIS · POSTERIS....

Don. XI, 14 ex schedis Vatic.; e Donio Mur. 1337, 1. Suspecta.

2183 Orsani in agro Castellamaris, sub vase aquae benedictae in eccl. S. Michaelis.

D · M · MINIARIAE
PRISCAE · VIX
ANN · III · MENS · II · D · VIII
C · MINIARIVS
VIATOR · P

Pacichelli memorie novelle de' viaggi Nap. 1690 T. II p. 210; idem regno di Napoli in prospettiva Neap. 1703 I p. 189 minus accurate, unde vid. habuisse Ughell. Ital. sacr. ed. 2 VII, 271.

2184 Castellamare ad S. Marci in loculo ex tegulis compacto rep. 1729.

NEPELE
BIX · A · VIII

Milante p. 54.

2185 Castellamare prope S. Marci in loculo ex tegulis compacto rep. 1729.

PEREGRI
NVS
TIBVRTI
V · A · XIII

Milante p. 54.

2186 Castellamare in eccl. S. Salvatoris, vas quod servit ad manus lavandas.

DIS · MAN
M · PERPERNAE
CHARITONI

Milante p. 51.

2187 in opp. Castellamare apud Patres Minimos, rep. 1727 in loco q. d. la Fontana.

D ❦ M
SeRgIVS · VICTORINVS · QVI · BIXIT · ANN · XXXI
M · III · D · XXVI · SeRgIA · eVNOeA · FRATRI
B · M · F

Mur. 1216, 10 a Como, 1498, 13 a P. Iosepho Ventura, Milante p. 52 ex Seraphino Ruggieri historia di S. M. a Puzzano fol. 9, quem librum non vidi. Ex eodem fortasse exscripserunt Como et Ventura. — In vv. div. sequor Mur. 1498; discedunt Mur. 1216 et Milante. — 1 cor sagitta transfixum dedit Mur. 1498 pro folio hederae. — 1 Mil. om. — 2. 3 SIRCIVS et SIRCIA omnes — ANNOS Mil. — 3 FVNOFA · S · FRATRI Mur. 1498 Mil., FVNCTA MATER Mur. 1216. — In fine add. Mur. 1216 M · DIV, Milante M · DI.

X. POMPEII.

Pompeii celebre Campaniae oppidum cum iam nonis Febr. a. 63 p. Chr. motu terrae magna ex parte proruisset, post decem et septem annos k. Nov. a. 79 sepultum est sub altis cineribus Vesuvii ita ut oppidum non amplius resurgeret, etsi pagus supra ruinas aedificatus nomen Pompeiorum retinebat, qui et ipse desertus deinde ab accolis appellari consuevit *la Civita*. Quem locum scrutari cum ab ipsa oppidi clade deinceps nunquam desiissent, primae effossiones quarum certa memoria servata est commemorantur a *Capaccio* (1607) L. II c. 9, institutae ab architecto Fontana a. 1592 qui aquae ductum ad Turrim Annuntiatae per antiquos Pompeios faciendum curavit (Romanelli viaggio I, p. 15. Corcia storia II, p. 297); tum reperti sunt tituli 2253. 2300. Neque multum postea secuta est effossio, nisi fuit eadem, quae dedit titulum n. 2378 a *Gudio* servatum. — Ad aliam effossionem pertinent quae tradit *Bianchini* (*istoria universale,* Roma 1697. 4. p. 246) ex litteris *Francisci Picchettii* architecti Neapolitani ad Hadr. Avianum Romanum: *Nell' anno 1689 in una cava fatta nella falda del monte Vesuvio circa un miglio lontano dal mare, nel luogo dove era la villa di Pompeo, a 25 palmi di profondità si ritrovarono alcuni carboni, chiavature di porte di ferro, e due iscrizioni, le quali dimostravano quella esser stata la villa di Pompeo.* Quorum titulorum Bianchinio teste illatorum in museum Picchettianum nusquam ullum vestigium praeterea reperi. — Inde a die 30 Mart. 1748 ut in actis notatum est regio iussu antiqui oppidi rudera perquiri coepta sunt, opereque a m. Oct. 1750 ad m. Mart. 1755 si excipitur breve intervallum m. Nov. 1754 rursus intermisso, dum feliciorem eventum sibi sperabant ex effossionibus Herculanensibus Stabianis Puteolanis, denique a. 1755 ita ad id redierunt, ut operae inde usque ad hunc diem parum quidem plerumque proficerent, si excipis tempora feliciora Caroli III et Ioachimi Murati, sed nunquam plane cessarent. Ita factum est, ut hodie sub divo cernantur forum cum basilica et chalcidico templisque circum positis, thermae, aedis Fortunae, duo theatra cum Isidis aede, amphitheatrum, denique ex tribus sepulcretis quorum vestigia apparuerunt unum, ut mittamus domus insulasque privatas quae inscriptiones lapidarias nullas dederunt. Nostrum fuit colligere titulos cum publicis monumentis tum sepulcris incisos (graphio enim scriptos pictosque rubro nigrove colore parietinos consulto hic praetermisimus omnes); qua in re consuetudinem receptam relinquere placuit et aliter lapides disponere ac factum est in reliquo opere. Cum enim plerumque inscriptiones vetustae loco motae et dispersae reperiantur, tituli Pompeiani etsi et ipsi saepe ad opus adhibiti et confracti inventi sunt, quod factum videtur maxime propter ruinas terrae motus a. 63, tamen magna ex parte suum sibi locum retinuerunt. Quo ordine servato Pompeianarum inscriptionum syllogen haud paullo et utiliorem et iucundiorem reddi nobis visum est, ut inciperent intra urbem repertae, sequerentur quae extra moenia dispositae fuerunt in monimentis, adiectis in fine ad utrasque iis quae quo loco steterint hodie ignoratur.

Lapides Pompeiani plerique adhuc extant sive Pompeiis sive Neapoli in museo regio; unde factum est ut omnes fere ex ipsis archetypis emendatos hic proferamus. Molestissimum vero fuit, quod saepe non satis constabat quo loco primum detecti essent tituli et omnino ne id quidem, num essent Pompeiani an Herculanenses an alio quo loco reperti. Quanquam enim quibus datum est res antiquas conservare et custodire, intelligere debuerunt ad custodiam et conservationem id ipsum vel maxime pertinere, ne titulum loco sibi destinato repertum inutiliter eo moverent, tamen paucissimi tituli locis antiquis relicti adhuc cernuntur Pompeiis, plerisque in urbem asportatis neque nisi raro exemplis opere recenti relictis in oppido. Minus detrimentum ex ea re patimur, si tituli loco antiquo accurate et ubi fieri potest in ipsis lapidibus notato seorsim in museo proponuntur; quod iam ab aliquot annis ita inchoaverunt, ut musei inscriptiones Pompeianas et Herculanenses sub communi Pompeianorum titulo separatim collocent, optimo sane instituto modo etiam separarent duorum oppidorum monumenta locaque accurate notarent. Ubi haerebam titulum in hac musei parte repertum neque aliunde notum ad utrum oppidum referrem, Pompeiis adscripsi. Praeterea vero alibi extant in museo tituli Pompeiani complures reperti praesertim saeculo XVIII cum reliquis confusi et tanquam mari magno immersi, quos a reliquis distinguere et suis locis reddere arduum est. Multum in ea re peccavit Guarinius, qui cum sciret inesse Pompeianos in farragine illa ingenti, complures musei titulos ex coniectura et ea quidem interdum felici, saepius levi, in haud paucis certo refellenda retulit inter Pompeianos. Certiorem viam ego ingressus Pompeiis nullum titulum attribui, nisi quem ibi repertum esse constabat quemve sive ipsa inscriptio Pompeianum demonstrabat sive cippi figura. Ad hanc quod attinet, cippi Pompeianis sepulcris vulgaribus affixi singularis plane sunt formae, repraesentantes caput cum collo et pectore opere rudi, ita ut in postica interdum crines significentur, in antica capitis inscriptio incisa quasi in vultus locum successerit. Similes nullos unquam vidi nisi Surrenti; unde cum nulli in museum regium illati esse videantur, huius formae titulos musei Pompeiis attribui, etsi aliunde de loco quo inventi essent nihil reperirem. — Maxime vero in eo elaboravi ut certam notitiam mihi compararem quo quid loco primum prodiisset; qua in re libris editis quotquot extant longe certiora et pleniora inveni acta de effossionibus Pompeianis manu scripta quae Neapoli ab amicis humanissime mihi concessa sunt utenda, et quidem duplicis generis. Altera publica inscripta *Rapporti degli scavi,* descripta ex relationibus ab iis qui effossionibus instant semel per hebdomadem missis Neapolim ad praefectos regios, procedunt ab ipso effossionum initio 30 Mart. 1748 ad annum 1814; quibus erant iunctae relationes menstruae trimestresve a 1 Oct. 1825 ad a. 1831 minus plenae et minoris utilitatis. Scripta fuerunt sermone Hispanico ab a. 1748 ad a. 1765, deinde Italico, quo schedae a me usurpatae totae erant scriptae. Haec mihi scribenti et typothetis iam tradituro ecce Neapoli affertur optimi amici *Iosephi Fiorelli* primus fasciculus libri quo haec ipsa acta Hispanice et Italice scripta instituit edenda (*giornale degli scavi di Pompei; documenti originali con note ed appendice* vol. I. Nap., Alb. Detken. 1850) utilissimo sane consilio; modo fideliter cum suis quibuscumque naevis exhibeantur, quod cum in textu non semper factum viderim notae quae restant spero fore ut aliquando compensent. Altera acta privata sunt *Amiconis* qui Pompeiis effossionum curam egit plus triginta annos, progredientia a m. Nov. 1814 ad a. 1846, ut tamen deficiant acta a m. Iul. 1831 ad m. Mai. 1837, accedat appendix quae continet notitiam monumentorum quorundam ante a. 1814 detectorum. Utraque acta quanquam confecta ab hominibus indoctis vel quos rerum usus solus edocuit neque prelo destinata tamen longe superant et plenitudine et diligentia quidquid editum est de antiquitatibus Pompeianis; quae ipsa magna, ne dicam maxima ex parte exscripta sunt ex his ipsis actis. Quare tum demum ubi quidquid actorum eius generis inter tabulas publicas vel officialium adservatur, vere publici iuris factum erit, recte intelligetur quid sciamus de Pompeianis effossionibus quaeque notitiae in perpetuum desiderentur. — Quod attinet ad libros quibus usus sum, qui saec. XVIII prodierunt miscere solent Pompeiana cum Herculanensibus ita ut haec plura et potiora videantur esse; quare vide de his in capite sequenti. Inter auctores nostrae aetatis eminent duo, *Andreas de Iorio,* cuius *guida di Pompei* (Napoli 1836. 8.) reliquis diligentius de titulis antiquis disputat et permulta tradit ad fidem actorum ms. de quibus dixi; et *Franc. Maria Avellino,* qui cum in ephemeridibus quaedam edidit tum in opusculorum vol. II (Nap. 1833. 8; haec particula seorsim prodiit a. 1830) ministrorum Pompeianorum titulos ex archetypis recognitos diligenter edidit multaque de iis recte et praeclare adnotavit. Neque spernendi sunt libri ad viam sepulcralem maxime pertinentes *A. L. Millini* (*description des tombeaux qui ont été decouverts à Pompeii dans l'année 1812.* Naples 1813. 8. pp. 100) et *Claraci* comitis diligentissimi (*Pompei, articles insérés dans le Journal français de Naples les 4. 5. 6. et 7 Avril 1813.* 8. pp. 93); item *Arditii,* qui fori et amphitheatri titulos nuper repertos edidit (*la legge Petronia illustrata col mezzo di un' antica iscr. rinvenuta nell' anfiteatro di Pompei.* Nap. 1817. 4. pp. XVI et 64); hi enim affuerunt effossionibus de quibus egerunt. Contra *Guarinii* libelli qui ad Pompeios pertinent varii et multi (v. praef.), inter quos maxime noti sunt q. d. *i fasti duumvirali di Pompei* (ed. 1. 1837, ed. 2. 1842) nullam fere utilitatem habent neque citassem, nisi in Germania ex his praesertim titulos Pompeianos vidissem innotuisse. *Piranesii* tabulae (*antiquités de Pompei.* Paris 1806. 1807. 2 voll. fol.) et *Mazoisii* liber splendidus (*les ruines de Pompei.* Paris. p. I 1812. p. II 1824. p. III 1829. p. IV 1838) et musei Borbonici volumina (*Real Museo Borbonico.* Napoli. 4. vol. I—XII. I 1824; II 1825; III. IV 1827; V 1829; VI 1830; VII 1831; VIII 1832; IX 1833; X 1834; XI 1835; XII 1839) etsi ad inscriptiones proprie non pertinent, tamen subinde quasdam commemorant, inprimis in relationibus de Pompeianarum effossionum progressu (*relazioni degli scavi*) quae primis musei Borbonici tomis adiectae sunt. — Contra neglexi plerumque libros *Romanellii* (*viaggio a Pompei, a Pesto e di ritorno ad Ercolano ed a Pozzuoli* ed. 2 vol. 1. 2. Nap. 1817. 8.), *Gellii* (*William Gell and Iohn P. Gandy, Pompeiana. 2d. edition.* London 1821. 8. pp. 275. — *Pompeiana, the result of excavations since 1819.* London 1835. 2 voll. vol. 1 pp. 207. vol. 2 88 plates); *Bonuccii* (Pompei descritta Nap. 1827. 8. ed. 3) et qui similes reperiuntur libri peregrinaturis scripti vel a peregrinatis, ne auctorum, qui quod attinet ad lapides certe non sunt auctores, inutili numero librum onerarem; quid enim rei epigraphicae interest scire in quot itinerariis titulus reperiatur? Vix quisquam qui Latinas litteras callet Pompeios adit quin hunc vel illum titulum sibi describat, pullulatque semper itinerariorum et peregrinantibus destinatorum compendiolorum infelicissima seges; quae vulgaris turba ipso aditu praecludenda est. — De titulis Pompeianis *Pocockii* vide in falsis.

1. IN FORO.

2188 rep. Pompeiis in foro; extat in mus. Borb. inter Pompeiana hon. col. 3.

AENEA*s ven*ERIS
ET· ANCHISA*e filius troia*NOS
QVI· CAPTA· TR*oia et incensa s*VPER
*fuer*ANT IN I*taliam adduxit*
M· SV

*a*LB*a*
oppidum Lavinium CON*didit et*
*ibi regnavit an*IOS· TRÍS· I*nde*
*cum nimbo exort*O· NON· CON
paruisset dictus EST· INDIGENS
*et in deorum n*VMERO· RELATVS

Descripsi. Ed. Avellino Bull. Nap. a. III p. 35, cuius supplementa auxi et emendavi, secutus praesertim chronographum quem edidi *Abhandlungen der sächs. Gesellsch.* II, p. 644.

2189 rep. basi infixa Pompeiis in foro ante aedem q. d. Mercurii; extat in mus Borb. inter Pompeiana hon. col. 4.

RÓMVLVS · MÁRTIS
*f*ILIVS· VRBEM· RÓM*am*
*condi*DIT· ET· REGNAVIT· ANNÓS
DVODEQVADRAGINTÁ· ISQVE
PRIMVS· DVX· DVCE· HOSTIVM
ACRONE· REGE· CAENINENSIVM
INTERFECTO· SPOLIA· OPI*ma*
IOVI· FERETRIO· CONSECRA*vit*
RECEPT*u*SQVE· INDEORV*m*
NVMERVM QVIRINV*s*
APPELLATV*s est*

Descripsi. Ed. Romanelli Giornale Enciclopedico di Napoli ann. XI. 1813. p. 179. Arditi la legge Petr. p. XIV. Mazois IV p. 33 imperfectam; pleniorem Iorio p. 72. Guarini fasti ed. 1 p. 175

2190 in foro Pompeiano in basi statuae honorariae loco antiquo. Rep. 11. Mai. 1816 (Amicone).

C· CVSPIO· C· F· PANSAE
II· VIR· I· D· QVART· QVINQ
EX· D· D· PEC· PVB

Descripsi. Ed. Arditi la legge Petr. p. 11. Mazois III p. 53. Guarini fasti ed. 1 p. 157.

2191 extat loco antiquo in foro Pompeiano in basi statuae honorariae; superne serta et capita bovina cernuntur. (Amicone 5. Iul. 1817).

C· CVSPIO· C· F· F· PANSAE
PONTIFICI· II· VIR· I· D
EX· D· D· PEC· PVB

Descripsi. Ed. Arditi la legge Petr. p. 4. Mazois III p. 53. Guarini fasti ed. 1 p. 140.

2192 extat loco antiquo in foro Pompeiano in basi statuae. Rep. 1. Iun. 1816 (Amicone).

M· LVCRETIO· DECIDIAN
RVFO· II· VIR· III· QVINQ
PONTIF· TRIB· MIL· ÁPOPVLO
PRAEF· FABR · EX· D· D
POST· MORTEM

Descripsi. Ed. Arditi la legge Petr. p. 10. Mazois III p. 53. Iorio. p. 69. Guarini fasti ed. 1 p. 60.

2193 extat loco antiquo in foro Pompeiano in basi statuae. Rep. 1. Iun. 1816 (Amicone).

M· LVCRETIO· DECIDIAN
RVFO· D· V· III· QVINQ
PONTIF· TRIB· MILITVM
APOPVLO· PRAEF· FABR
M· PILONIVS· RVFVS

Descripsi. Ed. Arditi la legge Petr. p. 10 Mazois III p. 53. Guarini fasti ed. 1 p. 61.

2194 extat loco antiquo in foro Pompeiano in basi statuae ex marmore versicolore. (Rapp. 17 Febr. 1814).

Q· SALLVSTIO· P· F
II· VIR· ID· QVINQ
PATRONO D· D

Descripsi. Ed. Iorio p. 69. Mazois III p. 53. Guarini fasti ed. 1 p. 41.

2195 mensa ponderaria, *trovata in una nicchia del foro* (Amicone 11 Mai. 1816) ante aedem q. d. Veneris. Extat in mus. Borb. Pomp. hon. col. 2.

A· CLODIVS· A· F· FLACCVS· N· ARCAEVS· N· F· ARELLIAN· CALEDVS
D· V· I· D· MENSVRAS· EXAEQVANDAS· EX· DEC· DECR

Descripsi. Ed. Romanelli in Giornale enciclopedico di Napoli 1817 t. III p. 257; Mazois III p. 54 pl. XL; Iorio p. 65; Guarini fasti ed. 1 p. 79; Henzen Annali XVI (1844) p. 91.

2196 litteris vetustis; rep. Pompeiis *alla basilica dalla parte dell' ingresso principale.* (Rapp. 24 Mart. 1814). Pertinet ad porticus circa forum. Extat in mus. Borb. hon. col. 9.

V. POPIDIVS
EP· F· Q·
PORTICVS
FACIENDAS
COERAVIT

Descripsi. Ed. Mazois III p. 41. Guarini valore della cifra sexs Nap. 1836 p 38, fasti ed. 1 p. 133. Iorio p. 69.

2. IN AEDE Q. D. VENERIS.

2197 Pompeiis rep. in aede q. d. Veneris, mediae columnae marmoreae Ionici ordinis dimidiatae incisa. (Amicone 14. Febr. 1817).

L· SEPVNIVS· L· F
SANDILIANVS
M· HERENNIVS· A· F
EPIDIANVS
DVO· VIR· I· D
D· S· P· F· C

Non vidi. Ed. Letronne recherches pour servir à l'hist. de l'Égypte (Paris 1823) p. 428 ad exemplum Mazoisii. Mazois III p. 12. de Iorio p. 67. Romanelli p. 162. Guarini fasti ed. 1 p. 46. Reperi praeterea in actis diurnis ms. — 3 HERENIVS Rom. de Iorio. — 4 EPIDANVS Letr. Maz. — 5 DVOVIRI (om. I· D) Letr. Maz.

2198 inscriptio utrimque repetita in ara rep. Pompeiis in aede q. d. Veneris e regione cellae. (Amicone 8. Febr. 1817).

M· PORCIVS· M· F· L· SEXTILIVS· L· F· CN· CORNELIVS· CN· F
A· CORNELIVS· A· F· IIII· VIR· D· D· S· F· LOC

Non vidi. Ed. Iorio p. 66. Romanelli p. 160. Guarini fasti ed. 1 p. 42; extat praeterea in actis ms., quae sequor in vv. dividendis.

2199 basis parva cum anaglypho pueros exhibente rep. Pompeiis in aede q. d. Veneris (Amicone 25. Febr. 1817); extat in mus. Borb. inter sacra.

T· D· V· S
M· FABIVS· SECVNDVS
PERMISSV· AEDIL·
A HORDIONI· PROCVLI
TI· IVLI· RVFI

Descripsi. Ed. Iorio p. 67· Guarini fasti ed. 1 p. 154. Num *Telluri* DEAE VOTUM SOLVIT?

2200 litteris antiquioribus; exemplum integrum rep. est in aede Veneris q. d. in camera ubi est pictura Bacchi (Amicone 4 Apr. 1817), fortasse non suo loco. Extant in mus. Borb. Pomp. sacr. col. 2.

Q· TVLLIVS· Q· F·
M· CINNIVS· M· F·
D· V· I· D
C· MAMMIVS· L· F· C· NAEVIVS· M· F·
D· V· V· A· S· P· P· EX· D· D
CONSTAT· HS· DCLXXIIS

M· CIN
Q· TVLLIVS·
D· V· I· D
C· NAEVIVS· M· F· C· MAM
D· V· V· A· S· P· P· EX· D· D
TAT· HS· DCL

Descripsi. Ed. Guarini comm. VI ed. 2 p. 77, fasti ed. 1 p. 109. 110. Avellino op. II, 219.

2201 rep. Pompeiis in terra prope aedem q. d. Veneris (Amicone 8 Febr. 1817), quod verius videtur quam quod ait Iorio rep. esse in cella iuxta basim. Extat in mus. Borb. hon. col. 15.

M· HOLCONIVS· RVFVS· D· V· I· D· TERT
C· EGNATIVS· POSTVMVS· D· V· I· D· ITER
EX· D· D· IVS· LVMINVM
OPSTRVENDORVM· HS ∞ ∞ ∞
REDEMERVNT· PARIETEMQVE
PRIVATVM· COL· VEN· COR
VSQVE· AT· TEGVLAS
FACIVNDVM· COERARVNT

Descripsi. Ed. Arditi la legge Petr. p. 9. Mazois IV, 37. Guarini comm. I — V p. 64. fasti ed. 1 p. 78. Iorio p. 66. — Ab hoc titulo aedificium ubi est repertus coeptum est appellari aedes Veneris male; intelligendus est de pariete privato coloniae Venereae Corneliae, id est Pompeiorum.

3. IN BASILICA

2202 litt. palm. Rep. Pompeiis in basilica (Rapp. 21 Aug. 1814). Extat in mus. Borb. hon. col. 15.

*imp. ca*ESA*ri divi* F AVG POI*ntifici* — u. c. 732/5
TRIB· POTEST· I I· COS *xi*
T HO· PHI ... S· SOC· I — N
D· CAP · DIOGI — V· DS
P· F· IDEM· C S IS· ORI

Descripsi; e relat. ms. Pomp. accesserunt litterae lineis exclusae.

2303 epistylium rep. in basilica Pompeiana (Rapp. 14 Apr. 1814). Extat in mus. Borb. mics. col. II.

M· STLABORIO· VEIO FRONTONI· AVG· D· V· I· D· ITERVM· QVINQ

Descripsi. Ed. Iorio p. 68. Guarini fasti ed. 1 p. 115, qui duo exempla eius tituli et quidem pessime descriptum utrumque pro duobus titulis habuit.

4. IN CHALCIDICO.

2204 Pompeiis *trovata a piedi della rampa che monta al calcidico nella strada de' mercanti*, quae nunc dicitur *strada della fontana d'abbondanza* (Amicone 13 Sept. 1817) supra portam lateralem chalcidici, quo nunc reposita est.

EVMACHIA· L· F· SACERD· PVBL· NOMINE· SVO· ET
M· NVMISTRI· FRONTONIS· FILI· CHALCIDICVM· CRYPTAM· PORTICVS· CONCORDIAE
AVGVSTAE· PIETATI· SVA· PEQVNIA· FECIT· EADEMQVE· DEDICAVIT

Descripsi. Ab alia parte lapidis titulum n. 2304 legi ex actis didici. Ed. Arditi la legge Petr. p. XV. Mazois III p. 42. Iorio p. 72. Lupoli inscr. Corf. ed. 2 p. 152. Guarini fasti ed. 1 p. 88.

Ad eiusdem tituli alterum exemplum, quod olim legebatur supra ingressum principalem chalcidici forum versus, in ingenti epistylio litteris cubitalibus scriptum pertinent fragmenta quae nunc iacent in foro Pompeiano ante ipsum Chaldicicum haec:

2205 a {L· F· SACERDOS· PVB} b {D· ET· M· NVMISTRI· FRON} c {HALCIDICVM· CR} d {TOF} e {CORDIAE· AVGVSTA} f {VNIA· FEC} g {DEMQVE· DEDICAVIT

Descripsi excepto fr. *d*, quod in actis reperi et ad voc. PORTICVS pertinuisse censeo. Quae vidi edidit Romanellius p. 122, additis fragmentis duobus ...DECR· DECVR... et IDEMQ· PROBAVIT, quae nisi conficta certe ab hoc titulo aliena sunt. In actis ms. Pomp. sub d. 14 Iul. 1814 referuntur fragmenta *d. e. f. g* reperta ante basilicam; deinde d. 14 Aug. 1814 ita scriptum est: '*Altri pezzi di architrave con fregj trovati nel detto edifizio che vi sono le iscrizioni; dalla parte di dietro di varj pezzi di queste vi si leggono i frammenti di varie iscrizioni fatte a pennello di color nero con caratteri di ottima forma e dicono:*'

2206

MACHIAEE ET
SACERDOS PVBL

ORDIAE· AVG

AQVVIAMI· QVARTA
SACERD· CERERIS· PVB

DOS· PVE

FVLAI
SACERDOTES
AERIS· PVBLICI

Secundum et quartum cum ad nostra *e a* pertinere appareat, reliqua tria reliquiae tituli antiquioris videntur esse, qui cum atramento scriptus esset iam incidendus, ob causam aliquam supervenientem immutatus est marmoribus conversis et ad aliam inscriptionem aptatis. Primum et tertium cohaerere videntur:

EVMACHIA· L· F
SACERDOS· PVBL

ET

AQVVIA· M· F· QVARTA
SACERD· CERERIS· PVBL

Tertium edidit Bonucci p. 157 ex actis. Eiusdem sive exemplum alterum sive simillimam inscriptionem hanc reperi loco non notato

2207

M· ACQVI.........
SACERDOS· CERERIS.....
PVBLICA· SVMMA.....

in schedis Fabii Giordani, cuius tempore fortasse ipse ille lapis ex antiquis Pompeiis emersit, cuius exemplum atramento scriptum et reiectum post tot saecula prodiit.

In Ercolano si è trovato un sepolcreto o colombario intero, e nelli ollarj vi sono i vasi cinerarj colle iscrizioni de' nomi in rosso; e sono la maggior parte della famiglia Nonia. Questo colombario è largo e lungo circa palmi 7, colla volta proporzionata, con una scaletta da un lato. Vi era un' ara. — Sopra i loculi delle olle cinerarie intere con i coperchj di creta era scritto come ho detto di minio il nome per lo più de' liberti; per la fretta ne lessi tre:

2441 M· NONIVS· L·

2442 M· NONIVS
VIII· MEN·

2443 L· SVLLA· L

ed erano sette le olle di questo loculo. Il colombario dimostra che colà finiva Ercolano, e che erano ivi i termini delle sue mura.

Martorelli in litt. 7 Apr. 1750 ad Gorium symb. dec. II vol. 2 p. 134. De eodem sepulcro, quo pervenerunt fossores rupto muro validissimo qui ad oppidi moenia non potest non pertinuisse, disserunt Cochin et Bellicard p. 22.

XII. NEAPOLIS. *(Napoli)* PVTEOLI. *(Pozzuoli)* CVMAE. MISENVM.

Agri Neapolitani inscriptiones ad sua quasque oppida revocare arduum est et in plerisque omnino fieri nequit; non enim homines soli undequaque affluunt Neapolim, sed ipsi lapides ex universo agro aedificandi causa eo comportantur, ut omittam adhuc titulos in musea Neapolitana congestos, de quibus infra dicetur. Neapoli cum repererimus basem ingentem Abellanam n. 1951 simusque reperturi Minturnensem, quanto magis idem evenerit in Puteolanis Misenatibus Cumanis ut Neapolim perferrentur amplius persequi necesse non est. Quare visum est mihi rei naturae lectorisque commodo ita optime consuli, ut militarium et privatorum titulis nullo locorum discrimine admisso ex universo agro Neapolitano compositis separarentur sacri soli et publici ita, ut inscriptionibus quae cum aliqua probabilitate certo alicui oppido attribuerentur ad singula municipia revocatis, subiungerentur quae quonam pertinerent recte videretur ambigi posse. Qua in re ne quis miretur ipsi Neapoli partem valde exiguam contigisse, reputet velim Graecae linguae usum singulari aliquo privilegio Neapoli viguisse primo certe et fortasse secundo adhuc saeculo nostro. Praeterea si verum est ingentem lapidum sculptorum numerum Neapolim per medii aevi saecula esse adlatum, qua de re neminem dubitare arbitror, testimonium de lapide ruderato quod sufficit ut titulum alii oppido attribuamus, in Neapolitanis parum vel nihil probat. Quare cum permultos titulos Puteolis Cumis Miseno ideo quod ibi inventi traduntur adscripsissem, idem in Neapolitanis facere recusavi ferendaque sunt huic urbi ipsa splendoris et celebritatis incommoda. — Qui primus harum partium titulos exscriberet fuit *Kiriacus Anconitanus* (nat. 1391, mort. ante a. 1457), quem circa a. 1436 Neapoli fuisse titulosque ibi aliquot descripsisse in praef. ostendemus. Quos titulos exhibuerunt codex Michaelis Regiensis (cf. v. c. n. 2487), Stoschianusque Muratorii et similis liber antiquus a Donio adhibitus (n. 3232). Denique Panvinio Kiriacana patuisse apparet. — Secutus est *Iohannes Iovianus Pontanus* (1421—1503), qui praeter pauca agri Neapolitani epigrammata sparsa in libris suis, praesertim in tractatu de aspiratione primum edito a. 1481 (utor ed. in opp. Basil. 1538), indeque excerpta in Valerio Probo Tacuini Venet. 1525 f. 77 sq., alia complura in adversaria retulit, quae saec. XVI extabant apud Hadr. Gul. Spadaforam. Apud quem vidit Laur. Schradaeus 'inscriptionum librum collectum a Iucundo Veronensi et Ioviano Pontano' (monum. Ital. f. 248) videruntque eum ibidem Georgius Fabricius (v. ad n. 2623) et qui Smetio quaedam inde excerpserunt Pighius (vide librum meum *unterital. Dial.* p. 53) et Morillonius (v. ad n. 2477. 2623), ipseque Michael Regiensis unam certe quam Pontanianam esse constat n. 2623 retulit inter Kiriacanas et fortasse plures, quae hodie ab his separari nequeunt. Pontani copias Iucundi quoque codicem auxisse verisimile est, sed incertum. Ceterum Pontanus, qui ex universo

regno Neapolitano lapides scriptos collegit, quae ipse tanquam specimina citavit magis quam edidit, protulit compendiis solutis scripturaque continua; fraudis suspicionem quam olim movit Smetius (ad n. 2623) iam recte omnes omiserunt. — Fratrem *Iucundum* diligentissimum antiquorum monumentorum exscriptorem, Smetium ut ita dicam saeculi XV, ante a. 1492 codicem suum edidisse et iam a. 1488 cum amicis communicavisse titulos Neapoli sibi descriptos demonstravi *Berichte der sächs. Ges. der Wiss.* 1850 p. 224 sq. Ex paucis titulis n. 2922. 3063, quos ex Iucundi codice a Gorio excusso edidit Muratorius, aliisque indiciis exploratum mihi est a Iucundo in Neapolitanis totum fere pendere Apianum, cuius ideo permagna apud me est auctoritas. — Pontano aequalis etsi aetate minor *Benedictus de Falco* qui vixit saec. XVI ineunte, in libro suo (*antichità di Napoli e del suo distreto,* cuius adhibui ed. 5 Nap. 1617; Latine versus extat in Graevii et Burmanni thesauro t. IX p. I) perpaucas inscriptiones inscite retulit. — *Apianus* 1534 exscripsit Pontani libros vel potius Pontani exscriptorem Tacuinum et ut dixi codicem Iucundi. Falsae ab eo et ante eum a Mazochio editae n. 355*—358* sunt ex ioculari genere ad ridendum magis quam ad decipiendum prolatae. — *Aldus Paulli f. Manutius* in orthographia a. 1566 permultas inscriptiones agri Neapolitani edidit missas sibi (ut ait ad n. 2491) a Iosepho Bongianello Caesenate monacho ordinis S. Benedicti, egregia fide et diligentia transscriptas et raro unquam a versuum ordine genuino discedentes. Aldone praeter Bongianellum alii etiam amici suppeditaverint Neapolitanas, non liquet; utut est, quidquid in hac parte ab Aldo proficiscitur summam habet auctoritatem. Ex schedis vero Manutianis in Vaticana nihil omnino proferri quod ad agrum Neapolitanum pertineat mirum est; Bongianelli exempla num perierunt? Ceterum Panvinio Aldi copias patuisse antequam ederentur probat n. 2454. — *Stephanus Vinandus Pighius* bis moratus Neapoli, primum a. 1553 (cf. Hercul. Prod. p. 479 et cod. Waelsc. qui subindo notat 'correc. 1553') in primo itinere Italico octo annorum, comitatus fortasse a Morillonio, iterum a. 1575, in lapidibus Neapolitanis Smetii, qui Neapolim non adiit, vicibus susceptis scientiae nostrae aeternam operam navavit, Smetium diligentia aequans, doctrina superans. Praeter pauca epigrammata ab ipso edita in Hercule Prodicio (Antverp. 1587. 8.) titulorum a se descriptorum exempla fere omnia vulgavit a. 1588 in Smetii volumine. Sive Pighii sive Morillonii sunt praeterea quae ex codice Metelli Grutero misit Gutenstenius (v. ad n. 2452. 2458). Ex eius inscriptionum codicibus unum Berolini extare, alium in secunda Gruteri editione adornanda adhibitum esse notum est. Praeterea in codice canonici Waelscapple scripto Ultraiecti a. 1554 sq., cuius prior manus inter alias multas Neapolitanas quoque nescio unde corrasit (nota alibi mihi non repertam n. 2654), secunda manus alias correxit alias addidit ex Pighianis. — *Georgii Fabricii* et *Laurentii Schradaei*, item *codicis Victoriani* copiae vix suppeditant quod non longe melius et certius a Manutio Pighiove tradatur. — Horum aetate saec. XVI med. primam lapidum scriptorum collectionem instituit *Hadrianus Gulielmus Spadafora* regiorum quinternionum conservator, qui mortuus est nonagenarius a. 1589 (v. Gervasium iscr. Nap. p. 19), cuius frequentissima apud aequales mentio est. Res antiquas eum 'non modo ex Cumanis et Puteolanis reliquiis, sed ex tota fere Italia magno sumptu conquisivisse' auctor est Capacc. illustr. viror. elogia p. 336 citatus a Gervasio l. l. — Eodem tempore fraudes inceperunt infestare rem epigraphicam agri Neapolitani, inter quas eminet series falsorum titulorum in lapide fictorum n. 362*—368*, quos vel Neapoli vel Romae potius sibi comparavit Gulielmus quorumque quosdam adhuc spectare licet in museo Borbonico. Ficti sunt adhibitis falsis antiquioribus 355*—358*, quorum nugas hi auxerunt et exaggeraverunt. Denique extiterunt apud eum lapides aliquot genuini sed a lapicida interpolati, v. n. 2456 et 3040. — Item *Ligorianae* quadraginta fere n. 374*—414* obtigerunt Neapoli et viciniis, quas suppeditaverunt nobis Panvinius, Gruteri schedae Ursinianae, Boissardi codex ms. adhibitus a Grutero et Montfauconio, Holsteniana apud ipsum et Reinesium, schedae Barberinae Sponii et Fabrettii, schedae equitis Cassiani a Puteo quibus usus est Donius, inprimis vero Gudius et Muratorius sub nomine ipsius Ligorii. — Paullo post *Scipio Mazzella (sito et antichità della città di Pozzuolo* ed. 1 Nap. 1594, ed. 2 Nap. 1606; vidi utramque, Graevianam repetitionem in thesauro t. IX p. IV cave adhibeas) genuinis quas dedit ex Manutio plerumque descriptis, tum ineditis paucissimis ut n. 2490, non paucas addidit alias locis non suis attributas ut n. 2109 Nucerinam, n. 3244 Neapolitanam, tertiam Telesinam, alias a se confictas, qua de re monui *unterital. Dial.* p. 54 et in falsarum serie ad singulas; omnino compositio titulorum n. 415*—443* ipsa pro demonstratione erit fallaciarum. *Iosephus Mormile (descrittione dell' amenissimo distretto della città di Napoli e delle antichità di Pozzuoli* Nap. 1617) quod ad inscriptiones attinet simpliciter repetivit Mazzellam (quo factum est ut pro Mazzella saepe citaretur Mormile) paucis adiectis, ad quas solas attendi. Ceterum Mormilis exemplo usus sum subinde correcto in margine. — His fere quas adhuc enumeravi copiis usus est *Gruterus* (1603); adhibuit praeterea schedas *Sculteti* exigui pretii et in appendice praestantiores *Sirmondi*, ut omittam pauca et singularia quae e Scaligeranis et Gutenstenianis protulit. — Inter scriptores Neapolitanos qui primus de patriis antiquitatibus iusto volumine neque ut videtur sine doctrina et iudicio scripsit fuit *Fabius Giordanus*, quem scripsisse constat inter a. 1571 et 1590, ut immunis sit a Mazzellianis, sed Ligorianis per Panvinium contaminatus (cf. n. 2618 et n. 396*). Lapides antiquos diligenter collegit neque paucos solus servavit. Libri eius, quos ad exemplum fere Capaccii non de solo Neapolitano agro agere, sed Abellanas Nolanas Abellinates Teanenses Ausculanas Tereventinas aliasque inscriptiones continere excerpta docent, cum infelici casu inediti manserint, redeundum est ad codicem auctoris manu scriptum Neapoli olim in archio P. P. Theatinorum SS. Apostolorum, nunc in Borbonica asservatum; quod fecissem, nisi Neapolitanorum eruditorum peculium eum codicem (quippe qui de rebus Neapolitanis agat) esse ratus bibliothecae praefectus Iannellius usum eius mihi negavisset. Qua invidiosa stultitia factum est, ut de Giordani inscriptionibus magna adhuc supersit incertitudo. Cum enim adhiberent codicem Giordani fere quicunque post eum de rebus Neapolitanis scripserunt, Celanus Lasena Martorelli, ceteris vero diligentius Iosephus Cestari abbas (qui inde maxime compilavit tractatum inscriptum *descrizione della topografia ed antichi edifizj della città di Napoli* in Grimaldii *annali del regno di Napoli* vol. VI Nap. 1781. 8. p. 7—58) et Gervasius in variis opusculis; cumque mihi praeter edita haec inedita subsidia ad manus essent cum libri quinti apographum ab auctore correctum (v. Gervasio iscr. Nap. p. 74) in cod. bibl. Brancaccianae (scans. III litt. A n. 16) a me collatum, tum lapidum omnium a Fabio Giordano relatorum enotatio ab egregio iuvene Camillo Minierio Riccio insigni comitate in meum usum facta ad codicem bibliothecae regiae, in quo apographo tamen locorum indicatio praetermissa fuit, in variis his excerptis ex eodem auctore eodemque codice insignis diversitas reperta est, quae coegit me pro Giordani plerumque Giordanorum Ricciani Gervasiani Cestariani referre lectionem. — *Marcii Antonii Surgentis Neapolis illustrata* a. 1601 (adhibui ed. Graevianam in thes. t. IX p. III) rarissime citanda fuit; magis mihi profuit *Iohannis Antonii Summonte historia della città e regno di Napoli* (Nap. 1602. 4. IV voll), auctoris non indiligentis. — Expilavit eum et obscuravit *Iulius Caesar Capacius* († 1634), cuius extant *Puteolana historia* (Neap. 1604. 4. pp. 208) et *Neapolitanae historiae t. I. II.* (Neap. 1607. 4. pp. 900, quam ed. citavi), in qua Puteolanam historiam ad verbum repetivit. Quod plurima a prioribus accepit Falcone Apiano Smetio Mazzella Summontio, inique ei in vitium vertitur; quidquid habeat proficisci a Giordano auctor quidem est Toppius (bibl. Neap. p. 79. 166), sed quantum iudicare licet ex excerptis Giordani, minime haec accusatio confirmatur recteque ea a Gervasio iscr. Nap. p. 72 refellitur. Pleraque Giordani non habet Capacius quae si librum adhibuisset vix fuisset neglecturus; rursus multa dedit quae desunt apud Giordanum et omnino primus videtur fuisse qui lapides scriptos quotquot tum extabant Neapoli colligeret et ederet. Omnino in Capacio neque elegantiam neque fidem desidero; desidero diligentiam et subactum rerum antiquarum iudicium. Transpositae quas apud eum inveni (Romanam Grut. 361, 2 Proculi quam Puteolis attribuit hist. Put. p. 28, hist. Neap. l. II c. 24 p. 731; item Romanam Grut. 818, 1 Pontiae Capitolinae quam vult vidisse Neapoli post cathedralem ecclesiam l. I c. 21 p. 348) falsaeque n. 444* 445* quarum ratio plane singularis est, socordiae potius quam malae fidei documenta sunt. Versus ad lapidum ordinem nunquam expressit. Capacium posteriores certatim exscripserunt, ut Donius, schedarum Barberinarum auctores, Sponius, maxime *Reinesius* qui subinde tacite eum emendavit. Alia subsidia, si Ligoriana exceperis, Reinesius non habuit, nisi quod Langermannus Puteolis unam descripsit n. 2507. — Aequalis Capaccio, fortasse paullo antiquior etiam fuit qui confecit schedas quas Muratorius modo *Ambrosianas* modo suas appellare solet (quanquam schedarum suarum appellatione generali alios quoque fontes comprehendit), auctor accuratus qui versuum ordinem diligenter retinuit; aetas inde apparet quod nominat Bernardinum Martiranum Carolo V a secretis et Hadrianum Spadaforam. — Post Capaccium longo intervallo inscriptiones antiquae Neapoli neglectae videntur esse; vix enim quidquam profecit scientia nostra per *Petrum Lasenam (dell' antico ginnasio Napoletano* Roma 1641. 4. pp. 292) Giordani et Capaccii exscriptorem, per *Pacichellium (memorie de' viaggi* tom. IV 1685) et *Carolum Celanum (notitie del bello, dell' antico e del curioso della città di Napoli, div. in dieci giornate.* Nap. 1692. 12.). *Donio* lapides Neapoli tum obvios qui describeret nemo fuit praeter Stephanonium, qui et ipse paucissima dedit; aequalis eius *Gudius* Puteolis et alibi aliquot lapides ipse ut videtur exscripsit, sed neque multos neque magni pretii. Neque nisi sub finem saec. XVII extiterunt antiquarii qui colligerent denuo titulos et describerent.— *Matthaeus Aegyptius* (1674—1745) cum corpus quod meditatus est inscriptionum Neapolitanarum non ediderit et codex eius quo pervenerit ignoretur (v. praef.), ex ditissimis eius collectaneis restant ea tantum quae prodierunt in eius libro *ad Senatusconsultum de Bacchanalibus* (Neap. 1729. fol. pp. 221) et in sylloge *opuscoli volgari e latini del Conte Matteo Egizio* (Nap. 1751. 4. p. 202). In his cum reperiantur epistolae duae quibuscum a. 1700 et 1702 misit inscriptiones in agro Neapolitano (praesertim in aedibus Girardiorum, tum Sanctoriorum Neapoli et in villa Arenellana Blasii Aldimari ii p. a Neapoli) a se collectas ad Goetzium bibl. senatoriae Lipsiensis praefectum, inscriptionum Neapolitanarum syllogen inter schedas Goetzianas post eius mortem repertam et a Mascovio emptam, quam Io. Gothofr. Richter communicavit cum Muratorio (v. t. IV appendix altera) et Maffeio (M. V. p. 352), iure meo referre mihi videor ad eundem Aegyptium. Auctor est satis accuratus. — Eadem aetate *Iosephus Valletta* ex Puteolanis praesertim ruinis cum alia antiquitatis monumenta eruderavit tum lapides scriptos (cf. Giustiniani diz. geogr. VI, p. 353 et quos citat; Vignoli in libro mox cit. p. 185), quos descriptos a nepote Iosephi Nicolao Valletta edidit *Iohannes Vignoli* Peti-

lianensis in diss. *de columna Antonini Pii* Rom. 1705. 4. pp. 341. Ad idem museum pertinet communicatus mecum ab amicissimo Henrico Keil *Halensis codex* orphanotrophei signatus n. 33, duabus partibus constans, quarum altera Venetiis conscripta complectitur titulos Fori Iulii, Concordiae, Capodistriae, Veronae cet. (exscriptos alios ex Mabillonii itin. Ital. et Cam. Silvestri comm. in Iuvenalem, alios communicatos ab apostolo Zenone Venetiis 1699) et est exiguae utilitatis; altera inscripta est 'Inscriptiones hasce e marmoribus prope Baias repertis et aqua marina exesis illustriss. Iosephi Vallettae permissu ea qua potui diligentia descripsi Neapoli a. 1698 m. Novembr.'; quae summa industria descripta esse usus docuit. De reliquis codicis titulis confer quae diximus in praef. de Matth. Aegyptio. Iosephi Vallettae lapides scripti transierunt postea ad patricium Florentinum Neapoli habitantem *Petrum Andream Andreinum*, qui auxit multis titulis circa id tempus repertis praesertim classiariis, universaque Andreini sylloge ex schedis ipsius autographis edita est a *Gorio* in inscr. antiquis Etruriae vol. I (1727) p. 235—266. Gorius denique cum mortuo Andreino lapides scriptos emisset et Florentiam ad se devehendos curasset, curis secundis addidit et correxit quaedam ib. vol. III (1743) p. 51—107. Vallettianum museum quanquam Neapoli collectum est, tamen etiam inscriptiones Romae repertae in eo extiterunt, ut tituli M. Aurelii Galli Vignoli p. 295. Fabrett. 134, 94. Mur. 795, 2 et magistrorum ministrorumque Mur. 871, 3 coll. Grut. 179, 6, etsi eius generis perpaucas apud Vallettam fuisse facile concedo. Ut Valletta ita Andreinus non Miseno tantum et Puteolis, sed Roma quoque traxit lapides scriptos, ut duos ex columbario Asiniorum Gori I p. 266 coll. Gud. 191, 9; Carpi actoris Gori I, 253 coll. Mur. 943, 6; Iulii Baleriani Gori I, 18. III, 99 coll. Fabrett. 329, 481. (vide partem XI.); ut ex hoc museo quod editur probabile quidem sit in agro Neapolitano effossum esse, sed nequaquam certum. In mea sylloge id egi ne quid praetermitterem ex museis Vallettae et Andreini, exceptis tamen tabulis honestae q. d. missionis Gori I, 257 et quisquiliis epigraphicis ut sunt tegulae pondera tesserae aliaque eius generis (apud Gorium t. I p. 256 n. 43; 262—265 n. 46—52; t. III p. 2. 7) quae male ordinarentur ad systema hoc geographicum et ad sua corpora sive revocata iam sunt sive revocanda. Ex reliquis titulis quos Romanos esse constat, reieci in classem extraneorum, ceteros in hac parte exhibui. Denique quod musei Valletta-Andreinii lapides ipse non descripsi, facile fero; nam praeter Nicolai Vallettae apographa haud spernenda habemus exempla Andreini ab ipso Gorio ad archetyporum fidem exacta, qui duo viri Florentini in hac re elaboraverunt accurate et docte. — Lapides quos c. a. 1700 princeps Cellamaris collectos habuit aliosque agri Neapolitani *Io. Vincentius Rondinellus* Vignolio misit, qui edidit cum Vallettianis. — Libri *Pompeii Sarnellii (guida di Pozzuoli* Nap. 1691, iterumque 1697 a Bulifonio auctus, novissimam editionem pleniorem etiam frustra quaesivi; *guida di Napoli* Nap. 1692) non fuerunt negligendi, quanquam pauca dederunt. — De *A. S. Mazochii* libris schedisque v. praef. — Secutus est *Muratorius*, qui praeter Vignolianas et Gorianas copias, schedas item Kiriaci Iucundi Ambrosianas, de quibus supra diximus, permultos titulos agri Neapolitani accepit descriptos ab *Ignatio Maria Como*, quorum pars fuerunt quales quotidie eruderantur Puteolis et Miseni, maior vero pars descripta est a Como in museis duobus, altero PP. oratorii Philippini quod adhuc extat Neapoli, altero quod fuit in capite Pausilypi (ibi ubi dicitur *Marechiano)* in villa Mazzarum Salernitanorum (de qua cf. Gervasio iscr. Nap. p. 61), cui illatum esse quidquid reliquum fuit ex museo Spadaforae res docet. In hac collectione Venafranum unum, titulos Romanos nullos reperi praeter unum Mur. 2028, 9. Orell. 504, qui cum hodie in Vaticano extet et sit equitis singularis, omnino Neapoli abiudicandus est videturque ex schedis Mazzae Romae confectis petitus esse. Baiis quas duas attribuit Mur. 113, 2. 832, 4 auctore Montfauconio, minime sunt Baianae, sed Baianam sequuntur apud Montfauconium antiq. suppl. IV pl. 9. — De *Pratillio* in hac parte lenius nobis iudicandum est ac plerumque necesse fuit. Ut omittamus paucas quas in suis libris edidit solitae indolis, Maffeio misit lapidum scriptorum exempla primum per Arnolfinium M. V. p. 349 sq. (quem cur a Pratillio accepisse credam, dixi ad n. 451*), iterum per Marchesium M. V. p. 474 sq., in his complurium lapidum paullo ante a. 1745 ab Andrea Fraia repertorum in effossionibus Puteolanis, qui plerique adhuc extant neque nisi admodum paucos falsos continent. — Adhibiti sunt praeterea *Gorii* varia scripta (v. praef.), qui quae ex litteris amicorum Neapoli degentium nuper reperta accepit statim edere solebat, *Iacobi Martorellii* regia theca calamaria (Neap. 1756. 4. pp. 738); *antichità di Pozzuoli Cume e Baja* (fol. 1768), in cuius splendidi libri tab. 68 inscriptiones selectae aeri incisae sunt, non ut fuerunt in archetypis sed ut artifici disponere placuit; *Mauri Vetrani* Sebethi vindiciae Neap. 1767; *Nicolai Ignarrae* libri de palaestra Neapolitana (Neap. 1770. 4. pp. 331); de phratriis primis Graecorum politicis societatibus, in quo inscr. phratriacae Neapolitanae illustrantur; item de urbis Neapolis regione Herculanensium (Neap. 1797. 4. pp. 276); opuscula (Neap. 1807. 4. pp. XXIV, 372); anonymi socii academiae inscriptionum Parisiensis liber *dell' edifizio di Pozzuoli volgarmente detto il tempio di Serapide* (Roma 1773. 8.); *Isidori Bianchi marmi Cremonensi* (Milano 1791. 8.), qui p. 141 tab. 18. 19 duodecim inscriptiones exhibet Iobanni Recalcatio abbati a quodam amico dono datas Neapoli, quas Herculanenses non esse ut placuit editori p. 35 constat, et haud scio an ex Romano columbario primum emerserint; *Caietanus d' Ancora guida ragionata per le antichità di Pozzuoli* (Nap. 1792. 8. pp. 152); *Laurentii Giustiniani memorie sullo scovrimento di un antico sepolcreto Greco-Romano* (Nap. 1812. 8. pp. 193; ed. 2 1814 non vidi) aliique quos singillatim enumerare nihil attinet. *Scottio (dissertazione corografica di Miseno e Cuma)* aegre carui, quanquam excerpta inde apud alios reperi. — Nostra aetate praeter *Arditii Avellinii Lupoli Garruccii Guarinii Gervasii Minervinii Romanellii* dissertationes, quas indicabit praefatio, commemorandi videntur *Laurentii Palladini descrizione di un sepolcreto scop. a Pozzuoli* Nap. 1817. 8; *Andreae Iorii guida di Pozzuoli* (ed. 1. Nap. 1817. pp. 151, quae continet quasdam inscriptiones postea omissas; ed. 3. Nap. 1830. 8. pp. 126, quam intellige ubi ed. non significatur), optimi auctoris, qui sedulo lapides investigavit et diligenter non exscripsit sed plerumque aeri incidit; *Nicolai Lucignani* in vetus litteratum marmor Puteolis effossum commentatio (Neap. 1831. 8. pp. 128); *Iosephi Fusco dichirazione di alcune iscrizioni pertinenti alle catacombe di S. Gennaro de' Poveri, con un appendice di altre iscrizioni a Miseno rinvenute* (Nap. 1839. 8.).

Ipse ingentem lapidum litteratorum thesaurum, quem servat museum regium Borbonicum Neapoli, mea manu transcripsi totum; neque tamen fieri potuit ut quidquid ibi extat in hanc partem referretur. Farnesiani enim lapides omnes (quia in ipso lapide notantur nota FAR saepe tamen perperum adscripta) et Borgianorum longe maxima pars aliique haud pauci Romani lapides ibi inveniuntur, nullo discrimine confusi cum reliquiis collectionis Mazzianae et ducis Nojae, qui Mazzianam emit et auxit, et universa Danieliana (de qua v. in Capuanis) et plerisque erutis quotidie in agro Neapolitano et subinde museo illatis, ut taceam de Campanis Minturnensibus Canusinis Telesinis aliisque undequaque adductis. Itaque optimum visum est ne certa miscerentur incertis, separatis quorum originem investigare licuit peculiari capite proponere quidquid extat in museo Borbonico originis incertae. Quamquam enim speramus fore ut aliquando adhibitis musei regestis (dico *quelle originali schede delle iscrizioni del real museo che esistono presso la Reale Accademia Ercolanese*, ut ait Gervasio iscr. Nap. p. 21) permulti lapides certam sedem sint recuperaturi, tamen imperfecta ea esse docuit, ut unam solam rem commemorem, basis ingens Burbuleii consulis a Borghesio editi ex museo, quae unde venisset ipse Avellinius museo praefectus ignoravit (est autem Minturnensis), neque quantacunque posterorum diligentia plane tollere poterit incredibilem confusionem quam maiorum generavit incuria. Interim vero extranei hominis operam aequis iudicibus probatum iri confido. Lapis quo loco musei in sacris honorariis miscellaneis sepulcralibusve extet, diligenter indicavi, ut quamdiu qui fuit meo tempore ordo servatur, Neapolim adeuntibus ipsa archetypa examinare facile liceat. — Praeter Borbonicum quot potui lapides Neapoli et in agro descripsi, inter quos hic non commemorabo nisi expositos in monasterio S. Francisci Puteolano, eo maxime nomine commendandum quod toti ex ipso agro Puteolano congesti videntur esse. — Denique tituli qui apud patres oratorii Philippini adhuc servantur, a fratre Tychone descriptos accepi.

Marani, quem vicum Puteolanum fuisse arbitror Puteolisque adiunxi, lapides collegit Franciscus Caracciolus princeps Marani, edidit praesertim Giustinianus diz. V, 352 sq. VII, 334 sq. acceptos a Iosepho Proto.

Inter antiquas Neapolitanas inscriptiones quaedam se insinuaverunt non falsae sed noviciae, ut illud: FVI· NON· SVM· ESTIS· NON· ERITIS· NEMO· IMMORTALIS Apian. 131, 3, inde Grut. 928, 6 ex titulo Caroli Morimini apud Chytraeum delic. p. 36; epigrammata in sepulcrum Virgilii Reines. XVII, 80. 81 ex Capaccio; versus HVIVS· NYMPHA· LOCI· SACRI· CVSTODIA· FONTIS (Burmann anth. I, 81) apud Guarin. parnass. lap. p. 36 ex marmore musei Borbonici. Similis est n. 373*; reliquas hic commemoravisse sufficiet.

1. NEAPOLIS. (*Napoli*)

2444 epistylium rep. Neapoli, postea apud Did. Mazzam, nunc in mus Borb. sacr. col. 8.

HERCVLI· INVICTO· P· VERG· RESTITVTVS· OB INSIGNEM NVMINIS|

HONORE DEMARCHIAE ≈ PERFVNCTVS· AIDICVLAM· ST|

Descripsi. Ed. Mur. 1989, 4 a Como.

2445 tabella marm. Neapoli in murorum fundamentis rep. *Petrus Summ.*; 'quod Falco adiecit rep. ad portam ubi est mercatus, fecit ut opinionem suam de muris confirmaret' *Giov. Ant. Summonte* I p. 238; nunc apud Spataphorum (?) *Cap.*

P· MEVIVS· EVTYCHVS
AEDICVLAM· RESTITVIT
SEBETHO

Petr. Summonte in notis ad opp. minora poetica Io. Pontani in fine ed. Giunt. Flor. 1514; cod. Waelscapple f. 78; Falco ed. 1617 p. 23; Manut. orth. p. 705, ex eo Grut. 94, 9; sched. Giordani; Capacc. l. II c. 7 p. 439. — 1 P om. Falco (in ed. certe qua usus sum) Cap. — MAEVIVS Giord. — EVTYCVS Falco, ENTYCHVS W., EVTHYCVS Manut. — 2 REST Giord. — 3 SEBETO Falco Giord. — Sane meliorem auctorem desiderat titulus qui si qui alius facillime potuit confingi.

2446 *'trovata presso la ch. parochiale di S. Giacomo degli Italiani.' (Giord. apud Grimaldum.) 'ritrovata cavandosi i fondamenti dell' ampliazione della chiesa di S. Giacomo degli Italiani nella strada dell' Olmo; io non dubito che originalmente fosse fabbricata per le mura di Napoli nè trasportata altronde, essendo il marmo grosso e lungo palmi 6. largo 4. Si dice che stia buttato in un angolo dentro il Centimolo ch' è sotto il Convento di S. M. la Nuova.' (Summonte).*

IMP· CAES· DIVI· F· AVGVSTVS· PONT· MAX
COS· XIII· TRIB· POT· XXXII· IMP· XVI p. Chr. 9/10
P· P· MVRVM· ET· TVRRES· REFECIT

E Giordani ms. dedit Grimaldi ann. VI p. 17 (quem exscripsit Romanelli topogr III, 529) mihique descripsit Minieri-Riccius. Praeterea dedit Summontius p. 59. 60 (inde Spon. misc. p. 265; Mur. 441, 1 a Como; item ut vid. Celano giornat. I p. 5, quem exscripsit Giustiniani diz. VI, 212), non ex Giord. puto; Capaccius non habet. Dabo v. l. Giordani Grimaldianam et Riccianam, praeterea Summontii. — 1 CAESAR Giord. Ricc. — DIV· Giord. Grim. — P· MAXIMVS Giord. Grim. PONTIFEX· MAXIMVS Summ. — 2 TRIBVNICIA POTEST Summ. — 3 PATER·PATRIAE Summ. — TVRRESQVE (om. ET) Summ. — FECIT Giord. Ricc.

2447 Neapoli apud S. M. Annuntiatam *Smet.* in pariete monasterii S. Annuntiatae quo meridiem spectas e regione aedis S. M. Aegyptiacae. *Mazochi.*

αυτοκράτωρ TITOΣ · KAIΣA*ρ*
*θεοῦ οὐεσπασιανοῦ υἱὸς ὀ*ΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ· ΣΕΒΑΣΤΟΣ
*ἀρχιερεὺς μέγιστος δημαρχ*ΙΚΗΣ· ΕΞΟΥΣΙΑΣ· ΤΟ· Ι·
*αὐτοκράτωρ τὸ ιέ πατὴρ πατρίδ*ΟΣ· ΥΠΑΤΟΣ· ΤΟ· Η· ΤΕΙΜΗΤΗΣ
*ἐννέᾳ πόλει δημαρχήσας ἀγων*ΟΘΕΤΗΣΑΣ· ΤΟ· Γ· ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΣ
*................ὑπὸ σεισμῶν σ*ΥΜΠΕΣΟΝΤΑ· ΑΠΟΚΑΤΕΣΤΗΣΕΝ
*imp· titus caesar divi vespasia*NI· F· VESPASIANVS· AVG
pontifex max· trib· potest· x· imp· xv· COS· VIII· CENSOR· P· P p. Chr. 81
*......................terrae mo*TIBVS· CONLAPSA· RESTITVIT

Falco in fine libri affert, om. Graecis; Smet. 13, 12 (descripsit Pighius); ex eo et ms. Pighii Grut. 173, 8; schedae Giordani; Summonte I p. 56; Capacc. l. I c. 18 p. 274; Lasena p. 86; Celano giorn. 3 p. 298; Mazochi de cath. eccl. p. 235 aeri incisam; Mur. 228, 6 a Como om. Latinis; *letters from a young painter* II, 172; d'Arthenay in Gorii symb. dec. II, 2, p. 9; Martorelli theca p. 412. 536; Ignarra de pal. Neap. p. 109; C. I. Graec. n. 5809. — Cum Smetius Gruterus Mazochius Martorellius Ignarra fere consentiant, reliquorum erroribus et supplementis praetermissis horum v. l. afferre satis habeo, praesertim cum constet neminem vidisse pleniorem. Falco enim ita repraesentavit: VESPASIANVS· AVGVSTVS· VESP· F· CON· VII· CENSOR· P· P· TIBVS· CONLAPSA· RESTITVIT — 1 . .ΙΤΟΣ Maz. — ΚΑΕΣΑ ms. Pigh. ΚΑΙΣ/ Maz. — 2 ...ΕΣΠ Maz. — 3 ...ΚΗΣ Maz. — 9 *concussion*IBVS Maz. — Supplementa Ignarrae et Franzii probabilia retinui.

2448 Neapoli. *'ritrovata sotto la strada del Nido vicino il collegio di Gesù, ora dentro di esso.' Summ.*

PIISSIMAE· ET· CLEMENTISSIMAE
DOMINAE· NOSTRAE· AVGVSTAE
HELENAE· MATRI
DOMINI· NOSTRI· VICTORIS
SEMPER· AVG· CONSTAN
TINI· ET· AVIAE
DOMINORVM· NOSTRORVM
CAESARVM· BEATORVM
VXORI· DIVI· CONSTANTII
ORDO· NEAPOLITANORVM
ET· POPVLVS

Grut. 1086, 2 (vidit Sirmondus); Summonte hist. di Nap. 1602, I p. 119; Surgentis Neap. ill. 1602 c. 12 fort. ex Summ.; Capacc. l. 1 c. 8 p. 65 ex Summontio, puto; Celano giorn. 3 p. 186 ex Capaccio. Cf. Marini in Mai script. vett. V p. 238. — 1 AC pro ET Summ. Surg. Cap. — CLAEMENTISSIMAE Cap. — 2 AVG· Cap. Cel — 4 VITORIS Summ. — 5 SEMP· Surg. Cap. — AVGVSTI· CONS|TANTINI Summ Surg. CONSTANTINI om. Cap. Cel. — 7. 8 DOMINOR· NOSTROR· BEATISIMORVM· CAESARVM Cap. Cel. — 9 DOMINI pro DIVI Cel. — COSTANTII Summ. CONSTANTINI Surg. Cap. COSTANTINI Cel. — 10 NEAPOLITANVS Summ. Surg NEAPOLIT Cap. NEAP Cel. — 11 POP (om. ET) Cap., P· (om. ET) Cel.

2449 Neapoli ad sedile Montaneae *Mich. Reg.*

PIISSIMAE· AC· VENERABILI
DOMINAE· NOSTRAE· HELENAE
AVGVSTAE· MATRI
DOMINI· NOSTRI· VICTORIS
SEMPER· AVGVSTI· CONSTANTINI· ET
AVIAE· DOMINORVM· NOSTRORVM
BEATISSIMORVM· CAESARVM
ORDO· ET· POPVLVS· NEAPOLITANVS

Cod. Mich. Reg. p. 94; Falco ed. 1617 p. 46; Smet. 58, 4 (a Steph. Pighio), ex eo Grut. 284, 2; cod. Waelscapple f. 118; Schrader mon. It. f. 247; sched. Giordan.; Summonte p. 119; Surgentis Neap. ill. c. 12; Capacc. l. I c. 8 p. 65. Cf. Marini in Mai script. Vat. V p 238. — Cum Reg. meus et Pighii et Schraderi exempla accurate consentiant, reliqua apographa neglexi. — 5 AVG· Pigh. Schrad. — 8 Smet. ait. addere se ex alio exemplo; in priori videtur casu excidisse, habent enim reliqui omnes et ipse Regiensis meus. — Ex hoc tit. citat Panvin. Rom. p. 750 ed. 1558 v. ult., quem confusum cum alio ibidem a Panvin. cit. GENIO· COLONIAE· NEAP (vide n. 380*) tanquam ineditam inscr. protulit Mazochius de cath. eccl. p. 238 (inde per Comum Mur. 1112, 7).

2450 Neapoli in eccl. cath. in aedicula S. Asprenatis primi episcopi Neapolitani rep. m. Nov. 1745, cum corpus eiusdem recognosceretur.

D N PLACIDVS VALENTIN*ianus augus*
TISSIMVS OMNIVM RETRO *principum*
SALVO ADQVE CONCORDI *d n fl theo*
DOSIO INVICTISSIMO AV*g ad decus no*
MINIS SVI NEAPOLITANA*m civitatem*
AD OMNES TERRA MARI*que incursus*
EXPOSITAM ET NVLLA *securitate*
GAVDENTEM INGENTI *labore atque*
SVMPTV MVRIS TVRRIB*usq· munivit*

Nov. Fior. 1747 p. 7 (misit Ludovicus Sabbatini de Anfora cum supplementis Scipionis Christophori); Donat. 222, 6 e Nov.; Ignarra de phratr. p. 216 cuius fere supplementa retinui, selecta, ut ait, ex supplementis de Anforae, Martorellii, Pratillii, Iacobi de Christophoro.

2451 Neapoli in aed· Fr. Guevarae quae Pontani fuerunt *alla strada d'Arco.*

ΟΚΤΑΟΥΙΟΣ ΚΑΠΡΑΡΙΟΣ ΟΚΤΑΟΥΙΩΙ
ΚΑΠΡΑΡΙΩΙ ΥΙΩΙ ΕΥCΕΒΕCΤΑΤΩΙ ΚΑΤΑ ΤΟ ΤΗC
ΒΟΥΛΗC ΨΗΦΙCΜΑ 7 Ι ΚΑΛΑΝ ΙΑΝΟΥΑΡΙΩΝ
ΓΡΑΦΟΜΕΝΩΙ ΠΑΡΗCΑΝ ΠΕΤΡΩΝΙΟC CΚΑΠΛΑC ΜΑΝΝΕΙΟC
ΠΡΕΙCΚΟC ΠΟΠΠΑΙΟC CΕΟΥΗΡΟC 7 ΠΕΡΙ ΟΥ ΠΡΟCΑΝΗΝΕΓΚΑΝ ΤΗΙ
ΒΟΥΛΗΙ ΠΑΚΚΙΟC ΚΑΛΗΔΟC ΚΑΙ ΟΥΕΙΒΙΟC ΠΟΛΛΙΩΝ ΟΙ ΑΡΧΟΝΤΕC ΠΕΡΙ
ΤΟΥΤΟΥ ΤΟΥ ΠΡΑΓΜΑΤΟC ΟΥΤΩC ΕΔΟΞΕΝ 7 ΠΑΝΤΙ ΜΕΝ ΠΟΛΕΙΤΗΙ
CΥΝΑΧΘΕCΘΑΙ ΔΕΙΝ ΕΠΙ ΤΕΚΝΟΥ ΤΕΛΕΥΤΗΙ ΜΑΛΙCΤΑ ΔΕ ΟΚΤΑΟΥΙΩΙ ΚΑΠΡΑ
ΡΙΩΙ ΑΝΔΡΙ ΑΞΙΟΛΟΓΩΙ ΒΙΟΥΝΤΙ ΕΠΙΕΙΚΩC ΚΑΙ ΑΓΟΡΑΝΟΜΗCΑΝΤΙ CΕΜΝΩC ΑΠΟΒΑ
ΛΟΝΤΙ ΥΙΟΝ ΚΑΠΡΑΡΙΟΝ ΝΕΩΤΕΡΟΝ ΜΕΜΑΡΤΥΡΗΜΕΝΟΝ ΥΦ ΗΜΩΝ
ΔΙΑ ΤΕ ΤΗΝ ΤΩΝ ΤΡΟΠΩΝ ΚΟCΜΙΟΤΗΤΑ ΚΑΙ ΔΙΑ ΤΗΝ ΟΜΟΙΑΝ ΤΩΙ ΠΑΤΡΙ
ΕΠΙΤΕΛΕCΘΕΙCΑΝ ΑΥΤΩΙ ΑΓΟΡΑΝΟΜΙΑΝ ΠΑΡΑΜΥΘΕΙCΘΑΙ ΟΥΝ ΑΥΤΟΝ
ΔΗΜΟCΙΑΙ ΚΑΙ ΔΙΔΟCΘΑΙ ΤΟΠΟΝ ΕΙC ΚΗΔΕΙΑΝ ΟΝ ΑΝ Ο ΠΑΤΗΡ ΑΥΤΟΥ ΕΛΗΤΑΙ
L· D· P· D· D

Grut. 1027, 5 (Gutenst. ex Metellianis), ubi in Add. restituit Scaliger; sched. Giordani; Summonte p. 113; Capacc. l. I c. 8 p. 55; C. I. Graec. n. 5836. Tractavit Minervinius Tettia Casta p. 55. — 1 ΟΚΤΑΥΙΟΣ et ΟΚΤΑΥΙΩΙ Cap. — 3 ΙΙ Giord., ΠΡΟ Summ. Cap — ΚΑΛΕΕΝ Giord., ΚΑΛΑΝΔΩΝ Cap. — 4 ΓΡΑΦΟΜΕΝΩΝ Giord Summ. Grut. — ΠΑΡΙCΑΝ Giord — ΠΕΤΡΟΝΙΟΣ Summ., ΠΕΙΡΟΟΙΟΣ Cap. ΜΑΝΝΘΕΙΟC Giord. - 5 ΠΡΙCΚΟC Giord. Summ. — ΠΟΠΠΑΤΟΣ Cap. — 6 ΙΤΑΚΚΙΟΣ Grut. — ΟΥΤΙΒΙΟC Giord. — ΙΙΩΝ pro ΠΟΛΛΙΩΝ Cap. — 7 ΤΟΥ om. Giord. — ΟΥΤΟΣ Grut. — ΕΔΟΤΞΕΝ Grut., ΕΔΩΞΕΝ Cap. — ΠΑΝΙ Grut. — ΠΟΛΙΤΗΙ Cap. ΠΟΝΤΗ Giord. — 8 CΥΝΑΧΘΕCΤΑΙ Giord. — ΤΕΛΕΥΤΗΝ Grut. — ΜΑΛΗΣΤΑ Summ. — ΟΚΤΑΥΙΩΙ Cap. — 9 ΑΞΙΟΛΟΓΩ Summ. — ΕΠΗΚΩΣ Summ., ΕΠΕΝΩΣ Grut. — ΚΑΤΑΤΟΡΑΝΟΜΗΣΑΝΤΙ Summ., ΚΑΤΑΓΟΡΑΝΟΜΙΣΑΝΤΙ Cap. — ΣΜΝΩΣ Grut., ΣΕΜΘΩΣ Cap. — 10 ΝΕΟΤΕΡΟΝ Grut. — 11 ΠΡΟΠΩΝ ΚΟΣΜΟΙΟΤΗΤΑ Grut. — ΟΜΟΜΟΙΑΝ Grut. — ΩΙ pro ΤΩΙ Summ. — 12 ΕΠΙΤΕΛΕΞΘΕΙΣΑΝ Summ., ΕΠΙΛΕΝΣΘΕΙΣΑΝ Cap. — ΑΤΟΡΑΝΟΜΙΑΝ Summ. — ΠΑΡΑΜΥΘΙCΘΑΙ Giord., ΠΑΡΑΜΟΘΕΙΣΘΑΙ Cap. — ΑΥΤΩ Giord. — 13 ΔΗΜΟΣΙΑΚΟΝ Cap., ΩΔΗΜΟΣΤΑΙΚΑΙ Grut. pro ΔΗΜΟCΙΑΙ ΚΑΙ. — ΔΙΛΟCΤΑΙ Giord., ΔΙΔΟΣΘΟΙ Grut. — ΤΟΝ pro ΤΟΠΟΝ Grut. — ΤΗΣ (pro ΕΙΣ) ΚΗΔΗΑΣ Cap. — L· D· P· P· D Cap., L· D· D· D Grut. — Giord. iota subscriptum peraeque omisit. — Ex eodem dedi formam litt. C.

2452 Neapoli in aed. Fr. Guevarae Hispani quae Pontani fuerunt *Grut. Cap.*

ΙΑ· ΠΡΟ ΚΑΛ ΑΠΡΕΙΛΙΩΝ
ΓΡΑΦ ΠΑΡΗΣ ΦΟΥΛΟΥΙΟΣ
ΠΡΟΒΟΣ ΛΟΥΚΙΟΣ ΠΟΥΔΗΣ ΝΕΑΠΟΛ
ΠΟΥΛΧΕΡ ΠΕΡΙ ΟΥ ΠΡΟΣΑΝΗΝΕΓΚΕΝ
ΤΟΙΣ ΕΝ ΠΡΟΣΚΛΗΤΩΙ ΚΟΡΝΗΛΙΟΣ
ΚΕΡΕΑΛΙΣ Ο ΑΡΧ ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΟΥ ΤΟΥ
ΠΡΑΓΜΑΤΟΣ ΟΥΤΩΣ ΕΥΗΡΕΣΤΗΣΕΝ
ΛΙΚΙΝΙΩΙ ΠΟΛΛΙΩΝΙ ΑΝΔΡΙ ΤΟΥ
ΗΜΕΤΕΡΟΥ ΤΑΓΜΑΤΟΣ ΠΑΤΡΟΣ ΤΕ
ΒΟΥΛΕΥΤΟΥ ΕΠΙΕΙΚΩΣ ΚΑΙ ΑΞΙΩΣ
ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΑΝΑ*γε*ΓΡΑΦ ΤΟΠΟΝ
ΕΙΣ ΚΗΔΕΙΑΝ ΔΙΔΟΣΘΑΙ ΟΝ ΑΝ ΟΙ ΠΡΟΣ
ΗΚΟΝΤΕΣ ΑΥΤΟΥ ΕΛΩΝΤΑΙ ΕΚΤΟΣ
ΤΩΝ ΙΕΡΩΝ Η ΜΕΜΙΣΘ ΤΟΠΩΝ
ΑΙΒ·ΤΕΑ ΚΑΙ ΕΙΣ ΠΑΡΑΜΥΘΙΑΝ ΤΩΝ ΓΟΝΕΩΝ
C· LICINIVS· PROCLVS· ET· MECLONIA
C· F· SECVNDILLA· PARENTES
L· D· D· D

Grut. 428, 11 (Gutenstenius ex ms. Metelli), addita in ed. 2 v. l. Morillonii qui Pighio dedit; sched. Giordani; Capacc. l. I c. 8 p. 56; C. I. Graec. n. 5843. Tractavit Minervinius Tettia Casta p. 52. — Exemplum Metelli et Morillonii et Giordanii idem est, idque minusculis multisque compendiis scriptum fuisse apparet; diversum est Capaccianum minusculis editum. — Versuum ordo est Gruterianus, quanquam vix ad lapidem exactus. — 1 I pro ΙΑ Cap. — ΠΡΟΣ Giord. — 3 ΣΠΟΥΔΗΣ Grut., quod. corr. in Add. ex coni. — ΝΕΑΠΟΛ cur alii aliter correxerint, non video; *Neapolitanus* nomen est ut n. 3275. — 4 ΠΟΥΛΚΕΡ Giord — ΠΡΟΣΑΝΙΝΕΓΚΕΝ Giord., ΠΡΟΣΑΝΗΝΕΓΚΑΝ Cap. — ΠΡΟΣΚΛΗΤΟ Giord., ΠΡΟΚΛΗΤΟ Grut. ΠΡΟΣΠΑΙΤΩΙ Cap — ΚΟΚΝΙΛΙΟΣ Giord. — 6 ΑΡΡ pro ΑΡΧ Giord. — ΤΟΥ om. Giord. — ΟΥΤΩΜ Giord. — ΕΟΥΗΡΕΣΤΗΣΕΝ Giord., ΕΥΗΡΕΣΤΗΣΑΝ Cap. — 8 ΑΙΚΙΝΙΩΙ Cap., ΛΙΚΙΑΝΙΟ vel ΛΙΚΙΑΝΤΟ Pigh, ΑΙΚΙΑΝΙΤΟ Grut. ΛΟΥΚ· ΛΗΤΟ Giord. — ΠΩΛΛΙΟΝΙ Cap., ΠΩΛΛΙΩΝΙ Giord. — 9 ΗΜΕΤΕΡ·Ι Grut. (ubi punctum est pro Ο parva, Ι pro Υ), corr. in Add.: ΗΜΕΤΕΡ Giord. — 10 ΕΠΕΙΚΩΣ Grut. ΕΠΕΙΙΚΟΣ Giord. — 11 ΑΝΑΕΓΓΡΑΦ Grut., ΑΝΕΤΡΑΑΦ' Giord., om. in lac. Cap.; ΑΝΑΓΕΓΡΑΦΕΥΚΟΤΙ coni. Scal. et recepit Franzius, ΒΙΟΥΝΤΙ coni. Min. — 12 ΚΗΔ· Giord. Grut. — ΟΗ pro ΟΝ Giord. — 13 ΕΛΟΝΤΑΙ Grut. — ΕΚΤΟ Cap. — 14 Η ΜΕΜΙΣΘ· Grut., ΗΜΕΜΙΣΤΟ· Giord., om: Cap. — ΤΟΠΟΝ Giord. — 15 ΑΙΒ· ΤΕΑ (ΤΕΑ Pigh.) Giord. Grut.; om. Cap.; ΕΙΣ· ΑΜΟΙΒΗΝ coni. Franz. — pro ΚΑΙ Capaccii Κ Giord. Grut, Χ Pigh. — ΕΙΜ Giord. — ΠΑΡΑΜΥΘ· Grut., ΠΑΜΥΘ Giord. — 15 ΤΟΝΕΩΝ Giord. — 16 PROCLVS Pigh., PROCIVS Giord. Cap., PROCVLVS Grut. — MECLONIA Giord. et corr. Min.; MECIONIA rel. — 18 om. Cap. Giord.

2453 Neapoli apud M. Antonium de Cavaleriis *Cap.* lapis albus in via Chatreux *Gud.* — Titulum ad Neapolim pertinere probat officium agonothetae.

prisc IANI
Q· COMINIO· PRIS
ciano V· P· MAGISTRO
ORVM · PATRONO
PAE · SACERDOTI
RVM· AGONOTHE

Gud. ms. 982, 3 in charta agglutinata non Gudii manu scripta; Capacc. l. I c. 7 p. 60 (ex eo Reines. VI, 28; Spon. misc. p. 169, ex hoc Donat. 350, 5). — 1 NEAPOLITANI Cap. ex interpolatione. — 5 PAE Gud., IAE Cap. — 6 VRVM Cap. — AGONOFHF Gud.

2454 Neapoli ad S. Pauli. *Panv. Man.*

C· HERBACIO· MAEC
ROMANO· DEMAR
CHISANTI· II· VIR· ALI
MENTORVM· QVAEST
CVR· SACRAE· PECVN
CVR· II· FRVM· COMPAR
SE· VIBO· FECIT
QVI· OB· PROMISS· VENAT
PHETRIS· DIVISIT· QVI
NA· MIL· NVM

Quattuor prima verba citat P. Manut. ad Cic. ep. fam. VIII, 8. Integram exhibent Panvin. Rom. p. 525 (inde Smet. 84, 9 et Grut. 418, 6); Manut orth. 495, 3 ex eodem exemplo quo usus est Panvinius, sed accuratius expresso; sched. Giordani, unde descriptam habui edidittque diverse Gervasio iscr. Sip. p. 25. — Versuum divisio incerta; sequor Panv. Man. — 1 HERBATIO· MAE Gerv. — 3 CHISANTI Gerv., CHVSANTI Giord. meus, om. in lac. Panv. Man. — VIR om. Gerv., VIRO Panv. — AL Panv. Man. — 4 MENTORVM·QVAEST Gerv., MENTOR·QVAESTOR·ET Giord. meus; IIII....LICIO· QVAEST Man., ...LICIO· QVAEST Panv. — 5 om. Giord. meus. — 6 CVR·II· Man., CVR·N Giord. meus. — 7 VIVO Panv. Gerv. — 8 PROMISSAM Gerv. — 9 PHRETIS Gerv., PHRETRIS Giord. meus. — 10 MILLIA· NVMM Giord. meus.

2455 cippus Pietrabiancae III p. a Neapoli sub Vesuvio monte in villa Bernardi Martirani (postea Torellae) *Fabric.*; ad S. Antonii in atrio portae minoris *Cap. Venuti Giust.*; nunc in mus. Borb. misc col. 14. — Quod ait Cap. rep. Herculanei, infelix coniectura est. Regionis Herculensis quae fuit Neapoli meminit S. Gregorius lib. III ep. 63; vide Capacc. l. I c. 14 p. 226 et Holsten. ad Ortel. p. 92.

CONCESSIANI
L· MVNATIO CONCESSIA
NO V· P· PATRONO COLO
NIAE PRO MERITIS EIVS
ERGA CIVES MVNIFICA
LARGITATE OLIM HONO
REM DEVITVM PRAESTAN
TISSIMO VIRO PRAESENS
TEMPVS EXEGIT QVO ETIAM
MVNATI CONCESSIANI FILII
SVI DEMARCHIA CVMVLATIORE
SVMPTV LIBERALITATIS ABVN
DANTIA VNIVERSIS EXIBVIT CIVIBVS *sic*
sic OBOVE TESTIMONIA AMORIS SINCERIS
SIMI· REC PRIMARIA SPLENDIDISSI
MA HERCVLANENSIVM PATRONO MIRA
BILI STATVAM PONENDAM DECREVIT

Descripsi. Fabric. antiq. ed. 1549 p. 43, qui descripsit (inde Grut. 439, 6); sched. Giordani; Summonte p. 94; Capacc. l. II c. 9 p. 462; Venuti scop. di Ercolano p. 28; Belgrad. apud Gor. symb. dec. II p. 4 p. 37; d'Arthenay ibidem p. 2 p. 41; Rosini diss. isag. p. 53. 98, qui aeri incidendam curavit; Ignarra de phratr. p 221; Grimaldi ann. VI p. 18; Giustiniani diz. geogr. VI, 312; Osann syll. p. 542.

2456 Neapoli olim in domo Hadriani Guilielmi, deinde in suburbano Mazzae, nunc in mus. Borb. sep. col. 52. — Capuae *codex Waelscapple*; quod redarguit tribus Maecia Neapolitanorum propria.

DIS· MAN· SAC///
C· OCTAVIO· C· F MAEC· VERO
PRAEF· IVVEN· EQVO PVBLICO AD
LECTO IN· V̄· DECVR·//////////NATO
MILITI//E////////////////////////CAE
FLAMINI VIRBIALI///////////////II
AEDILI AVGVSTALI QQ IVVENV////
POSTVMIA PROCVLA· VXOR
MARITO· KARISSIMO· ET
OCTAVIA· C· F· VERA FILIA
PATRI· OPTVMO· FECERVNT

Ant. August.

PRAEF· IVVEN· EQVO· PVBLICO· AD
LECTO· IN· V· DECVR· ORNATO
MILITIAE· PRAEF· COH· AFRICAE
FLAMINI· VIRBIALI· AVGVRI
AEDILI· AVGVSTALI· Q· Q· IVVENVM

Descripsi et genuinam esse iudicavi, sed interpolatam in vv. 4. 5. 6. 7, ubi ab alia et recenti quidem manu haec reposita sunt in locis quos supra virgulis explevimus:

LECTO· IN· V· DECVRIAE ORNATO
MILITIAE PRAEF COHORTIS CAES
FLAMINI VIRBIALI ET AVGVRII
AEDILI AVGVSTALI QQ IVVENVM· M *sic*

4 punctum post DECVR· antiquum manet sub scriptura recenti. Exhibent formam interpolatam Manut. orth. 494, 2; cod. Waelscapple f. 160; Smet. 84, 2 a Pighio vel Morillonio; Grut. 445, 3 e Smetio et ms. Pighii; sched. Giordani; Mur. 1392, 5 a Como ex parte; v. 2 affert P. Manutius ad Cic. ep. fam. VIII, 8. Unus Panvin. in Add. ad remp. Rom. ed. 1558 (inde Grut. 494, 7) ex exemplo Roma sibi misso ab Antonio Augustino exhibet versuum ordine antiquo neglecto vv. 3. 4. 5. 6. 7 ut in margine adscripsi, quod exemplum exceptum videtur quidem antequam lapis corrumperetur, sed ex vestigiis scripturae ibi ubi lapis postea rescriptus est parum feliciter concinnatum. Damnatum esse titulum post Maffeium A. C. L. p. 350 ab Orellio n. 4102 promptam excusationem habet, quanquam nunc de ea re diverse iudicemus necesse est.

2457 Neapoli paucis abhinc mensibus rep. *Surgente a.* 1602. apud Camillum Sanfelice *Summ.* apud eq. Io. Paulum Sanfelicium *Cap.*

D ≈ M
MARCIAE· MELISSAE
CONIVGI· INCOMPA
RABILI· FELIX· ARK
REIP· NEAPOLITANORVM
L· D· EX· PERM· MAGIST
ET·MARCIVS·FELIX·MATRI·B·M·P

Surgente Neap. ill. c. 12; Summonte p. 110; sched. Giordani (unde mihi descripta est et edita a Gervasio iscr. Sip. p. 14); Capacc. l. I c. 8 p. 57; Reines. VI, 70 e Cap.; Spon. misc. p. 211 ex Cap. et Summ. — 1 om. Summ. — 2 MARTIAE Surg. — 4 FOELIX Surg. — ARK Surg. Summ. ARCK Giord. Gervasii, ARX X Giord. meus, Cap., qui ad archontes refert. — 5 REIPVBLICAE Cap. — NEAPOLITAN Surg., qui hic desinit. — 6 PERMI Giord. meus, PER Gerv. — MAGISTER Cap. — 7 MARCVS Giord. MARITVS Summ. — P om. Summ. Cap.

2. PVTEOLI (*Pozzuoli*).

2458 tabula marmorea lata pedes 4½, alta p. 2, crassa pollicem unum, scripta litteris antiquis quidem, sed neutiquam eius aetatis cuius est inscriptio ipsa. Puteolis olim extitisse res ipsa docet; innotuit saec. XVI dum Neapoli in aedibus Hadriani Guilielmi Spadaforae adservabatur, qui unde habuerit, docemur ab uno Metello (in cod. Vatic. n. 6039), qui sic ait: '*Ex S. Stephanino de Pontone de scala in aedes Adriani huius translatum. Nicotius contulit cum ipso saxo et characteres Constantini saeculum referre ait.*' et alibi: '*Libens a Pontano id saxum falso insculptum dixerim. Benedicto tamen Aegio antiquitatis studiosissimo non ita videtur et Nicotius ipse contulit saxumque antiquum esse ait et Morillonius*' et rursus: '*A tergo huius inscriptionis haec habetur inscriptio* (sequitur n. 2515). *Ea sola olim apparebat; nam tabulae latus quo lex insculpta fuerat adsutum parieti fuerat ut donec eam Adrianus redemit, quod ante sex annos fuit, ignota esset.*' Postea Spadafora mortuo ablatam esse ab Alphonso Sancione Grottulanorum marchione auctor est *Capacc.* Hodie extat in museo Borbonico hon. col. 2.

AB· COLONIA· DEDVCTA· ANNO· XC·
N· FVFIDIO· N· F· M· PVLLIO· DVO· VIR
P· RVTILIO· CN· MALLIO· COS u. c. 649
OPERVM· LEX· II·

LEX· PARIETI· FACIVNDO· IN· AREA· QVAE· EST· ANTE
AEDEM· SERAPI· TRANS· VIAM· QVI· REDEMERIT
PRAEDES· DATO· PRAEDIAQVE· SVBSIGNATO
DVVMVIRVM· ARBITRATV

IN· AREA· TRANS· VIAM· PARIES· QVI· EST· PROPTER
VIAM· IN· EO· PARIETE· MEDIO· OSTIEI· LVMEN
APERITO·LATVM· P·VI· ALTVM· P·VII· FACITO· EX EO
PARIETE· ANTAS· DVAS· AD· MARE· VORSVM· PROICITO
LONGAS· P· II· CRASSAS· P· I ⁝ IN· SVPER· ID· LIMEN
ROBVSTVM· LONG· P·VIII· LATVM· P· I ⁝ ALTVM· P· S ⁝
INPONITO· INSVPER· ID· ET· ANTAS· MVTVLOS· ROBVSTOS
II·CRASSOS· S ⁝ ALTOS·P·I·PROICITO·EXTRA·PARIETE
IN· VTRAMQVE·PARTEM· P·IV·INSVPER· SIMAS· PICTAS
FERRO· OFFIGITO· IN· SVPER· MVTVLOS· TRABICVLAS
ABIEGNIEAS· II· CRASSAS· QVOQVE· VERSVS· S· INPONTO

FERROQVE. FIGITO· INASSERATO· ASSERIBVS· ABIEGNIEIS
SECTILIBVS·CRASSEIS·QVOQVE·VERSVS :: DISPONITO NI PLVS·S ⁝
OPERCVLAQVE· ABIEGNEA· INPONITO· EX· TIGNO· PEDARIO
FACITO· ANTE· PAGMENTA· ABIEGNEA· LATA· S ⁝ CRASSA ·Ɛ·
CVMATIVMQVE· INPONITO· FERROQVE· PLANO· FIGITO
PORTVLAQVE· TEGITO· TEGVLARVM· ORDINIBVS· SENEIS
QVOQVE· VERSVS· TEGVLAS· PRIMORES· OMNES· IN· ANTE
PAGMENTO· FERRO· FIGITO· MARGINEMQVE· INPONITO
EISDEM· FORES· CLATRATAS· II· CVM· POSTIBVS· AESCVLNIEIS
FACITO·STATVITO·OCCLVDITO·PICATOQVE·ITA·VTEI·AD·AEDEM
HONORVS· FACTA· SVNT· EISDEM· MACERIA· EXTREMA· PARIES
QVI· EST· EVM· PARIETEM· CVM· MARGINE· ALTVM· FACITO· P· X·
EISDEM· OSTIVM· INTROITV· IN· AREA· QVOD· NVNC· EST· ET
FENESTRAS· QVAE· IN· PARIETE· PROPTER· EAM· AREAM· SVNT
PARIETEM· OPSTRVITO· ET· PARIETI· QVI· NVNC· EST· PROPTER
VIAM· MARGINEM· PERPETVOM· INPONITO· EOSQVE· PARIETES
MARGINESQVE· OMNES· QVAE· LITA· NON· ERVNT· CALCE
HARENATO· LITA· POLITAQVE· ET· CALCE· VDA· DEALBATA· RECTE
FACITO· QVOD· OPVS· STRVCTILE· FIET· IN· TERRA· CALCIS
RESTINCTAI· PARTEM· QVARTAM· INDITO· NIVE· MAIOREM
CAEMENTA· STRVITO· QVAM· QVAE· CAEMENTA· ARDA
PENDAT· P· XV· NIVE· ANGOLARIA· ALTIOREM· :: Ɛ FACITO

LOCVMQVE· PVRVM· PRO· EO· OPERE· REDDITO
EIDEM· SACELLA· ARAS· SIGNAQVE· QVAE· IN
CAMPO· SVNT· QVAE· DEMONSTRATA· ERVNT
EA· OMNIA· TOLLITO· DEFERTO· COMPONITO
STATVITOQVE· VBEI· LOCVS· DEMONSTRATVS
ERIT· DVVMVIRVM· ARBITRATV

HOC· OPVS· OMNE· FACITO· ARBITRATV· DVO· VIR
ET· DVOVIRATIVM· QVI· IN· CONSILIO· ESSE
SOLENT· PVTEOLEIS· DVM· NI· MINVS· VIGINTI
ADSIENT· CVM· EA· RES· CONSVLETVR· QVOD
EORVM· VIGINTI· IVRATI· PROBAVERINT· PROBVM
ESTO· QVOD· IEIS· INPROBARINT· INPROBVM· ESTO
DIES· OPERIS· K· NOVEMBR· PRIMEIS· DIES· PEQVN
PARS· DIMIDIA· DABITVR· VBEI· PRAEDIA· SATIS
SVBSIGNATA·ERVNT·ALTERA·PARS·DIMIDIA·SOLVETVR
OPERE· EFFECTO· PROBATOQVE· C· BLOSIVS· Q· F
HS ∞D· IDEM· PRAES· Q· FVFICIVS· Q· F
CN· TETTEIVS· Q· F· C· CRANIVS· C· F· TI· CRASSICIVS

Saepe vidi, sed describere neglexi. Fabric. antiq. 1549 p. 23 qui descripsit. Codex Waelscapple f. 84. 85. Codex Victorii f. 62. Manut. orth. 55, 1. Ursin. ad Ant. August. de legg. (1583) n. 21. Pighius fast. III p. 145 (principium citat in Herc. Prod. p. 489). Smet. 14, 1 ab Ant. Morillonio et Steph. Pighio. Grut. 207 e Fabricio Smetio Brissonio. Sched. Giordani. Capaccius Puteol. hist. p. 21 cf. p. 10. Neap. hist. l. II c. 24 p. 726 cf. p. 715. Romanelli viaggio II, 133. Principium citant Panvin. Rom. p. 723 ed. 1558, fast. a. 649; Manut. orth. 1561 f. 33; Mazzella Pozzuolo n. 11. Guarini *illustrazione apologetica del marmo Puteolano a colonia deducta* Nap. 1824. 8. pp. 114. *scioglimento di alcune nuove difficoltà proposte contra il marmo Puteolano.* Nap. 1825. 8. pp. 115—180. Gio. Battista Zannoni *l'antico marmo scritto appartenente alla colonia di Pozzuoli* Firenze 1826. 8. pp. 49. Alios de hoc titulo libellos recensere nihil attinet; de sinceritate cum nemo sanus dubitet, adscribam tantum quae scripsit olim ad me Borghesius: *Quantunque in un accademia antiquaria la sua genuinità fosse messa a scrutinio e che colla preponderanza di un voto fosse dichiarata apocrifa, su di che potrà vedersi la biografia del Zannoni pubblicata dal Cavedoni* (Modena 1835 p. 38), *ciò non di meno la più sana parte degli eruditi Italiani è rimasta ferma nel giudicarla sincera.*' — Variam lectionem dabo Manutii Ursini Smetii Guarinii integram, reliquis auctoribus fere neglectis. — I, 5 FACIENDO Guar. — 7 PRAEDIAQ· Man. — 13 P·I ··· Man. — 14 ⁝ post P·I om. Smet., ·· Man. — S ·· Man. — 16 : pro S : Guar. — 17 VTRAMQ· Urs. Guar. — P·III Man. — 19 ABIEGINEAS Guar. — S post VERSVS habent Fabric. Urs., om. Man. Smet. Guar. male. — INPONTO Urs. Guar., INPONITO Fabric. Man. — II, 1 FERROQVAE Smet. — ABIEGNEIS Guar. — 2 ·· pro :: Man. — DISPONITO om. Guar. — NE pro NI Fabric. Man., IN pro NI Smet. — S ·· Man. — 4 ABIEGNIEA hic unus Urs. — S ·· Man. — · ante Ɛ om. Man. Urs. — 7 III pro IN Man. — 9 AESCVLNIEIS Fabric. Smet. Guar., ESCVLNIEIS Man., AESCVLINIEIS Smet. — 10 OCLVDITO Urs. — VT (om. ITA) pro VTEI Guar. — 14 EAM om. Man. — 16 EOSQ· Urs. — 21 CAIMENTA Smet. — 22 ··Ɛ Man., ⁝·Ɛ Guar. — III, 9 SOLET add. *sic* Smet. — PVTEOLIS Urs. Smet. — 12 IMPROBAVERINT· Guar. — IMPROBVM Man. Guar. — 16 PROBATOQ· Urs. — BLOSSIVS Man. Urs., sed BLOSIVS Fabric. Smet. Guar. — 17 IDEMQVE Man. Urs., sed IDEM Fabric. Smet. Guar.

2459 Puteolis in atrio hospitii PP. Capucinorum.

CN CN LVCCEI *pate*R ET FILIVS PR
SACRA DEME*tros res*TITVERVNT
LVCCEIA CN F POLLA QVI*rini et luc*CEIA CN F TERTVLLA PIA GALLI
AEDEM DEMETROS ET QVAE CIRCA *eam aedem su*NT ET PORTICVS P S RESTITVERVNT

Ignarra de palaestra p. 162, cuius fere sunt supplementa.

2460 huius tituli quattuor exempla extant in mus. Borb. sep. col. 48. 49. 50, honor. col. 13, scripta in quattuor lapidibus magnis et amplis.

LVCCEIAI· CN· F· POLLA· ET· TERTVLLA· S· P·

Descripsi. Pertinent ad aedem Demetros n. 2459.

2461 Puteolis rep. prope forum '*nella creduta dogana antica.*'

DIIS IMMORTA
LIBVS DEABVS
QVE OMNIBVS
SACRVM
T· AVREL· PROTO
GENES·

Iorio guida di Pozzuoli tav. II n. 7 cf. p. 57. 61.

2462 Puteolis rep. (prope aedem q. d. Sarapidis addit Romanellius, male exscribens Martorellium, qui hoc non tradit), nunc in mus. Borbonico inter sacra, tres bases, quarum prima quadrata est, singulis verbis singula latera obtinentibus.

DVSARI || SACRVM || DVSARI || SACRVM

secunda et tertia simillimae, formae item quadratae, sed longioris quam latioris, statuis sustinendis aptae inscriptaeque:

DVSARI· SACRVM

item a tergo:

SACRVM

Descripsi. Ed. Martorelli theca p. 652. Zaccaria stor. lett. XIV p. 103 (ex eo Donat. 56, 6). Ignarra de pal. p. 291. Romanelli viaggio 2, 132. 235.

2463 littera pulchra *Smet.* Neapoli in vico Nidi *Reg.* in aed. Francisci de Guevara, quondam Io. Pontani prope S. Mariae maioris *Smet. Waelsc.* apud Spataphorum *Cap.* — Ad Puteolos coloniam retuli, quoniam frequentissime celebratur in lapidibus Puteolanis genius coloniae Augustaliumque curator redit in n. 2468.

Q· VOLVSIO· SATVRN·· p. Chr. 56
P· CORNELIO· SCIP· COS
AVGVSTALES
QVI ////////// CLAVDIO
CAESARI· AVGVST· ET
Quod ad auctores attinet, post paucos titulos *Kiriaci*, quos novimus per Muratorium et Michaelem Regiensem, fortasse etiam per Donii veterem codicem, item *Pontani* (de quibus recurrunt fere quae diximus p. 127) primus iustum numerum collegit frater *Iucundus*, ex cuius schedis complures ad Muratorium misit Gorius probe descriptas retento etiam versuum ordine. Eiusdem codice usos esse *Victorium* (v. n. 3720) et *Malvasiam* (v. n. 3696) constat; item *Apianum*, qui complures neque ut aetatis rationem aliquam habeas male descriptas Campanas inscriptiones edidit, ex Iucundo eas sumpsisse verosimile est, praesertim quod idem vidimus in Neapolitanis. Codex Richii (chart. 8), quem descriptum misit Grutero *Michael Piccartus* ediditque Reinesius in epist. ad Hoffmannum et Rupertum (Lips. 1660. 4.) p. 326—359 multo religiosius et plenius quam excerpsit in sylloge, complures continet Campanas pessime descriptas versuum ordine plane neglecto. Sylloge Piccartiana eadem videtur esse ac quae extat in codice Urbinate de Pretis, unde excerpta misit Kellermanno Borghesius (cf. n. 3780. 3866). — Codex *Redii* quem adhibuit Gudius ms. p. 888, 6. 929, 7. 960, 2. 3. 4. 5 non magni momenti est in Campanis; similes eius sunt schedae Guastavini a Muratorio semel n. 3878 citatae. — Codex *Ortii* Veronensis eiusdem fere indolis est. — Qui in agro Neapolitano accuratam inscriptionum syllogen primi instituerunt *Manutius* et *Pighius* et Muratorii *schedae Ambrosianae* vel *suas* quas dicit, Capuam quoque complexi sunt quamquam studio minus acri; exempla quomodo innotuerint repete ex p. 128. — Quae finxit *Ligorius* Campanas n. 503*—510* nullo negotio separantur. — *Gruterus* praeter copias paratas a prioribus (inter quos Apiano neque plene neque caute usus est) alias adhibuit quas ab Horatio Vallaeo acceptas exve Smetii schedis petitas misit *Gutenstenius* quasque dederunt cum Neapolitanis *Scultetus* et *Sirmondus*. — *Capaccium* cum in l. II c. 27 Campanos lapides ex Smetii libro in suum transtulisse intellexissem, in his ne nominavi quidem, paucis exceptis ut n. 3607. 3630. 3636. 3638 quae aliis locis non ex Smetio protulit. Item *Giordanus* in Campanis vix citatur (cf. n. 3630). — *Michaelis Monachi* canonici Capuani *sanctuarium Capuanum* (Neapoli 1630. 4. pp. 650; accedit eiusdem *recognitio sanctuarii Capuani* Neap. 1637. 4. pp. 101) christianas quasdam dedit; de iis quae ex schedis eius proferuntur a Pratillio et Danieli infra dicetur. — Iam sequitur universae Campanae epigraphiae sospitator et inter antiquarios Neapolitanos non suae tantum aetatis facile princeps, *Camillus Pellegrinus* Alexandri filius (1598—1664), qui bene meruit de hac scientiae nostrae parte lapidibus et colligendis et describendis. Antiquas inscriptiones ex agro Campano (ex quo solo lapides se traxisse et ipse infra testabitur et comprobavit usus) magno studio congestas villae, quam faciendam sibi curabat in pago Casapullae inter S. Mariam de Capua et Casertam, intulit et ex parte inaedificavit; quarum aliae adhuc ibi extant et mihi ibi visae sunt, aliae transierunt in museum Danielis et cum hoc in Borbonicum quod est Neapoli, aliae nescio qua ratione c. a. 1772 pervenerunt Romam in museum Vaticanum, aliae denique sive latent sive perierunt. Praeterea lapides scriptos, qui adhuc extant Capuae in foro iudicum sub arcu S. Eligii, eiusdem Camilli iussu eo reparatos esse probat epistola eiusdem edita a Danieli *mon. di Cap.* p. 83 n. *b*; quanquam post Camillum publice alios adiecerunt. — Inscriptiones quas edidit ipse Pellegrinus in libro eximio *apparato alle antichità di Capua ovvero discorsi della Campania felice* (cito ed. pr. Neap. 1651. 4.; adhibui praeterea Gravierianam Nap. 1771. t. I. II. 4 cum notulis A. S. Mazochii), non multae eae sed egregiae, excerptae tantum sunt ex longe pluribus ab auctore in schedas congestis et in historia, quam parabat, Capuae (cuius tamquam prodromum emisit illum apparatum) edendis; quas Camillus sortis iniquitatem, quacum luctati sunt optimi quique ex antiquariis Neapolitanis, et ipse expertus vitaeque taedio et continuis molestiis afflictus paullo ante mortem in flammas coniecit, ut narrat auctor quamvis parum fidus Pratillius p. 300. Certe perierunt schedae Pellegrini (cf. Daniele mon. di Cap. p. 70 n. *a*) et praeter unam n. 3868, quam Pellegrinus Heinsio dedit, Heinsius Reinesio, et paucas communicatas fortasse a Pellegrino cum amico Luca Holstenio (cf. ad n. 1411) servatasque in schedis Barberinis, quidquid inde servatum est, Marquardo nostro Gudio debetur. Gudius non tantum recepit in collectanea sua (p. 785—792) titulos ex edito libro Camilli excerptos, quos Gudiani operis editores plerumque a Gudio visos et descriptos esse non recte perhibent, sed adiit ipsum Camillum et ab eo incsriptiones complures sibi comparavit, qua de re vide in epistolis Gudianis a Burmanno editis duas Camilli (ep. 31. 32 p. 67) scriptas d. 2 et d. 22 Apr. 1662 (non 1663) et Gudii responsoriam (ep. 4 p. 3). Ipsa inscriptionum exempla, quae his litteris iuncta fuerunt, extant adhuc in sylloge Gudiana Guelferbyti p. 81—84. 89. 90. 1010. 1011. 1013, 1, scripta, ut Gudius testatur p. 1010, manu Camilli; continentur iis, ut ait titulus, '*antiquae inscriptiones* (quinquaginta novem sunt) *quas Camillus Peregrinus Alexandri filius in suo praediolo Casapulla ex ruinis veteris Capuae congregavit et ab interitu servavit*', '*quae villa* (addit alia charta) *ei vere facta est casa pulla et luctus*.' Paucae auctarii loco accesserunt Capuae non apud Pellegrinum extantes. Quanta vero socordia Gudianae syllogae editor Hesselius hac Pellegrini opera usus sit, dici vix potest; optimas quasque et ineditas praetermisit vel citavit tantum, emendate descriptas in edendo incredibiliter cum corrupisset, accusavit Camilli incuriam in describendis lapidibus, quem ego peritum et diligentem descriptorem reperi. — Praeterea *Gudius* ipse Capuae fuit (quod testantur litterae eius cit.) ibique descripsit lapides ms. 463, 1. 2. 3. 464, 1—6. 465, 1. 2. 3, fortasse etiam 399, 1. 2. 451, 1. 472, 3, quae exempla ab ipso excepta esse probat iudicium de aetate ex litterarum forma quod adiicere solet in lapidibus sibi visis. Denique adhibuit codicem Stephanonii fortasse, unde hausit ms. 673, 2. 679, 2. 3. 4. 680, 1. 2. 3. 4, in quibus versus ordinantur ad lapides; item nescio unde traxit aliam ms. 639, 2, ut si reputaverimus et Rediana et Pellegriniana eidem deberi, haud scio an collectorum ullus melius meruerit de epigraphia Campana. — Aequalis Gudio *Donius* praeter schedas antiquas codicemque Vaticanum n. 6038 Manutianum, in quibus perpauca Campana invenit, haud spernendo auctore usus est Pompeio Garigliano Campano, qui titulos Capuae tum extantes Donii causa descripsit. — De *Fabrettii* Campanis iudicare difficile est; alia a Francisco Bianchinio accepit, alia e schedis Donii et Holstenii (quem fuisse Capuae probat n. 3576) Barberinis, alia e Vaticanis Manutii, alia ex Pellegrini libro edito videntur esse petita et omnino undecunque corrasa sunt. — De *Matthaeo Aegyptio* repete quae diximus p. 128; schedarum Richteriarum pleraeque inscriptiones Campanae sunt, minus emendate descriptae quam a tali viro exspectaris; qui impar videtur fuisse describendis titulis Campanis lectu longe difficilioribus quam sunt Neapolitanae. — *Muratorius* cum libros editos adhibuit tum schedas Cyriaci, Iucundi, Ambrosianas, Aegyptii de quibus egimus, item Philippi Argelati a secretis Caesaris Augustissimi non accuratas versuumque traditum ordinem saepe negligentes; denique complura accepit ab Ignatio Maria Como, qui rursus plurima hausit ex schedis Mazzarum Salernitanorum, de quibus v. p. 129. Farrago Comiana ut alibi hic quoque longe diversa, bona quaedam, plura mala et imperfecta suppeditavit. Lapides a cardinali Sanctorio in vineam Casertanam congesti et a Como ex schedis Maziis exscripti, Danielis iam aetate dispersi (mon. di Cap. p. 96), cum Casertam videantur advecti non ex pago Herculaneo, ut visum est Danieli, sed potius ex agro Romano, a Campanis arcui et inter extranea amandavi. — Iam sequitur qui infestavit et maculavit cum universam regni Neapolitani epigraphiam tum maxime litteratorum lapidum thesaurum Campanum *Franciscus Maria Pratillius* canonicus Capuanus (1683—1763), quem genuina interpolasse, falsa commentum esse statim convicerunt in Formianis Gesualdus, in Suessanis Masius, in aliis Chaupyus abbas vir gravis et gnavus; vide exempli causaque de columna miliaria Montedecori servata dicit (*maison d'Horace* III, 483), et generale iudicium quod refert III, 367 eorum qui cum Pratillio rerum notitiam communicassent omnia sua ab isto luxata et pessumdata prodiisse (*qu'il avait bouleversé toutes les idées qu'ils lui avaient communiquées*). Omnino de eius fide hodie ita conclamatum est, ut longe turpissimum sit viro in epigraphia docto decipi Pratillianis neque multo maiori cum patientia audiatur portentorum istorum scrupulosus exagitator quam caecus patronus. Ad Capuam quod attinet, consentaneum fuit patriae a cive eum honorem haberi ut quasi caput esset et sedes fallaciarum. Neque tamen quidquid ab eo inde profertur ineditum, ut in aliis partibus iure factum est, sic in Campanis etiam secure damnatur; quippe qui haud paucos titulos sinceros et in his insignes aliquot primus reppererit cum in aliis locis tum in villa Pellegriniana (App. p. 335) ea aetate minus quam nunc est spoliata, et ut solent facere falsarii in patriis monumentis referendis falsis miscuerit vera. In separandis utrisque primum locum obtinere debet aliorum testium iusta auctoritas, cuius vicem qui ingenio et doctrina expleri posse credit, neque ingeniosum se neque doctum esse probat. Quae remanent nulli nisi Pratillio visa alia aperte falsa sunt, alia ex eo genere, quod verumne falsumve sit propter argumenti exilitatem non facile diiudicamus; melius tamen visum est ut Pratillianae faeces omnes eiicerentur ablegare inter suspectas quidquid eius sola auctoritate nititur, praesertim cum genuinas quoque fere nullas ediderit nisi corruptas et contaminatas. Observavi denique in Campanis falsis Pratillium id egisse, ne molesti amici cuperent lapidem sibi monstrari; quare aut ex minutis frustis compositus aut statim fractus est ab operis aut iterum conferre cupienti non inventus aut ex schedis antiquis descriptus, quae excusatio est Pratillii vulgaris et ad fastidium usque repetita. Ita citat schedas quasdam Pellegrini quae incendium effugerint (App. p. 270), Michaelis Monachi ad Pellegrinum litteras m. Dec. 1649 scriptas (App. p. 250), saepissime vero Fabii (vel Paulli, Mazochi ampli. Camp. p. 116) Vecchionii sacerdotis, qui Pellegrino a manu amicissimusque fuerit, volumina si diis placet quattuor et viginti forma maxima, quae complura ex schedis Pellegrini continerent et ex parte extarent apud Vecchionii heredes (vide praesertim App. p. 254, cons. p. 64); cuius auctoris tomum et paginam subinde citat vir accuratissimus. Adiuncta fuisse dicuntur codici Vecchionii schedae aliquot canonici Capuani Francisci Antonii Ayossae, Michaelis Monachi ex fratre filii (App. p. 274. 299) quae haud scio an eaedem sint ac schedae Silvestri Ayossae, quas citant Mazoch. amph. Camp. p. 157, not. ad Pellegrin. ed. Gravier. II, p. 281, item ad Capuanam Ligorianam n. 507* tuendam Lupoli it. Venus. p. 10. Eiusdem Silvestri Ajossae compendium vitae S. Ferdinandi Arragonensis ed. a. 1668 citat de Iorii in Combulteria p. 27, de quo videant alii. Easdem schedas Mazochio se obtulisse auctor est Pratillius App. p. 308, ubi tamen dicuntur Francisci

Antonii Tomasi, apud quem sive Franciscum Antonium sive Iohannem Franciscum (utrisque nominibus utitur) Tomasium syllogen lapidum Campanorum a primicerio Iohanne Francisco d'Isa confectam adservari alibi Pratillius tradit (p. 27. 262. 308. vet.). In tanta nugarum inconstantia hoc tenendum est, fraudem fere subesse si quando aliqua ex personis Pratillianis, primicerius d'Isa plerumque et Fabius Vecchionius, in scaenam producitur; quanquam Pratillium habuisse etiam schedas genuinas et bonas, nempe easdem quibus usus est Donius, docet nota ad n. 3643 videturque has ipsas Mazochio obtulisse indeque fraudibus suis fidem adstruxisse. Ceterum quid sibi velit Daniele, cum ait titulum n. 3559 frustra se quaesivisse cum per totum agrum Campanum tum in schedis Fabii Vecchioni, Silvestri Ajossae, Francisci Antonii de' Tomasi, non intelligo; nisi schedarum Pratillianarum heres factus est, quod absit, dicere fortasse voluit frustra se quaesivisse in Pratillii libris horum auctorum testimonia. Observavi praeterea in Appia (1745) genuinas ineditas non paucas reperiri, in Campaniae consularibus (1757) exhausta iam sincerarum penu et ulterius grassante audacia fere nullas. — A Pratillianis fraudibus ut facile cavemus in iis quas ipse edidit, ita magis anceps res est in iis quas curavit edendas per alios, nempe in Campanis per *Maffeium* Veronensem et *A. S. Mazochium* canonicum Campanum, ut mittamus quae incertis auctoribus prodierunt et ipsa probabiliter ad Pratillium referenda (v. n. 3614. 3758. 593*). Et de Maffeio res explorata est suo ipsius testimonio; longe difficilior quaestio est de *Mazochio* (1684—1771) collega et aequali Pratillii, qui praeter quas edidit Campanas in commentario *in mutilum Campani amphitheatri titulum aliasque nonnullas Campanas inscriptiones* (Neap. 1727. 4. pp. 172) syllogen instituit lapidum Campaniae universae neque tamen absolvit (v. praesertim praef. ad Pellegrini ed. Gravier. t. I; praeterea Mazochi Camp. amph. p. 158 n. 89). Quod *syntagma veterum inscriptionum Campanarum* (uti dicitur in elencho scriptorum a Mazochio relictorum apud Ignarram opusc. p. 206) fuit primum apud Vincentium Calà Villanovanum, deinde apud Danielem (Ignarra l. c. Daniele mon. di Cap. p. 77. p. 80 n. *a*. p. 91 n. *a*.; cf. Cassittus in Anal. rag. Sept. 1793 p. 78), nunc adservatur in scriniis academiae Herculanensis (Gervasio iscr. Nap. p. 50) ediditque inde Calenas n. 3946. 3952 Rucca, Neapolitanas n. 2621. 2841. 3411 Gervasio. Mazochius ut in editis Pratilliana subsidia adhibuit (v. n. 580* et quae supra de Ayossa diximus), ita sua contribuisse Pratillium consentaneum est in syllogen quoque Mazochii, quam aperte innuit App. p. 334: '*siccome è stato nostro piacere di andar sempre in traccia per trascrivere le iscrizioni, così lasciato abbiamo ad altri la cura di mandarle in un volume con dotte annotazioni ben tosto alla luce.*' Suspicionem confirmat quod Daniele, qui reliquis accuratius de sylloge Mazochiana ms. apud se adservata exposuit mon. di Cap. p. 77, fuisse ait in ea inscriptiones amplius ducentas alias easque plures a Mazochio visas, alias petitas ex schedis antiquis; quae schedae antiquae, nisi valde fallor, ipsae sunt Pratillianae illae Vecchionii aliorumque. Quare caute admodum utendum est copiis Mazochianis sive ipse edidit sive per alios lucem viderunt. Huc refero titulos christianos n. 591*. 592*, quos ex schedis Michaelis Monachi excerpsit Daniele misitque Marinio; Michael enim persona est Pratilliana magnaque est suspicio Danielem sumpsisse eos ex Mazochianae syllogae Pratillianis, praesertim cum habeant quo offendamus. Ceterum Pratillium paullo cautiorem fuisse apparet in iis quae cum Maffeio et Mazochio communicaret quam fuit in titulis a se editis. — *Francisci Granatae storia civile di Capua* (vol. 1. 2. Nap. 1752. 56) et *Octaviani Rinaldi memorie storiche della città di Capua* (vol. 1. 2. Nap. 1753. 54) non multum mihi profuerunt, minus etiam quos statim adiungam libri *Iacobi Rucca Capua vetere* (Nap. 1828. 8.) et *Francisci Alvini Anfiteatro Campano* (Nap. 1842. fol. max.); qui omnes Pratillianis referti propriis carent. *Pocockius* item vix nominandus est; denique non est cur enumerem auctores qui aliud agentes Campanam inscriptionem in libros schedasve retulerunt. — Contra diligentius agendum est de *Francisco Daniele*, qui exemplum Pellegrini cum magno artis nostrae fructu secutus est. Inscriptiones Campanas alias edidit in libris *memorie istoriche della città di Caserta* (Nap. 1783. 8. pp. 346; prodiit sub nomine *Crescentii Esperti* v. Giustiniani diz. III p. 241 n. 3) et *numismatica Campana* s. *monete antiche di Capua (si aggiunge un discorso del culto prestato da' Capuani a' numi lor tutelari* Nap. 1802. 4. pp. 128), alias Marinio amico misit edendas. Denique in villam quam habuit in pago Casertano Sanclemente complures lapides scriptos contulit, quos non tantum ex locis vicinis, sed ex remotis regni Neapolitani partibus ipsaque Roma ad eum adlatos esse auctor est Giustiniani (diz. VIII p. 138). Recte omnino; quanquam enim valde imperfecta musei Danieliani notitia superest (vix enim quisquam lapides inde edidit praeter ipsum Danielem et Marinium), tamen scimus fuisse ibi titulos Campanos (ex villa Pellegriniana praesertim, item sex ad minimum ut ait mon. di Cap. p. 85 a monte Tifata avectas, alias ex domo Aloisiorum in pago Piedimonte p. 76) Calenos Caiatinos complures, aliquot Telesinos, denique unum alterumve Romanum, ut Aeliae Arsinoes (Lupoli iter Ven. p. 287) et Cn. Caesii Athicti Veientani (Marini Arv. p. 831). Cum tamen longe maiore numero inscriptiones regni apud Danielem videantur fuisse quam extraneae, quae ex eius museo originis ignotae innotuerunt paucissimae, supra n. 2604. 2862. 2903 inter lapides agri Neapolitani editae sunt. Mortuo Danieli museum eius transiit in Borbonicum, non ita tamen quin tituli aliquot sive Sanclementii remanerent sive alio delati pessumve dati hodie ibi desiderentur. — Ego denique et Capuae et ad S. Mariam et in pagis vicinis descripsi quot videre licuit lapides, cum sparsos permultos per aedes et agros, tum reparatos in hortis amoenissimis domus Teti ad S. Mariam, ubi extant tituli insignes magis quam multi, ex Capuae ruderibus adducti omnes. — Omnino singularis est plane et propria Campanarum inscriptionum ratio et a vicinorum oppidorum usu ita diversa, ut iam inde facile intelligas, quod historia confirmat, ea aetate qua universa Campania aliena esset a consuetudine sermonis Latini, Capuam tenuisse colonos Romanos. Ita factum est ut vetustioris Latini sermonis vestigia (rarissima ea in regni Neapolitani titulis, si paucas colonias Latinas exceperis) vulgaria sint in sepulcris Campanis. Item Campana monumenta habent et formam propriam aediculae similem, sculpta in antica defuncti modo protome modo imagine, saepe inter columnas vel pilas, inscriptione interdum ad ipsam imaginem, saepius supra eam in tympano triangulo collocata et ubi plures defuncti conditi sunt in eodem sepulcro, singulis figuris inscriptione superscripta, ut plures litterarum ordines iuxta collocarentur; quos interdum in ipso lapide, saepissime a descriptoribus versibus per totum lapidem continuo lectis male confusos deprehendi. Ut formam ita formulas peculiares ostendunt Campani lapides, inter quas notabilis est illud OSSA· HIC· SITA· SVNT, qua quasi nota ita distinguuntur inter Neapolitanos soli Campani tituli, ut vix mihi temperarem quin qui in museo Borbonico extant cum eiusmodi formula, quanquam origine non tradita, iis locum darem inter Campanos. Ceterum non faciles lectu sunt Campani tituli, utpote vetustioris scripturae et litteris nexis obscuratae, incisi praeterea in lapide vulgari neque nisi raro in marmore, denique litterarum ordinibus saepe confusis; ut ubi in exemplis versus ad arbitrium describentis dispositi sunt, frustra saepe verum inde extricare studeamus.

3559 basis quadrata sesquipedalis, olim Recali, qui est pagus Casertanus inter ipsam Casertam et Marcianisi situs, in praetorio patrum soc. Iesu, deinde Capuae apud Iosephum de Capua Capece, nunc (per Danielem, puto) Neapoli in museo Borbonico.

PAGVS · HERCVLANEVS SCIVIT A O · X · TERMINA*lia* *sic*
CONLEGIVM · SEIVE MAGISTREI IOVEI COMPAGEI S*unt*
VTEI IN PORTICVM PAGANAM REFICIENDAM
PEQVNIAM · CONSVMERENT EX LEGE PAGANA
ARBITRATV · CN · LAETORI CN F MAGISTREI
PAGEIEI VTEIQVE · EI CONLEGIO SEIVE MAGISTRI
SVNT IOVEI COMPAGEI LoCVS · IN TEATRO *sic*
ESSET · TAM QVA SEI SEI LVOOS FECISSENT *sic*
L AVFVSTVS L L · STRATO C · ANTONIVS M L
NICO CN AVIVS CN · L · AGATHOCLES C · BLOSSI
M L PROTEMVS M · RAMNIVS · P · L DIOPANT
T · SVLPICIVS P · Q PVL · Q · NOVIVS Q L PROTEM *sic*
M · PACCIVS M · L PHILEM M · LICCVLEIVS · M L
PHILIN CN HORDEONIVS CN L EVPHEMIO
A POLLIVS P L ALEXAND N MVNNIVS N · L ·
ANTIOCVS C COELIO · C · F CALDO
l DOMITIO CN F AHENOBARB COS *u. c. 660*

Ectypum reportavi, quocum accurate consentiunt Mazoch. amph. Camp. p. 148 (ex eo Mur. 290, 2) et Daniele mon. di Cap. p. 95, qui aeri incidit. — Lapicida, Latinae linguae fortasse ignarus, saepe erravit, ut 1.8 O pro D posita, male repetitis syllabis EI 6 in PAGEI, SEI 8 in TAM QVA SEI, 12 omissa L in P· Q· *l*· PVL. — 2 fin. S... Maz., om. Dan. neque in ectypo apparet. Fortasse delenda haec vox.

3560 e Capua antiqua deducta in vineam Didaci Mazzae prope Pausilypum.

....
.....NVL.....
P· POMPONI· M· L....
MAGISTREIS
CONLEGI
MERCATORVM
COERAVERVNT
....
..CALPVRNIO
COS u. c. 642? 643?

Mur. 2017, 1 (misit Como). — Ad Calpurnios consules u. c. 606. 615. 619. 621, item 687. 695. 696 referre vetat cum sermonis proprietas tum sequentium similitudo.

3561 Capuae *Pontan.*; diutine et anxie, sed frustra quaesivit *Daniele* mon. di Cap. p. 76, mire; nam vidit *Pocockius* et extat nunc in museo Borbonico inter sacras.

N· PVMIDIVS· Q F — M· RAECIVS Q *F*
M· COTTIVS· M· F — N· ARRIVS· M· F
M· EPPILIVS· M· F — L· HEIOLEIVS· P· F
C· ANTRACIVS· C· F — C· TVCCIVS· C· F
L SEMPRONIVS· L· F — Q· VIBIVS· M· F
P· CICEREIVS· C· F — M· VALERIVS. L· F ƧM
HEISCE· MAGISTREIS· VENERVS· IOVIAE· MVRV *sic*
AEDIFICANDVM· COIRAVERVNT· PED CC⊥XX ET
LOIDOS· FECERVNT· SER· SVLPICIO· M· AVRELIO· COF *sic* u. c. 646

Descripsi. Clausulam ed. Iov. Pontanus de aspiratione l. I. Neap. 1481 p. 261. Basil. 1538 p. 20; integram inscr. Apianus p. 135 (inde Grut. 59, 8; adhaesit male n. 3699, quod notavit Daniele mon. di Cap. p. 78); Pococke p. 73. — II, 1 ultima F nunc deest. — 6 ZM videtur esse Z*Maragdus*.

3562 Capuae sub arcu S. Eligii, ubi vidit iam *Gud.*

SER· SVETI· SER· L· BAL — ////BABRIVS· L· L
P· BABRIVS· L· L — P·///ERVILIVS· M· L
M· SEXTI· N· M· L — CN· OCTAVI· N· V̄E
N· SEXTI· N· M· L — M· OCRATI· M· BIS
L· HORDIONI· L· L· LAB — P· STATIVS· P· M· L
C· LVCRETIVS· C· L· Æ — M. MAI· M· L· NIC
A· GARGONIVS· Q· L
HEISCE· MAGISTREIS· CERERVS· MVRM
ET PLVTEVM· LONG· P· ⊥XXX· ALT· P· XXI
FACIVND· COIRAVERE· EIDEMQ· LOID· FEC
C· ATILIO Q· SERVILIO COS u. c. 648

Descripsi. Gud. ms. 399, 1, ed. 20, 1 qui vidit; Fabrett. 635, 298 ex abb. Francisco Blanchino (ex schedis eius, puto); Borghesius apud Furlanettum lap. d'Este p. 16 ad exemplum Danielis rogatu Marinii factum non optimum. — II, 1 //L. BABRIVS Gud. — 2 SERVILIVS Gud. Fabr. Borgh. — 3 CN·OCTAVI N·VES Fabr. Borgh.; CN·OCTAVINAE Gud.; CN· OCTAVIVS (meo errore, puto) N.·VE ego; vereor ne S in fine praeterviderim. — 4 PIST pro BIS Gud. Fabr. Borgh., recte fortasse. — Meros errores omisi.

3563 Capuae nuper rep. prope parochiam S. Erasmi in loco q. d. S. Leucio, deinde ad Mazochium translata *Prat.*; '*dovrebbe esser anche al presente nella propria casa del Mazochi in S. Maria, dove io l'ho infinite volte veduta*' *Dan. mon. di Cap.* p. 79.

T· IVNIVS· N· F — D· ROSCI· Q· L· LINI..
C· NVMOLEI· CN· F — D· ITEIVS· CN· L
M· FISIVS· M· F — M· VALERIVS· M· L
M· FVFIVS· L· F — Q· FVLVIVS· FVLVIAE· L
C· TITTIVS· C· F — P· PACTVMEIVS· C· L
Q· MONNIVS· N· F — A· POMPONIVS· C· L
HEISCE MAGISTREI CASTORI ET
POLLVCI MVRVM ET PLVTEVM FACIVND
COERAVERE EIDEMQVE LOEDOS
FECERE Q· SERVILIO C· ATILIO COS u. c. 648

Pratilli p. 289. Collatis genuinis n. 3562 et 3565 inde titulum hunc conflatum esse censui, neque miram rem cum earum altera deos hic nominatos, cum altera aedificium ludosque et consules plane convenire commode quis explicabit nisi fraude admissa. Accedit quod in genuinis nunquam recensentur magistri nisi aut ingenui aut libertini omnes, contra in hac ingenui sex totidemque libertini; accedit formula HEISCE· MAGISTREI quae contra sermonis constantiam peccat. Denique ab ipso Mazochio domino lapidis amph. Camp. p. 154 hic titulus, nempe qui XII magistros anxie ibi quaesitos offerret, nullo modo potuit praeteriri; nisi forte acquisivit post librum editum. Obstat quidem non tam insignis et paene incredibilis audacia, qua Pratillius in aedibus Mazochii vivi tum sibique coniunctissimi titulum eximium extare asseveravit, quam gravissimum Danielis testimonium, cuius auctoritas etsi eo aliquantum imminuitur quod cum scribebat ex memoria titulum citavit, potuitque omnino alterum aliquem lapidem in aedibus Mazochianis sibi visum cum hoc Pratilliano confundere, tamen ita me movit ne loco moverem titulum mihi quidem admodum suspectum.

3564 Capuae sub arcu S. Eligii, ubi vidit iam *Gud.* Male Casini *Fabretti*.

NIVS· L· F — A· SEPPIVS· A· F
IVS· L· F — C POMPILIVS C F
*R*TIONIVS· CN — N· RVBRIVS· M· F
*T*ÆIVS· P· F· GA· — CN· HORIONIVS
VS· CN· F· E — L· ANNIVS· L· FF CNF
*T*IVS· M — C· OBINIVS· CN· F· LAVIO
CERERVS· MVRM. ET
XII· ALTVM· XXII FACIVNDVM· COIRAVER
*c· f*VIO· C· F· · C· MARIO////*2* COS u. c. 650

Descripsi; litteras extra fracturam additas non vidi. Gud. ms. 399, 2, ed. 73, 9; Fabrett. 626, 225 (exscripsit Blanchinius). — 3 RTIONIVS Fabr., \TIONIVS Gud. — 4 TÆIVS Fabr., IÆIVS Gud. — GA Gud. — 5 CNFEL Fabr. — 6 TIVS Fabr., ⁻IVS Gud — 8 COIRAVE ego. — 9 \VIO Gud. — C· MARIO· C· F Gud. Fabr.

3565 'infixa vetustissimo parieti ad radices montis Tifatae prope Capuam' *Pellegr.*; e muro antiquo ad eccl. S. Angeli in Formis extrahendam curavit *Daniele*. Nunc extat in mus. Borb.

//////////////////////////////
....
//////////////////////////////
....
//////////////////////////////
....
//////////////////////////////
....
//////////////////////////////
....
////////////// M· ANTONIO
////////////// A· POSTVMIO COS u. c. 655
HEISE· MAG· MVRVM· AB· GRAD
AD· CALCIDIC· //T· CALCIDICVM
ET· PORTIC· ANTE CVLIN· LONG· P
ET· SIGNA· MARMOR· CAST· ET· POL
ET· LOC· PRIVAT· DE· STIPE· DIAN
EMENDVM *et faci*ENDVM
COERAVER.....

Descripsi. Pellegrin. apud Gud. ms. 1010, ed. 73, 6. Daniele mon. di Cap. p. 85. 87. Interpolavit Pratillius p. 284 cum in primis versibus, ubi erasa sunt XII magistrorum nomina, complures litteras non continuas sparsit. — 5 in f. spat. vacuum remansit explendum, non expletum. — 8 COLENDVM Pell., ...IENDVM Daniele, addens in archetypo perspicuam esse litteram I ante E neque unquam fuisse ibi L. Ut dedi, supplevit Borghesius apud Furlan. l. c. p. 17. — Cf. Marini Arv. II p. 61 5 n. 80.

3566 olim Casapullae penes Pellegrinum, deinde apud Danielem, nunc in museo Borbonico.

M· BLOSSIVS· M· L AGATO
M· CONSIVS· M· L NICOL
SEX· ALLIVS Q· L SEXTVS
M· ATILIVS M· L APOL
A· NASENNIVS· A· L PROT
L· FVRRIVS· L· L DION
M· LIMBRICIVS· M· L· DIOD
C· TIBVRTIVS· C· L FL
L· FVRIVS· L· P· C· L· SAND
A· PACTVMEIVS· A· L· PHILIP
P· OCTAVIVS· P· L· ANTIOC

in latere dextro:
IOVEI· SACR

in latere sinistro:
HANC· ARAM
NE. QVIS· DEALBE

Descripsi. Pellegrinus apud Gud. ms. 90, 12 (unde pars prodiit in ep. Gudii ad Pellegr. Gud. et Sarrav. epist. 4 p. 4); Daniele mon. di Cap. p. 72; Guarini fasti ed. 1 p. 53. — 3 etiam Ↄ· L legi potest. — 9 FVRIVS Pell. Dan., recte puto; TVRIVS ego. — 10 in. A· non vidi. — In lat. DEALBE Dan., DEALB ego.

3567 olim in villa Pellegrini, nunc in mus. Borb. hon. col. 3.

S L· F
LAVDIEI L· F
I MAGIVS· CN· F· A
M· RAGONIVS· M·
M· LOLLIVS· M· F ALE
M· GRVSIVS· M· F P
...MAGIVS· C*N*....
...⁻*MAG*.........

Descripsi. Paullo pleniorem dedit Pellegrinus apud Gud. ms. 89, 5; nunc deest 7 ult. N et 8 totus. — 2 LAVDICI Pell., recte puto.

3568 olim Casapullae penes Pellegrinum, deinde apud Danielem, nunc in mus. Borb. in sacris.

DRVSO CAESAR*e* C NORB p. Chr. 15
COS
IOVI LIBER
CN BETVTIVS PRIMVS
Q· TITINIVS FELIX
L· MAMIVS· SECVNDI *sic*
L CLODIVS SALVILLVS
M BAEBIANVS IVCVN
T STATIVS PHILOMVSV*s*
MAG
D S P

Descripsi quod superest. Pellegrinus apud Gud. ms. 1011, ed. 11, 4 accuratius quam Daniele mon. di Cap. p. 73, ex quibus supplevi quod nunc deest. — 1 CÆS· Pell. — 8 M· BAEBIANVS Pell., L· BAEBIANVS Dan. — 9 T· STATIVS Pell., L· STATIVS Dan. — PHILODMVS *(sic)* Pell., PHILOMVS... Dan. — 11 D. S· P Pell., D· D Dan.

3569 Capuae in aedibus N. de Barone ducis Frisiae (?) de Maracinis (?).

Pellegrin.:

HISCE MINISTRIS LARIBVS FACIENDVM COE....
C·TERENTI C·L·PILOMVS LVCRIO TEREN· ALEXAN·
PILEMO HELVIA S· PILOTAEQ· HO... NESTOR·
HELENVS HOSTIQ· S· PILOMVSVS SEXT· CNS· NAE·
PILOTAE RVSTENTIQ· S· PILEMO BALONI BALON FLAC·
PIPPVS SVETIMS· ZIAES NICEPOR..
HAEC PONDERA ET PAVIMENTVM FACIENDVM ET....
Q· CAECILIO Q· F· Q· N· T· DIIDIO T· F· CO.. *'sic' ms.* u. c. 656

restitue:

HISCE· MINISTRIS· LARIBVS· FACIENDVM· COE*raverunt*
C· TERENTI· C· L· PILOMVS LVCRIO· TEREN*ti..s* ALEXAN...
PILEMO· HELVI· A· S PILOTAE*rus*· Q· HO*stis* NESTOR....
HELENVS· HOSTI· Q· S PILOMVSVS· SEXT*i*· CN· S NAE....
PILOTAERVS· TE*re*NTI· Q· S PILEMO· BALONI· BALON FLAC....
PI*li*PPVS· SVETI· M· S|IAE· S NICEPOR....

Pellegrin. apud Gud. ms. 90, 18; in ed. omissa est.

3570 'Capuae in coemeterio ecclesiae S. Eligii, sed lapis modo non extat, qui erat quadrilaterus et per singula latera has singulas praeferebat inscriptiones' *Pell.*; in villa Tutuli $\overline{III}$ p. supra Capuam, ara quadrata *Prat.*

u. c. 728
IMP· CÆSAR
T· STATIL· COS·
..MINISTRI
FACIVN· COE·

L· POPILLIVS SP· F·
L· POPILLIVS HIL·
Q· STÆD· PROT
EPICAD· POP· L· S·

MVSICVS POP· L· S·
GLVCO POPIL· L· S·
FELIX POPIL· L· S·
GLAVCIA POP· L· S·

SOSVS POP· L· S·
EROS FABER
EROS INGENVS
ATTICVS POP L· S·

Pellegrin. apud Gud. ms. 90, 14 (unde in indice p. LXII soli consules citantur); Pratilli p. 331. — I, 2 STATILIVS Prat. — Lapis hic a dextra fractus videtur fuisse; fuerit. IMP· CAESAR*e viii* COS T· STATIL*io ii*. — 3 pro lac. HISCE Prat., quod vix scribebatur adhuc aetate Augusti. — 4 COER Prat. — II, 1. 2 POPILIVS Prat. — 3 Q· STAEDIVS· PROT· T Prat. — 4 om. Prat. — III, 2. 3 POP pro POPIL Prat. — IV, 3 INGENVVS Prat.

3571 Capuae rep. in amphitheatro purgando; extat in museo Borbonico. '*La faccia superiore o esterna del marmo è della larghezza di c. 3 palmi nap. e di lunghezza eguale. Risalta alquanto su di essa il piano, ove l'iscr. è incisa tra due laterali prominenti ornati composti di foglie simmetricamente disposte, ciascuna delle quali ha a se aderente un piccolo gambo con tre bacche o granelli; una larga ornata fascia strigne queste foglie che nell' alto e nel basso terminano in rosoni. Gli altri due lati del marmo erano pure ornati da elegante piccola cornice; nel lato di sotto eravi pure alcun che di prominente. Pare esser stato destinato ad uso di mensa o di ara, mostrando nella faccia interna un gran circolo incavato nel mezzo per introducervi il piede. La scultura pare anteriore di molto all' epoca dell' iscrizione.*' *Avell.* p. 303.

ADMINISTRANTE ROMANO IVN· SACERDOTE
FERIALE· DOMNORVM SIC
III· NONAS IAN· VOTA
III· IDVS· FEBR· GENIALIA ❧
KAL· MAIS· LVSTRATIO AD FLVMEN
CASILINO
III· IDVS· MAI ROSARIA· AMPLIE AFRE
VIII· KAL· AVG· LVSTRATIO· AD FLVMEN
AD ITER· DIANAE
VI· KAI· AVG· PROFECTIO· AD· IFER AVERNI *sic*
IDVS· OCT· VENDEMIA· ACERVSAE
IVSSIONE· DOMNORVM· FELIX· VOTVM
SOLLICITE· SOLVIT· X· KAL· DECEMBR
VALENTINIANO· III· ET· EVTROPIO p. Chr. 387

Descripsi; ed. Avellino opusc. III p. 215 sq. cum amplo et egregio commentario, post eum ego *Berichte der sächs. Ges. der Wiss.* 1850 p. 64. Avellinii formam cum ipso lapide conferens praeter minora quaedam 10 IFER (id est *inferias*) pro ITER legendum esse vidi.

3572 Capuae (male Neapoli *Grut.*)

CAESIA· M· F· SA|*cerdos*
CERERI|*s*
Q· CAESIVS· Q· F· NE|
FECIT|

Smet 140, 24 a Pighio (inde Grut. 863, 10). — 2 Smet. exhibuit quasi integer esset.

3573 in villa Pellegrina.

HERENNIA· M/
SACERDOS/
CERERI· SAC/
LOC· D/

Descripsi. Ed. Rucca Capua vetere p. 72.

3574 S. M. di Capua in hortis Teti, columna satis alta scripta litteris longiusculis et fugientibus.

DEO SCHOLAR
SEX FIRMIVS CHARITO
EVNARIA· IN/RGEVI///
EX VOLVN ET NVTV
MITRAE FEC ET SANCTE I*n*
STAVRAVER ET CANCELLIS
CIRCVMDATIS EX VISO
N· M· QVE EIVS· D· D

Descripsi ut potui.

3575 cippus quadratus, Capuae nunc in hortis Teti.

IMP· CAESAR
VESPASIANVS
AVG· COS· VIII p. Chr. 77
FINES· AGRORVM
DICATORVM
DIANAE· TIFAT· A
CORNELIO· SVLLA
EX· FORMA· DIVI
AVG· RESTITVIT

Descripsi ego. Don. I, 41 ex cod. Vat. 6038 (Mur. 446, 4 e Don.); Pratilli p. 281. Cf. Vell. Paterc. II, 25.

3576 basis nobilis ex marmore candido, quattuor lateribus scripta *Pratilli*; quod verum puto, ut singuli versus singulis lateribus inscripti fuerint. — Ante eccl. S. Angeli *Holsten.*, Casapullae deinde apud Pellegrinum.

DIANAE || TIFATINAE || TRIVIAE || SACRVM

Holsten. ad Cluver. p. 252. Pellegrinus apud Gud. ms. 81, 14 (inde ed. Gud. 26, 7 male et in notis ad ed. 2. Grut. 315, 1). Pratilli p. 44. 278. — Ubi incipias, ex ipso lapide non patuisse apparet, unde Pellegrinus a verbo 4 procedit ad 1. 2. 3, peius Holst. sic ordinavit. 1. 3 2 4

3577 Capuae rep. 1665 in cryptoporticu veteris amphitheatri, extat sub arcu S. Eligii.

A sinistra rotam grandem, quae machinam movet, enixis viribus agunt duo homines, machinae adstat Minerva; inter machinam atque rotam marmorarius sedet in capite columnae scalpendo occupatus. Medium tenet Iuppiter cum fulmine et sceptro solio insidens, ad sinistram adstat ei Diana, tunica succincta nudisque mamillis, dextra arcum, sinistra hastam tenens. Pone eam ara est, in quam patera libat femina capite velato, sinistra copiae cornu tenens, a cuius tergo serpens magnus, crista barbaque insignis erectus conspicitur. Supra eum feminamque inscriptum est:

GENIVS *thea*TRI

Subscriptum est:

LVCCEIVS PECVLIARIS REDEMPTOR PROSCENI
EX BISO FECIT

Vidi, sed describere neglexi. Librum quem Iohannes Petrus Paschalis e soc. Iesu teste Mabillonio de hoc anaglypho scripsit, non novi; ex eo repetivit Mabillon mus. Ital. p. 103 aeri incisum (inde Fabrett. 78, 90); diligentius meliusque incisum dedit Mazochi amph. Camp. p. 158 tab. 1 (inde Millin gal. myth. 38, 139). Idem in adnotationibus ed. Gravieriae apparatus Pellegriniani II, 285 citat COCCEIVS· PROSCENI· REDEMPTOR, memoria falsus ut videtur, vix enim locutus ibi est nisi de hoc lapide. Habet etiam Pratilli p. 309. — THEATRI Mabill.

3578 litt. optimis saec. Augustei; in pago S. Prisci apud Capuam *Fabr.*, deinde apud Pellegrinum, postea apud Danielem, nunc in mus. Borb. sep. col. 12.

P· ATEIVS· P· L· REGILLVS· FECIT
SIBI · ET
P· ATEIO· P· L· SALVIO· PATRON
POMARIO· IS· TER· HERCVLI· DECVMAM· FECIT
VIXIT· ANN· CII· ET
PRIMAE· L· SVAE· CARISSIMAE· ET
ATEIAE· IOLLAE· PATRONI· FILIAE

Descripsi. Fabretti 8, 34 ex sched. Barb.; Pellegrinus apud Gud. ms. 82, 15, ed. 341, 1; Pratilli p. 356; Lupoli iter Venus. p. 293, inscr. Corf. p. 191; Daniele mon. di Cap. p. 91 et ex schedis Mazochianis et ex archetypo. — 4 litterae attritae sunt et difficile leguntur; verba IS· TER omiserunt priores; ISI· ET Mazoch. Dan., hic interpretans de decima Isiaca, ISTE Avell.; veram lectionem ego inveni, quam postea confirmavit Minervinius Bull. Nap. a. IV p. 155 n. 1.

3579 in antica basis quadratae, in cuius postica sculptus est Hercules cum leone, in latere dextro arbor Hesperidum, in sinistro clava et pharetra, rep. 1792 ad theatrum Campanum unde traxit Daniele; nunc extat in mus. Borbon.

HERCVLI
TVTORI
❧ DOMVS
NOVELLIANA

Descripsi. Ed. aeri incisam cum anaglyphis Daniele mon. di Capua p. 92.

3580 litterae magnae sunt et alte incisae; olim Capuae in ecclesia S. Benedicti *Kir. Pigh. Waelsc. Maz.*; apud Iesuitas *Gud.*; nunc in mus. Borb. sacr. col. 5.

TE· TIBI·
·VNA· QVÆ
·ES· OMNIA
·DEA· ISIS·
ARRIVS BAL
BINVS· V C·

Descripsi. Kiriacus apud Mich. Reg. p. 96; Apian. p. 136; Manut. orth. 72, 4; cod. Waelscapple f. 63; cod. Orti f. 142a; Smet. 31, 13 (inde male Grut. 82, 2), cui exscripsit Pighius; Mazochi in kal. Neap. I, 198; Welcker *kleine Schr.* III p. 276.

3581 in pago S. Prisci in villa Boccardiorum *Prat.* E pago S. Prisci suo museo intulit *Daniele*; in Borbonico tamen non reperi. — Rep. dicitur in via Iovis Pratilliana.

I· O· M
SVMMO· EXCELLEN
TISSIMO
MAECIVS· PROBVS· V· C· PRAEF
urceus ALIM· QVOD· HOC· IN· LOCO *patera*
ANCEPS· PERICVLVM
SVSTINVERIT
ET· BONAM· VALETVDI
NEM· RECIPERAVERIT
V S

Pratilli p. 335; aeri incidit Daniele mon. di Cap. p. 71. — 4 PRAES Prat.

3582 litt. sequioris aevi; Capuae pars maior extabat in vico pone publ. bibliothecam archiepiscopalem, minor in vico Marcianisi in regione dicta *la Croce*.

IOVI|
VESVV|IO
SAC|
D · | D

Pellegrinus p. 346 (inde Gud. ms. 788, 1, ed. 2, 10).

3583 Capuae e regione aedis S. Apostolorum.

effigies Cybeles

VIRANVS· AMPLIATVS· ARCHIGALLVS· M· D

Don. IV, 5 a Pompeio Garigliano Capuano (inde Mur. 161, 3); Pratilli p. 263. — VIRIANVS Prat.

3584 Capuae prope civitatem orientem versus in villa q. d *il Fico Pell.*; extare adhuc parieti infixam in via qua a Tifata monte ad Volturnum fl. itur *Mart.* et *ant. di Erc.* affirmant.

ΔΕϹΠΟΙΝΗ ΝΕΜΕϹΕΙ
ΚΑΙ ϹΥΝΝΑΟΙϹΙ ΘΕΟΙϹΙΝ
ΑΡΡΙΑΝΟϹ ΒΩΜΟΝ
ΤΟΝΔΕ ΚΑΘΕΙΔΡΥϹΑΤΟ
IVSTITIAE· NEMESI
ATIS· QVAM· VOVERAT· ARAM
NVMINA· SANCTA· COLENS
CAMMARIVS· POSVIT

Pellegrino Camp. fel. II p. 259 ed. Gravier (inde Gud. ms. 783, 1, ed. Latinis omissis 55, 13); Martorelli theca p. 438, cui misit Ciccarellius addens litteras alias evanuisse, alias sub calce latere; antichità di Ercolano t. VIII p. 8; C. I. Graec. 5876. — Vides omnes pendere a Pellegrino. — 6 Ἄτταις explicavit Ignarra de phratr. p. 200, FATIS emendavit Cuper. Harpocrat. p. 152, recte.

3585 basis Capuae *strada del Retiro.*

NEPTVNO
SACRVM
/ / / / / / / /
/ / / / / / / /
/TIV / /VS
VOTVM· IN· SICVLO· FRETO
SVSCEPTVM· SOLVIT

Descripsi et in lineis abrasis aliquot litterarum vestigia deprehendi. Smet. 26, 12 cui descripsit Pighius Grut. 62, 6 e Smetio. Codex Waelscapple f. 74. 75. Gualter. tab. Sic. n. 404. Mur. 55, 5 e sched. suis pessime. Pratilli p. 289. Romanelli viaggio a Monte Casino p. 19.

3586 Capuae in foro iudicum.

...A B E R I...
C· F· TE...
P R I S C..
*sa*CERD· PV*bl*
*n*VMINIS· CAP
*e*LECT· A· SPLEND
ORDINE
D · D

Do ex Gudii ms. 451, 1 (non accurate expresso in ed. 106, 2), quem puto ipsum descripsisse; id unum mutavi, quod 1 pro ....BERI.... Gudii dedi ...ABERI..., auctore Mazochio (in Neap. eccl. Kal. I, 76) qui ait 1 superesse ABERIAM et legi posse aut *l*ABERIAM aut *f*ABERIAM. Addit Gudius Camillum Pellegrinum curavisse ut supplementa adderentur ipsi lapidi, et quidem in reliquis vv. ea quae ego minutis expressi, 1. 2 autem haec: *fa*BERI*ae* C· F· TE*tr*; a quo dissentit Gud. et supplet *c· la*BERI*o* C· F· TE*r· prisco*, recte puto. Mur. 1991, 1 e schedis Argelati, qui non distinxit antiqua a supplementis Camilli. Pratilli p. 309 (ex Vecchionio) principium ita interpolavit: C· FABERIO· C· F· TETRICO· PRISCO, item supplementa non distinxit. — 2 G· F Mur. — 5 CAPVAE Prat. — 6 ELECTAE A· SPLENDIDO Mur.

3587 Capuae *nel cortile della casa piccola del Duca di S. Cipriano presso il Seggio detto Antignano.*

SER· SVETTIVS· SER· *l*
CIMBER· V· S· M· L· M· S
L· PAMPIVS L· ACERRATIVS
IIVIR AED· L· D

Rinaldo I, 223, qui 1 fin. deesse aliquid non notavit. — Lege 2 *V*ovit *S*ervus *M*anumissus *L*ibens *M*erito *S*olvit, 4 *L*ocum *D*ederunt.

3588 lapis ingens scriptus litteris magnis; Capuae *str. del Castello* n. 8.

IS· ET· CRATER· ARG· CVIV
ONIB· SING· HS· XXX· N̄· AVGVS
NSVMMARI· IVSSIT· DEDICATIO
///VGVSTALIBVS· SING· HS· XX· N
//////////N· MMM· N· REIPVBLICA
////////////////'\ MNAFTHERISP

Descripsi.

3589 *La famiglia Cluvia io credo che eru padrone del bosco di S. Leuci in Briano e quivi avesse il luco familiare e sacello, perchè anni sono in una fornace di calci rinvenni ivi una lapidetta di marmo lunga p. 2, larga p. 1 colle lettere maiuscole:*

SACRA· CLVVIANA

La quale da me si conserverebbe, se infranta non si fosse nell' atto di alzarla, credo che il fuoco l'avesse macerata.

Haec narrat Esperti, i. e. Daniele Caserta p. 59. — Vereor ne erraril in hoc evanido titulo describendo vel deceptus sit amici mendacio vir optimus.

3590 in compluribus terminis ingentibus. — Capuae *Kir. Pellegrinus* novit tria exempla, unum Capuae prope eccl. S. Bartholomaei occidentem versus adeo lacerum, ut vix apparerent verba, alterum in pago Marcianisi prope eccl. S. Caroli versus occidentem hibernum et hoc quidem integrum; tertium in porta aedium Io. Bapt. del Balzo in pago S. M. Maioris ad aediculam S. Caroli orientem versus; *Mazochius* duo alia, quartum apud Capuam veterem in aedibus nobilis viri Io. Bapt. de Baucio ostii antas communiens, quintum Capuae ad S. Germani. — Hodie unum ex his extat in mus. Borb. hon. col. 2. — Male *Apian.* ponit Terracinae in templo.

IVSSV· IMP· CAESARIS
QVA· ARATRVM· DVCTVM
EST

Descripsi. Kiriacus apud Mich. Reg. p. 96; Apian. 183, 3 (inde Grut. 199, 5); Pellegrino p. 722 coll. ed. Gravier. II, 248 (inde Gud. ms. 790, 2, ed. 86, 6); Mazochi amph. Camp. p. 52; Pratilli p. 331. — Cf. Hygin. de lim. p. 203 Lachm.: 'secundum divi Augusti (legem) QVA· FALX· ET· ARATER· IERIT'.

3591 ad S. Angelum in Formis sub arcu.

IMP· CAESARI· DIVI/*f*
IMP· VI COS III/ u. c. 723
*pa*TRONO· D· C/· *d*

Descripsi. Pratilli p. 383; Rucca Capua vetere p. 88. — 3 supplevi ex n. 3602.

3592 in villa Pellegrini Casapullae.

in honorem divi vespasiani et | DIVI· TITI | IMP· NERVAE· CAES|*aris*
divi vespasiani | F | TRAIANI· AVG· G|*erm*
DACICI
|S· PRAEF· FABR· BIS· AEDILIS ·D D|

Descripsi. Pellegrinus apud Gud. ms. 81, 11 (in ed. deest); Pratilli p. 356; Cassitto Anal. ragion. Sept. 1793 p. 78.

3593 Capuae in amphitheatro rep. 1726; nunc extat sub arcu S. Eligii, ubi ego vidi, non descripsi.

colonia iu|LIA· FELIX· AV|*gusta capua*
FECIT
divus hadr|IANVS· AV|*g restituit*
imagines e|*t* COLVMNAS· AD|*di curavit*
imp· caes· t· ael|IVS· HADRIANV|*s antoninus*
aug |PIVS· DEDICAVI|*t*

A. S. Mazochi in mutilum Campani amphitheatri titulum aliasque nonnullas Campanas inscriptiones commentarius. Neap. 1727. 4. p. 2 cf p. 165 tab. I; ex eo Mur. 453, 4. Pratilli p. 301. Supplementa sunt Mazochii, lapidi etiam adiecta.

3594 in eccl. S. Angeli in Formis in pavimento olim fuit, donec furto inde ablata perferretur ad Stephanum Bovenzi sacerdotem; a quo per cardinalem Laurentium Raggi ecclesiae eius patronum recuperavit Pellegrinus et collocavit Capuae sub arcu S. Eligii, ubi vidit iam *Gud.*; v. litteras Pellegrini ad Raggium apud Danielem mon. di Cap. p. 83.

IMP· CAES· DIVI· M· ANTONINI
GERM· SARM· FIL· DIVI· COMMODI
FRATRI· DIVI· ANTONINI· PII· NEPOT
DIVI· HADRIANI· PRONEPOTI· DIVI
TRAIANI· PARTHICI· ABNEPOT· DIVI
NERVAE· ADNEPOTI
SEPTIMIO· SEVERO· PIO· PERTINACI
ARABIC· ADIABENIC· P· P· PONTIF· MAX
TRIB· POT· IIII· IMP· VIII· COS· II· PROC p. Chr. 196
COLONIA· CAPVA

Descripsi et exemplum meum confirmatum vidi per Danielianum (mon. di Capua p. 84); plus minusve corrupta sunt reliqua Gudii (ms. 463, 1, ed. 93, 1) qui vidit; Donii III, 39 a Pomp. Garigliano (inde Mur. 1104, 6); Pratillii p. 317.

3595 Capuae *Grut.*; *fabbricata in un pilastro del cortile de' Gesuiti Prat.*

ARGENTII
BRITTIO· PRAETEXTATO· V· C
CVRATORI· CAPVAE· QVINDE
CIMVIRO· CONSVLARI· BYZA
CII· COMITI· ORDINIS· PRIMI
ORDO· ET· POPVLVS· HADRV
METINVS· ADMINISTRAN
TI· OBTVLERVNT· ET· PRIVA
TO· *i*AM· PROSEQVENTE· FL
SERGIO· CODEO· V· P· DESTINA
TO· PROVINCIAE· PONI
CVRAVERVNT

Grut. 1092, 2 a Sirmondo qui vidit; Pratilli p. 389, ex Vecchionio, si credis. — 4. 5 BYZANTII Prat. — 9 EAM traditur; scripsi IAM. — 10 CODRO em. Scal.

3596 basis olim Casapullae penes Pellegrinum, nunc in mus. Borb. misc. col. 10.

M· CAMPANIO
M· FIL· M· NEP· PAL
MARCELLO
PROC· A*ug*VSTOR
AD ME*rc*VRIVM
ALEXANDR· PROC·
PROVINC· CYPRI·
PRAEF· EQ· ALAE· PARTH·
TRIB· COH· PR· HEMESEN
PRAEF· COH· III· BREVCOR·
*in provi*NCIA· CYPRO

Descripsi. Pellegrinus apud Gud. ms. 83, 84, ed. 119, 2. — 2 FAL Pell., fortasse recte. — 9 legi potest etiam II· EMESEN.

3597 in villa Pellegrini.

L· TI· CLAVD·
AVREL· QVIR·
QVINTIANO·
TRIVMVIRO· MO
NETAL· I· A· A· A· F· F *sic*
QVAESTORI· CAN
DID· PRAET· COS p. Chr. 235
PONTIF·
TI· CL· FELIX· II· VIR
AMICO· INCOMPAR
L· D· D· D

Descripsi. Pellegrinus apud Gud. ms. 84, 37, ed. 121, 2; Pratilli p. 355; Lupoli inscr. Corf. p. 145. Cf. Borghesi mem. dell' Inst. p. 303.

3598 Capuae ad ripam Volturni supra pontem prope molendinum.

TI· CLAVDIO
TI· F· PAL
RVFINO· EQVO
PVBL· PRAEF· FABR
II· VIR· Q· HONORE
QVINQ· IVVENES
AVG· PATRONO
QVORVM· HONORE
CONTENTVS· IMPENS
SVA· POSVIT
L· D· D· D

Manut. orth. 689, 22; Grut. 390, 6 (e Smetianis Gutenstenius); codex Waelscapple f. 159, cuius corrector cum alia tum versuum verum ordinem restituit. — 1 T· CLAVDIO Man. — 2 TIB· FIL Grut. — 6 QVINQV· W. — 7 PATRO· W. — 9 IMPENSA W Man.

3599 Capuae ante aliquot annos rep. in proscaenio amphitheatri, mox iterum terra obruta *Pell.*

C· CLODIO· C· F
QVIR· ADIVTORI
PRAETORI
TRIBVNO· PLEBIS
QVAESTORI
QVOD· EX· REDITV· HS· ↀ
LEGATO· A· CLODÍS
REIPVBLICAE· CAMPANORVM
VIAE· TVTELA· PRAESTATVR

Pellegrino p. 739 (inde Gud. ms. 790, 3, ed. 70, 4).

3600 Capuae rep. cum praecedenti.

....*clodio* P· F
...*cap*ITONI
......NO· PR
*ad census*S· PROVINC
*pann*ONIAE· QVAEST
*triu*IVIRO· CAPITALI
quod EX· REDITV· HS· ↀ
legato A· CLODÍS
*reipubl*ICAE· CAMPANORVM
*viae tute*LA· PRAESTATVR

Pellegrino p. 739 (inde Gud. ms. 790, 4, ed. 70, 5).

3601 rep. in atrio eccl. S. Prisci prope Capuam; nunc in mus. Borb. misc. col. 13.

T· CLODIO· M· F· FAL
EPRIO· MARCELLO
COS· II· AVGVRI
CVRIONI· MAXIMO
SODALI· AVGVSTALI
PR· PER· PROCOS
ASIAE· III

PROVINCIA· CYPROS

Descripsi. Ed. Lupoli inscr. Corfin. ed. 2 p. 387; Avellino *osservazioni sopra un' iscr. del R. museo Borbonico, nella quale si fa menzione di C. Eprio Marcello*. Nap. 1831. 4. pp. 32. Cf. Borghesium Bullett. dell' Inst. 1831 p. 147 sq.

3602 Capuae sub arcu S. Eligii.

L· CORNELIO· L *f*
BALBO· COS· PATR — u. c. 714
D· C· D

Descripsi. Pellegrino p. 658 (inde Gud. ms. 790, 1, ed. 121, 6); Mazochi amph. Camp. p. 18 (inde Mur. 293, 3). — 3 D· D priores omnes. Cf. n. 3591.

3603 Capuae ad S. Salvatoris minoris *Gud.*

P· FLAVIO· MENANDRO· AFRICANO· C· I
IIII· VIR· VIAR· CVRANDARVM
FILIO· DVLCISSIMO· ET· INCOMPA
RABILI· GAVIA· PROCVLA· L· F· MATER
POSVIT

Gud. ms. 639, 2, ed. 124, 2 nescio unde; Don. V, 149 (inde Mur. 702, 1. Donat. 252, 6) a Pomp. Garigliano; Pratilli p. 8 principium affert. — 1 C· I Don., CL... Prat., C· C Gud. — 2 VIARVM Gud. — 3 FI pro ET Gud. — 4 CAVIA Gud. — fort. scr. CL· F. — 5 om. Don.

3604 S. M. di Capua in hortis Teti.

L· FVLVIO· GAVIO· N|*umisio petronio*
AEMILIANO· COS· D|
PONTIF ELECTO· AB· OP|*timo imp· severo*
p.Chr. 223—235 *ALEXANDRO*· AVG· AD|*ius dicendum*
PER REGIONEM· TRA|*nspadanam*
PRAET· CAN|
LVGDVNEN|

Descripsi et supplevi ex titulo filii Maffei M. V. 252, 3, de quo cf. Borghesium dipl. di Decio Trajano p. 54 sg. — 4 VOC. ALEXANDRO in litura repositum est.

3605 Capuae sub arcu S. Eligii.

CARRADII
IVLIO AVR AVXON
TI LEONIDAE V C
QVAESTORI PRAET CVRA
TORI CAPVENSIVM OB MVL
TA PRAECLARA IN CIVES
PATRIAMQ HONORIFI
CENTIAE SVAE MERITA
INSTITVTORI NOVOR
AC RENOVATORI OPE
RVM PVBLICORVM
AB ORIGINE PATRONO
OMNI LAVDE
DIGNISSIMO
REGIO COMPITI

Descripsi. Fabretti 101, 232 e sched. Barb. Gud. ms. 463, 2, ed. 127, 4, qui vidit. — 1 habet Fabretti, defuit iam cum Gudius descripsit. — 2 Fabr. LVCIO AVRELIO AVXONTI; Gud. ed. IVLIO ARAVXONTI, littera omissa, quam supplevi ex Gud. ms., e lapide supplere neglexi. — 4 PRAEF Gud. ed., non ms.

3606 Capuae in aed. priv. in parochia Marcelli S. Maioris e regione eccl. S. Salvatoris Minoris *Pell.* Contra Romae in S. M. Maioris *cod. Red.*, aut ibi aut in opp. S. Severini *Mur.* Sed malo Pellegrinum sequi, qui pleniorem etiam reliquis dedit, quam incertos istos auctores, quos ignobilem eccl. Capuanam S. Marcelli Maioris cum notissima Romana confudisse apertum est.

C· NVMITORIO
CALLISTRATO
HOMINI
OPTIMO
DOCTISSIMO
QVE· ET· VIRO
RARISSIMO
FL· ARISTVS· V· C

Pellegrino p. 779 (inde Gud. ms. 792, 1 et ni fallor etiam Fabrett. 256, 72). Cod. Redii p. 15 *b* 6 in Gud. ms. 929, 7, ed. 281, 13. Mur. 1718, 1 e sched. Ptolomeis aliisque. Colucci ant. Picen. IV p. 56, XXV p. 42. 146 e Mur., puto. — 1 NVMITORI v. l. Mur. et cod. Red. — 6 Q· Mur. — 7 CLARISSIMO v. l. ap. Mur., CARISSIMO cod. Red. — 8 om. cod. Red. et Mur.

3607 Capuae in eccl. S. Severini *Cap.*, nunc fracta in angulo viarum *del Seminario* et *della Concezione (str. del Retiro casa del Bosco)*. — Romae in aedibus Benzoniorum, traducta Capua ex aedibus Michaelis Perpignani *Grut.* male.

POSTVMIO LAMPADIO VC
ET·INLVSTRI CONS CAMP
RESTITVTORI PATRIAE
ET REDINTEGRATORI OPERVM
PVBLICORVM ORDINIS PROVISORI
POPVLI SVBVENTORI OB INSIGNIA
EIVS VNIBERSA PATRONO LONGE
A MAIORIBVS ORIGINALI ORDO
CAPVENSIS VOTI ET OBSEQVI SVI
PIGNVS· LOCAVIT

Partem inferiorem a 5 medio fracto descripsi. Integram exhibent Grut. 459, 1 (ex eo Fabrett. 398, 286. Pratilli cons. p. 116) cui descripsit Gutenstenius ex autographo Hor. a Valle; Capacc. I c. 3 p. 14 a Thoma Crispo monacho (e Cap. Spon. misc. p. 160); Mazochi amph. Camp. p. 139 ex parte, ex Grutero puto; Granata I, 232. — Solus Granata vv. ordinem ad lapidem dedit. — 1 POSTVMIO Cap., POSTHVMIO Gran., POSTVMO Grut. ed. 1 (in 2 est POSTVMIO ex corr.) — 2 ILLVSTRI Gran. — 2 CAMPANIAE Grut., sed CAMP sched. Pigh. apud Grut. et rel. — 3 RESTAVRATORI Gran. — 5 PVBLICOR· Grut. contra vestigia lapidis. — 7 VNIVERSA Cap. Gran, BENEFICIA pro VNIBERSA Grut. — 8 ORIGINARIO Gran. — 9 OBSEQVII Cap. Gran.

3608 ad Capuam veterem.

TVRCIAE· MARCELLAE
C· F
CONSVLARIS· VIRI· *f*ILI*e*
CONIVGI TVSSIBI 'sic'

Mur. app 8, 9 e sched. Aegyptii. — 3 pro TILII scripsi FILIE. — in fine aliquid deest et omnino inconcinnitas sermonis altius vulnus indicat.

3609 Capuae in aede Conceptionis S. M. meridiem versus *Don.* in viculo pone eccl. S. Gabrielis *Rin.*

M· VALERIO
HOMVLLO
COS — p. C. 152
PATRON· COL
D· ■

Apian. p. 134, ex eo Grut. 473, 10. Donius V, 150 a Pomp. Garigliano. Rinaldo II p. VI. — Apianus more suo versuum ordinem neglexit. — 4 PATRONO Rin.

3610 cippus ex marmore nigro montis Tifatae, non albo quod solitum est in lapp. Capuanis. Extat Capuae prope episcopatam *Waelsc.*, nunc *strada Maddalena nell' antico monastero de' Teatini*. Male Tibure in aede S. Magdalenae *Grut.*

D· M· S
M· VESERIO
M· FIL· PAL
IVCVNDIANO
PRAIF· FABRVM
sic AD· CENSO· VELATO
PROC· ALIM· VIAE· FLM *sic*
II· VIR· DESIG
SACRIA· IVCVNDA
MATER

Descripsi. Grut. 485, 6 (a Scaligero) male et mance; melius codex Waelscapple f. 159 et Pellegrino p. 318. — 3 olim FAL, lapicida mox correxit PAL.

3611 in villa Pellegrini, ubi eam extare Pratillius inverecunde negat (cons. p. 64).

VINIVS· AVDEN
TIVS· AEMILIA
NVS· V· C· CAMP
CONS· FIERI
CVRAVIT

Descripsi. Pellegrinus apud Gud. ms. 83, 32, ed. 141, 5, qui cum legisset VIRIVS, Mazochi amph. Camp. p. 170 VINIVS correxit ex lapide et ita mihi quoque visum est esse in lapide etsi evanido. — Inscriptio Casertana Pratillii App. p. 373 cons. p. 63 *(nel luogo detto la torre di Caserta nella strada che dal monastero delle monache conduce ad oriente a man destra di un arco che riguarda settentrione)*:

*fu*RIVS· AVDENTIVS
*an*NIANVS· V· C
CAMP· CONS
*fie*RI· CVRAVIT

aut ad hanc conficta est aut (quod potius credo) alterum eius genuinum exemplum. Falsa Pratillii supplementa quae adieci vix videntur admittere ut de Pellegriniano lapide cogitans titulum Casertanum finxerit vir male callidus. Qui si genuinus est, rursus stabit pro Pellegriniana lectione VIRIVS.

3612 Frignano piccolo in eccl. S. Mariae *Fabr. Martor.*, qui inde ablatam intulit mus. Borb. hon. col. 8.

SIGNA· TRANSLATA EX ABDITIS
LOCIS AD CELEBRITATEM
THERMARVM SEVERIANARVM
AVDENTIVS· AEMILIANVS· V· C· CONS
CAMP· CONSTITVIT DEDICARIQVE PRECEPIT
CVRANTE TANNONIO CRYSANTIO V· ■

Descripsi. — Fabrett. 280, 173 ex sched. Barb.; Martorelli theca p. 541 add. p. XXXVI (ex Martorellio Pratilli cons. p. 48. Donat. 217, 5. Winckelmann *Werke* II p. 23) coll. Ignarra de pal. p. 130; Gervasio Mav. Loll. p. 30.

3613 S. M. di Capua in hortis Teti.

CONSECRAVIT
AC DEDICAVIT
CONCORDIA IVLIA
VALERIA· FELIX
CAPVA
VIRIVM GALLVM· V· C
CORR· CAMPANIAE

Descripsi. — Valeria dicta videtur ab impp. Diocletiano et Maximiano.

3614 (Capuae) rep. 1754 illataque in villam regiam Casertanam; lapis altus palmi 5½.

VIRTVTE
SAPIEN
TIA· INGE
NIOQ· POL
LENTI
VIRIVS· TVRBO
V· C· CONS· CAMP

Pratilli cons. della Camp. (1757) p. 40 et ex eo (per Annal. Litt. Ital. T. II p. 304) Donat 266, 7. A Pratillio fortasse pendet etiam Zaccaria stor. lett. X (1759) p. 624 (misit P. Ianuarius Sances de Luna) sic: VIRTVTE | SAPIENTIA | INGENIO | Q· POLLENTI | V· C· VIRTVS· TVRBO· CONS· CAP. Suspectus est neque tamen ausus sum inter falsos ablegare titulum ab alio auctore paullo diverse traditum.

3615 in casali S. Mariae extra Capuam *Mur.* 'in lapide candido nunc aptato in pulpito eccl. S. M. Maioris (Capuae vicus est)' *cod. Brancacc.*

VIRIVS · VIBIVS · COS
CAMP · RESTAVRAVIT

Mur. 2013, 10 (e sched. Maziis Como); cod. bibl. Brancaccianae III. A. 9. ubi in fine a manu rec. adscripta est. Pratillius cons. p. 111 frustra ait se quaesivisse.

3616 Capuae in eccl. fratrum Carmelitanorum.

RIVS · LVPVS
V · C
ONS · CAMP
VRAVIT

Pellegrino p. 55 (ex eo Gud. ms. 787, 2, ed. 143, 5); Pratilli App. p. 379, cons. p. 76.

3617 olim in villa Pellegrini.

O · L · F · FA
LO C
leg. V · MACEDON
III · AVG · ET · TRA *ian*
le G · LEG · I · ITAL
praef. f R V M · D A N D

Pellegrinus apud Gud. ms. 81, 10.

3618 olim in villa Pellegrini, nunc in museo Borbonico misc. col. 4.

ASIO — C — F
O L L I O N I
procu R A T O R I
imp · augu S T I · G A L L I A
rum aquit A N I A E · E T
narbonens IS · PRAEF · EQ ·
IIII · V I R
Q · D · D

Descripsi. Pellegrinus apud Gud. ms. 84, 42. — 5 in. A ego non vidi neque 6 in. I. — 8 Q · D · D · D Pell.

3619 Capuae ad S. Vincentii.

PAVLO · AEMILIO
PRIMIPILO · BIS
PRAEFECTO · EQVIT
TRIBVNO · CHORTIS
IIII · PRAETOR
.....SENECIO

Manut. quaest. epist. 3 p. 41 (ex eo Grut. 349, 4); Grut. 518, 8 a Sculteto qui vidit; Fabrett. 134, 96 (e schedis Manutii Vaticanis, puto). — 2 PRIMOPILO Grut. 349 err. typ. contra Man. et rel. — BIS... Grut. 518. — 4 COHORTIS Grut. 518.

3620 olim in villa Pellegrini.

A · BAEBIO · A · F
LEG · V · MAC
ARMILLIS
ANN · XXXXV
HILARA · LIBER
SVO · DE · SE
A · BAEBIO · A · L · M

Pellegrinus apud Gud. ms. 84, 46, ed. 155, 5.

3621 in Capua veteri prope villam marchionis Corsinii *Aeg.*, nunc S. M. di Capua *palazzo l'Amorata.*

C · CANVLEIVS
Q · F · LEG · VII · EVO
CAT · MORT · EST · ANN · NA
XXXV · DONAT · TORQ · ARMIL
PALER · CORON
Q · CANVLEIVS · Q · F
LEG · VII OCCEIS · IN GAL
ANNOR · NAT · XVIII
DVO · FRATR
IEIS · MONVM · PAT · FEC

Descripsi. M. Aegyptius SCtum de Bacch. p. 150 qui descripsit (ex eo non recte Mur. 802, 8).

3622 Capuae.

P · FELSINIVS · L · F · FAL
Q · FELSINIVS · L · F · FAL
LEG · X
SIGNIFER

Misit Fiorellius.

3623 S. M. di Capua in hortis Teti.

LICINIAE
L · LICINI · LICI
NIANi *tr*IB · COH ·
PRIMAE · VRBAN ·
FILIAE · ATTIANAE
P · RAPELLIVS
KALENDINVS
*pr*AEF · COH · II · GAL
*u*XORI

Descripsi. Sororis huius Liciniae Licinianae titulum Beneventanum vide supra n. 1383.

3624 litt. fugientibus, prope Capuam in via publica *Pigh.*, nunc sub arcu S. Eligii.

L · MAGIO · M · F · FAL
VETERANO · LEG · X
FRETENSIS
MAGIA..............
PATRONO · B · M · ET · SIBI

Descripsi ut potui. Extat praeterea apud Panvin. Rom. p. 529 ed. 1558 et in ms. Pigh. Berolin. fol. 136, qui soli veram vv. distributionem retinuerunt; apud Smet. 93, 4, Waelscapple f. 163, Grut. 551, 12 a Pighio, sed exemplo ab altero Pighiano diverso; denique interpolata apud Capaccium hist. Put. p. 150, hist. Neap. l. II c. 19 p. 639 (inde Reines. VIII, 30). En quattuor exempla, quae si quis denuo cum lapide conferet, operam non frustra collocabit.

exemplum meum:	Panvin. et Pigh. ms.:	Smet. et Waelsc.:	Capacc.:
MAGIO M F//////////	L · MAGIO · M · F · FAL	L · MAGIO · M · F	L · MAGIO · L · F · CAMPANO
VETERANO · LEG · X	VETERANO · LEG · X	FAL. VETERANO	ALIGERO · XII · LEGIONIS · FRETENSIS ·
FRETENSIS	FRETENSIS	LEG · X · FRETENSIS	
MAI/////////I/////////I	MAGIA · Ɔ · L	M.........Ɔ · L	
PATRO//////// ////SIBI	PATRONO · B · M · ET · SIBI	PATRONO · ET · SIBI	
	1 PAL Pigh.	W. vv. non separavit; item 5 legit PATRO....SIBI.	

3625 Capuae prope abbatiam S. Vincentii a Volturno *nel giardino di D. Emmanuelle Ferrucci.*

L · NORBANVS
L · F · FAL · FAVSTVS
CAPVA · MILES
COH · IIII · PR · 7 ·
VALERI
VIXIT · ANN · XXXIV
MILITAVIT · ANN
XIIII · TESTAMEN
FIERI · IVSSIT

Descripsi. — Ed. Io. Cassitto Analisi ragionata Sept. 1793 p. 72.

3626 basis ingens cum fastigio dimidiata, olim in pago S. Nicolai *della strada* inter Casertam et Maddaloni, deinde illata in museum Danielis, denique in Borbonicum, ubi extat sep. col. 57.

FAL · RESTITVTO · MILIT ·
KAIATIA MIL · ANN · V · VIXSIT · ANN · XXIIII
MA · MATER · OPTIMO · FILIO F
MENTO · EIVS

figura hominis

Descripsi ego. Ed. Daniele le forche Caudine ed. 1778 p. VII (deest in ed. 1811), qui male legit KALATIA.

3627 Capuae ad coll. soc. Iesu (quod nunc est nosocomium militare), ubi vidit iam *Gud.* Male Firmi *schedae Stephanonii.*

D · M · S
Q · SERVILI · VICANI
VETER · LEG · XII · FVL
SERVILIA · FELICISSIMA
LIB · PATRONO · OPTIMO
QQQ · SERVILII · SABINIANVS
VICANVS · RVFINVS · PATRI


Descripsi. Gud. ms. 464, 1, ed. 184, 1 qui vidit, recte; male Don. VI, 135 (ex eo Mur. 853, 4) a Pomp. Garigliano.

3628 Capuae sub arcu S. Eligii.

M · F · FAL ·
tr · mil · a POPVLO
D · L · ISIAE
FAL · RVFVS · EX · TE
IVS · HS N ↓ ∞
ISIAE
h m h N S

Descripsi.

3629 litteris optimis et plane Augusteis, quinque fragmenta rep. in amphitheatro Campano (ut mihi retulerunt musei officiales), nunc sparsa per mus. Borbonicum.



CO
FIER*i placeret, de ea re*
*c*VM·L·AN
IVDICIA DEIO
CEQVE·MVNIFI
PLVRIMIS· IM*pensis*
SIBI·AC·SVIS·I
MAXIM
PTI*s*
VT·EFORI
EIVS·DIEI·DI*ferri*
sic PRINCIS·V
CVM· INS*criptione*
MINIST
QVAE· AC*cepit a*
QVEM · I

*i*NTERERAT DIC
QVE·FERATVR·
QVI ERESSE
IIST *ca*PANO
HON *e s* ISSIM
*dec*RET MORI
ET VRIN
EST

VERBA· F*ec*
*privatim e*T· PVBLICE· OM*nes ita censuerunt*
ORITAS· FACTA· E
· MILITIAE· STIPE*ndia*
DEDVCTVSQVE· A
RIT·VT·ET·PATRIMO*nium non tum suum putaret*
LAETIOR· SEMPE
NE ·OFFICIORVM· R
*spatium vita*E· IAM· DEFICIENS· R
ATQVE · VTILISSIMI
*duo v*IROS· ALTERVM· AM*bosve*
*r*ES·POSSIT·ESSE·INPED*itus*
ubi populus maxime· FREQVENTET· VT· S*ciant omnes*
*decurion*VM· DECRETO· VBI· I
TIAE· SVCCESSOR
· INMORTEM E

Q*u*ID·DE·EAR*e*
*saevi*SSIMA· BELLA
*p*RIVATIM· PVBLI
*pub*LICA· VARIIS· ET
· QVAM· QVOD
NC· QVOQVE· IN
*pl*ACERE· CONSCRI
VS· DECORARI
VADIMONIAQVE
*muni*FICENTISSIMI
*loco pub*LICO· PONATVR
*o*PTVMVS· ET
*cl*VPEIS· DONISQVE
*locum*PVBLICE· DARI
*iuxta via*M· APPIAM

QV M· IN· I
NSC LOCA· I
·F·RV O· L·AN
M·TAN ·BENIF
NT·C RPORV
DEC*urion*VM· GF
NSC*riptis*S· HOC·
· OMNI
ION*e*

2 IN aut IM. — 4 TAN aut TAM.

Descripsi; fragmenta tria maiora ante quam ipse Neapolim adirem ab amico Nitzsch accepta edidi in Richteri et Schneideri *krit. Jahrb. für deutsche Rechtswiss.* ann. VIII (1844) vol. XV p. 474. Iuvenilia mea quae tum lusi, scilicet totius decreti restitutionem conferat ibi et per me rideat qui volet; sobrie iudicanti apparet plura interiisse quam ut apte queat suppleri, etsi sententiam quodammodo assequimur. Ne hoc quidem certo scio, ubi collocanda sint duo minora frustula, quae medias aliquot litteras scalpro deletas habent; quanquam alterius primum versum dimensis litterarum sensim decrescentium magnitudine ad totius tituli 5 referendum esse perspexi, aut inter fr. 1 et 3, aut inter 3 et 4. De quinto ne hoc quidem constat. — Videtur pertinere ad veteranum quendam L. An.... qui per saevissima bella iudicia eorum quibus parebat assecutus cum post emerita militiae stipendia Capuam esset deductus, ibi remp. saepe adiuverit variis et plurimis impensis, ut mortuo honores publici decernerentur, inter quos notabilis est vadimoniorum dilatio et cura duumviris alteri ambobusve iniuncta ne quis his exequiis interesse per quascunque res possit esse impeditus.

3630 olim in eccl. S. Angeli prope Capuam *Ap.*, deinde Neapoli apud Spataforum *Cap.*, postea apud Mazzam *Gori*, nunc in mus. Borb. sep. col. 8.

P· AELIO· P· FIL
PHILOLOGO
AVG· DECVRIONI· CAPVAE
ORNATO· SENTENTIA· IIVIRAL
AELIA· APHRODISIA
MATER· ET· SIBI· FECIT

Descripsi. Apian. 132 (inde Grut. 347, 3); sched. Fabii Giordani; Capacc. I, 21 p. 337; Gori symb. dec. I, 1, 78. — 4 ORNATO· SVAM· IIVIRAL Ap., unde ORNAT· ORNAM· IIVIRAL Grut.

3631 Casapullae in villa Pellegrini.

Q· ALFIVS· Q· F
FAL· IVSTVS· SCRB
II· VIR· ET· Q· CAPVAE
VIVVS· SIBI· FECIT
NN· AGENS· AET· LV
ET

Descripsi. Pellegrinus apud Gud. ms. 81, 12, inde male ed. 113, 3; Pratilli p. 355, qui in f. VITELLIAE de suo adiecit. — 3 num legendum II*virum et quaestorum?*

3632 cippus ingens, olim Casertae *Mur.* (fuisse ibi in atrio domus regiae *del Boschetto*, sed nuper inde sublatum esse addit Daniele *mon. di Cap.* p. 97), nunc in mus. Borb. sep. col. 27.

CAECILIA· SALVTARIS· MAT
protome mulieris *protome viri*
qui manu se tenent
P· OCTAVIO· P· LIB· SVCCESSO
LIC · IIVIRALI· CAPVAE
CAECILIAE· Q· F· SALVTARI
SIBI· SVISQVE· SOLO· PRIVATO
VIVI· FECERVNT

Descripsi. Ed. mendose Mur. app. 6, 8 ex sched. Aegyptii.

3633 Capuae in proscaenio amphitheatri ante paucos annos inventa, sed ob immensam magnitudinem sub terra relicta *Pell.*

G· LART.......
GABINIO· P· F
PAL· FORTVITO
DICTATORI· LAN
II· VIR· CAPVAE
QVOD· VIAM· DIAN
A· PORTA· VOLTVRN
AD· VICVM· VSQ· SVA
PEC· SILICE· STRAVER
OB· MVNIFIC· EIVS
D D

Pellegrini p. 155 (ex eo Gud. ms. 785, 1, ed. 71, 4). Pratilli p. 312 ex Vecchionio. — 1 GN· LARTIO Prat. — 3 malim FORTVNATO

3634 Capuae prope S. Vincentium in via publica.

Q· PETICIO· M· F· FAL
MAG· FANI· DIANAE
EX· TESTAMENTO· Q· PETICI
M· F· FAL

L· PETICIO
M· F· FAL· FRATRI

Smet. 44, 12 (exscr. Pighius); Grut. 315, 1 e Smetio; Mich. Monach. sanct. Cap. p. 71; Pratilli p. 283.

3635 epistylium rep. in amphitheatro Campano paucis mensibus ante repertam n. 3593; quo descripto illico mortaria inde facta esse Mazochius refert, rectius negavit Pratilli, qui vidit Casapullae penes Ios. de Cristofaro; extat hodie in mus. Borb. sep. col. 26.

SATELLIA· M· F· ANVS
APODYTERIVM· ADNOVITATEM· RE*stituit*
EPISTYLIS· CETERISQVE· MARMORIBVS· O*rnavit*

Descripsi. Mazochi amph. Camp. p. 70. 107 (ex eo Mur. 483, 8); Pratilli p. 303.

3636 basis ingens, statuae fortasse equestris, quae stetit ante eccl. S. Angeli in Formis, donec inde aveheret Daniele; hodie in mus. Borb. sep. col. 53.

C· VELLEIO· C· F· PAL· VRBANO
MAG· FAN· DIAN· TIF·
HONORATO· EQVO· PVBL
AB· IMP· ANTONINO· AVG
CVM· AGERET· AETATIS· AN *V*
C VELLEIVS· VRBANVS· ET· TVL*LIA*
NICE· PARENTES· L· D· D· D

Descripsi additis ex antiquis exemplis paucis litteris nunc detritis, inclinatis supra. Capacc. hist. Neap. l. I c. 10 p. 102 (ex eo Reines. VI, 91, Spon. misc. p. 89 [ex Sponio Donat. 23, 1], Fabrett. 460, 88); Mich. Monach. sanct. Cap. p. 71; Pratilli p. 283; Rinaldo I, 245; Daniele mon. di Cap. p. 86; Rucca p. 84.

3637 olim in villa Pellegrini, ubi Mazochius et Pratillius adhuc viderunt.

VS· T· F· QVIR· NEPOS
LAM· CALDARIAM· A

Pellegrinus apud Gud. ms. 84, 13; Mazochi amph. Camp. p. 142; Pratilli p. 356. — 1 IVS, 2 ELLAM Prat.

3638 in pila quadam Capuae in porticu.

DECVRIONES· ET· COLONI

Capacc. l. I c. 8 p. 65.

3639 litt. semipalm., S. Angeli in Formis sub arcu.

PRAEFEC

Descripsi.

3640 in vico S. Prisci.

D· S· S· F· C

Descripsi.

3641 in pavimento operis tessellati nigri et albi ad S. Angeli in Formis.

L· F
IVS· L· F

Descripsit Minieri-Ricci.

3642 cippus ingens, extat in mus. Borb. sep. col. 1.

M· ALLIO· M· L· BLASTO
AVGVSTALI · CAPVAE
ET· LIBERTĪS· LIBERTAB· EIVS
urceus POSTERĪSQVE · EORVM *patera*
HVĪC · MONIMEṄTÓ CÉDVṄT
EX· AGRÓ · QVÓQVÓ · VERSV
PEDES · QVĪNQVAGENĪ

Descripsi. Ed. Guarini comm. XIV p. 17.

3643 basis Capuae ante aedem S. Andreae in pariete domus Oliverii .... *Don.*; ab Ebulensi regione occidentem versus pergenti sinistro viae latere *Maz.*

D · M · S
Q · ANNIO · IANVARIO
EXACTORI· OPERVM· PVBL
ET· THEATRI· A· FVNDAMENTIS
HVIC· ORDO· DECVRIONVM
OB · MERITA · EIVS · HONOREM
AVGVSTALITATIS
GRATVITVM · DECREVIT
VIXIT· ANN· LXXI· VIVOS
SIBI·FECIT·POSTERISQVE·SVOR

Apian. p. 130, 6; Fonteius de gente Caesia p. 147 a Iacoobnio, ex Apiano puto; citat Fabric. Roma ed. 1549 p. 126; Smet. 83, 7 ab aliis (ex eo Grut. 354, 7); cod. Waelscapple f. 121; Don. V, 139 ex antiquo libro ms.; Mazochi amph. Camp. p. 157 (inde Mur. 678, 1) qui vidit; Pratilli p. 308. — 1 om. W. Smet. — 3 PVB W. — 4 ET III PATRI ..AMENTIS Ap. (inde ET III ....PATRI ...EVENTIS Font.), ET .... A......... MENTIS W. Smet., qui notat alias legi AIR pro A; nostrum ET· THEATRI· A· FVNDAMENTIS dedit Donii codex similique usus est Fabric., citans verba *exactor operum publicorum et theatri*. Idem reperit Mazochius in schedis Silvestri Ayossae sive in antiquo apographo Francisci Antonii Tomasi Pratillius (procul enim dubio idem exemplum est quod Pratillius sub alio nomine Mazochio obtulit, sub alio ipse citavit), quo exemplo oblato Mazochius in ipso lapide litteras fugientes probe agnovit. — 9 ANNIS Ap. Font., ANNO W. — LXX W. Smet. — 10 POSTERISQ· W. Smet. Don. — SVORVM Ap. W. Smet., SVIS Font. — In vv. div. sequor Donium Mazoch. consentientes.

3644 in villa Pellegrini.

*u*XORI · CARISS
L · CAMPANIVS
SOSIMENES
AVG · CAPVAE ·

Descripsi. Pellegrinus apud Gud. ms. 89, 6, ed. 268, 7.

3645 Capuae.

M · CARMEIO
GRATIS
AVGVSTALI
CAPVAE

Don. V, 158 (inde Mur. 1036, 1) ex veteri ms. — 2 GRATISS· Don. — Fractam esse a dextra Don. non notavit.

3646 Capuae in ingressu pontis Volturni.

D· M· S
T· *f*LAVIVS· *l*· LIB· SALVTARI*s*
AVGVSTALIS · SIBI · ET
*ep*RIAE · FELICITATI · CONIVGI
BENE · · MERENTI
NEGO*t*IAS · CALCARIARIVS
VIVVS· FECIT

Apian. 131, 2 (inde non accurate Grut. 641, 1). — 2 T· LAVTVS F· LIB SALVTARI Ap. — 3 TIRIAE Ap., fuerit EPRIAE vel HERIAE. — 6 NEGOCIAS Ap.

3647 basis in mus. Borb. inter col. 46 et 47 sep.

C IVLIVS ANTIOCℏVS
AVG · CAP SIBI · ET IV
LIAE NYMPHE · VXORI
OPTIME DE SE MERITAE
ET·C·IVLIO·C·F ETICO·F

Descripsi.

3648 Capuae *strada S. Antonio* n. 21.

D · M · S
P · MARCIVS
AMERIMNVS
AVGVSTALIS· CAPVAE
VIVOS · SIBI · ET
MARCIAE·CELERINAE
CONIVGI · OPTIMAE
FECIT

Descripsi praeter 8, qui latet sub terra. Apian. 137 (ex eo Grut. 435, 5); Gud. ms. 679, 2, ed. 131, 5 a Stephanonio credo.

3649 in S. Angeli prope Capuam.

L· VOLVSI · THREPTI
AVG· CAP
CONIVGI · KARISSIMO
CVM· QVO· VIXIT· ANN· XXXX
VOLVSIA · PRIMITIVA
ET· VOLVSIAE· EXPECTAT*a*E
FILI*a*E· SIBIQVE· VIVA· FECIT

Apian. 133, 1 (inde male Grut. 490, 7). — VV. ordo meus est. — 6. 7 EXPECTATE· FILIE Ap.

3650 olim in villa Pellegrini.

....
aug· CAP· PATR· OPTIM
VOLVSIAE· HERMIONIAE
PIAE · L· VOLVSIVS · THR*e*P*t*VS
ET·VOLVSIA·PRIMITIVA·ET·SIBI

Pellegrinus apud Gud. ms. 89, 4, ed. 261, 10. — Versus supra deesse notavi ego. — 3 THRIPIVS Pell.

3651 in villa Pellegrina; nunc non extant nisi 3. 4.

....
....*TOR*.....
CAPVAE FECIT
MEMORIAE
MORTIS · SVAE

Descripsi quod extat; de sinceritate noli dubitare. — Auctior duobus versibus extat apud Pellegrinum Gud. ms. 90, 11.

3652 Capuae.

ACILIA · A · L
OPTATA · PAREN
TIBVS · SVIS · FECIT
ACILIVS · ORESTES · ACILIAE
....EVTHYC.....
....EGERADO....

Mur. 2063, 9 (e schedis Mazzae Como).

3653 Capuae.

C· ACRONIVS · C· L
STATIVS

Mur. 1622, 10 a Como.

3654 litt. magnis, in villa Pellegrini.

TI · ALBIVS · L· F· Q·

Descripsi. Pellegrinus apud Gud. ms. 82, 22, ed. 313, 24.

3655 basis, olim Casapullae penes Pellegrinum, ubi vidit adhuc Pratilli, nunc in mus. Borb. sep. col. 45.

M· ALFIVS
STABVLARIVS

Descripsi. Pellegrinus apud Gud. ms. 84, 3, ed. 209, 7; Pratilli p. 356.

3656 Capuae.

L· ALFIVS· L· L	NASENNIA	NASENNIA · *l*· L
CERDO · D· S· F	Ɔ· Ɔ· L· PROTA	*p*ILEMA*ti*O

H · S · S
IN · FRONTE· PE*d*· IIII
IN· AGR· PE*d*· IIII

Apian. p. 134, 1 (inde Grut. 856, 3), ordinibus confusis, quod animadvertit Hagenbuch. ap. Orell. I p. 37, sed non omnia recte correxit. In tertio titulo I· L Ap. pro L· L fort., nisi mavis Ɔ· L·; idem BILEMAVO, unde feci PILEMATIO. — In clausula PEDVM, PEDES Ap., correxi PED.

3657 litteris non bonis; olim Capuae in villa Pellegrini, nunc Romae in museo Vaticano.

//// ALFIVS IVDA
ARCON ARCOSY
NAGOGVS QVI
ANN LXX MESIB VII
DIEB X ALFIA SO
TERIS CVM Q AN
XXXXVIII COIVGI
INCONPARABIL///
BENEMERENTI
FECIT

Mea causa descripsit Henzen. Pellegrinus apud Gud ms. 83, 31, ed. 263. 5. Amaduzzi nov. Fiorent. 1772 p. 759. — 1 puncta om. Am. — 2 ARCOSI Pell. — 3 INCOMPARABILI Gud. INCOMPARABIL Am.

3658 in pago Capuano S. Pietro in corpo *Ap. Aeg.*

L · ALFIVS · MAXIMVS
VIVVS· SIBI· ET· MEMORIAE
ALFIAE· CHRYSOPOLIS
VXORIS · SVAE
BENE · DE · SE · MERITAE
FECIT

Apian. 133 (quem male exscr. Grut. 753, 7) melius quam Matth. Aegyptius, cuius exemplum habemus et in opusculis p. 181 et ex schedis Goetzianis Mur. app. 7, 10. Maffei M. V. 474, 12 a Pratillio. — 1 ALTIVS Aeg., AELIVS Prat. — 3 MELIAE Aeg., AELIAE Prat. — 5 MERENTAE Ap. — 6 om. Aeg.

3659 Capuae ad coll. soc. Iesu.

ALLIDIA · SEX · Ɔ · L · PECVLIVM
M· EQVITIO· M· M· L· MENANDRO

Cod. Piccart. n. 58 ap. Reines. epist. p. 332, ex eo Reines. XIX, 1; Gud. ms. 464, 4, ed. ind. p. LXXXI, qui vidit. — 1 SEXT· Picc.

3660 Maddaloni.

C · ALLIO · L· F· FAL
ARBITRATV
HEREDVM

Garrucci stor. di Isernia p. 123.

3661 cippus olim in vico S. Prisci agri Campani, nunc in mus. Borb. inter col. 14 et 15 sep.

P///AMPIO· P· L· LVCRIO
ANNOR · XXII
PACCIA · C· L · LAVDICA
DE· SVO

Descripsi. Ed. Maffei M. V. 474, 7 a Pratillio.

3662 olim in villa Cam. Pellegrini.

HIC· S· EST
L· ANNIVS· L· L· C· L
NICEPOR· EIVS· ET· SVIS
AMICEIS · BONIS
PHILARGVR · CONLIBERT
FECIT· DE· SVO

Pellegrinus apud Gud. ms. 82, 30, ed. 352, 5. — 3 NICEPHOR ed. male.

3663 Capuae in nosocomio militari, quod fuit monasterium Iesuitarum.

C· ANNIVS· C· C· L· T//EIAE· C(
SERVIVS ////////////////////
figurae tres

Descripsi.

3664 olim in villa Pellegrini.

....
C · ANSIVS · L· M....
....ECIRIVS · C.....
P· CORNELIVS · P....
M· BETVELLIVS · M· F....

Pellegrinus apud Gud. ms. 84, 44, ed. 314, 16.

3665 in villa Pellegriniana.

P · ARRIO · P· L· GLYCON

Descripsi.

3666 S. M. di Capua, in hortis Teti.

M · ARTORI · M · F · FAL
RVFI · ZOPYRI
ARTORIAE· M· L· CALLISTÆ
VXORI

Descripsi.

3667 S. M. di Capua *al tribunale.*

ASVIAE· SEX· L· SALVIA
OSSA· HEIC· SITA· SVNT· E
figura mulieris

Descripsi. Gud. ms. 680, 4, ed. 353, 1 a Stephanonio, puto.

3668 Capuae in turri campanaria templi maioris

....
M· F· FAL· SIBI
M· ASVIVS· Ɔ· L· NIGER

Mur. 2095, 10 ex Argelati schedis. — 2 M· SVIVS Mur.

3669 in pago S. Prisci *Fabr.* nunc in villa Pellegrini.

L· AVFVSTIVS· L· L· ZETH
VIVOS· FECIT· SIBI· ET· SV
STATIAE· NOTAE· VXO
STATIAE· Ↄ· L· CVPITA
SECVNDAE· L· ET· FELICI· VERNA

Descripsi. Fabrett. 32, 153 e sched. Barb.; melius Pellegrinus apud Gud. ms. 82, 26, ed. ind. p. 92. — Fabretti aliquot litteras addidit ex supplemento credo; Pell. enim iam ita vidit fractam ut nunc est.

3670 Capuae ad portam S. Benedicti.

C· AVIANVS· Ↄ· L LICCEVS — CORNELIA· Ↄ L CLARA — A· MARCIVS· A· A· L IVCVNDVS

Mur. 1574, 4 e sched. suis.

3671 Capuae in S. M. Annuntiatae.

M· AVIDIVS· M· L· AESOPVS· SIBI· ET
AVIDIAE· M· L· ZOSIMAE· CONIVGI
FABR — *imago fabri cum securi ad tabulam stantis* — INTESTIN
H· M· S· S — E· H· H· N· S

Mur. 939, 7 e sched. suis.

3672 fragm. Capuae ad aedem S. Iohannis muro insertum *Rein.*, postea in vinea Mazzae *Mur.*

...LIBERTA· FECIT — C· AVLI· C· C· C· L
...NA· T· — DACI· O· H· S· S

binae feminae, quarum altera in medio stantis caput tangit; adscriptum est:

FILIOLA· VIVIT

Reines. XIX, 8 (descripsit Bartholinus vind. anat. 3); Mur. 1574, 9 a Como, qui de anaglypho et clausula tacet. Reliqua sic

Reines.:
IERTA·FECIT·C·AVLIC·C C·L
NA. T
DACI· O· H· S· S

Mur.:
...LIBERTA·FECIT·C·AVLIO·C·L
...NA· T· DACI· O· H· S· S

Clausula FILIOLA· VIVIT adhaesit falso titulo Capuano n. 502* apud Apian. 135.

3673 S. M. di Capua *al tribunale*.

P· BAEBI· HILARI

Descripsi.

3674 Capuae *str. del Seminario vecchio* n. 20.

BARNAEVS· SOC· / *sic* VICES· LIBER· SIBI· ET· / FRATRIB· SVIS· V· FEC·
SALAMA· SOCIOR· / VICENS· LIBERTATIS· / SER· VIX· ANN· XXV·
SABBIONI· SOC· / VICENS· LIBERTAT / SERVO

tres figurae

Descripsi. Ed. Mur. 1523, 6 e schedis Argelati, columnis confusis quas proba coniectura restituit Hagenbuch. apud Orell. n. 3339.

3675 in villa Pellegrini.

BETILIENAE· TT· L· PHILEMAIO
OSSA· HEIC· SITA· SVNT
protome

Descripsi. Pellegrinus apud Gud. ms. 89, 8, ed. 316, 7.

3676 in agro Capuano in villa S. Petri.

L· BILIENVS· MARATHVS
CORNELIAE· PREIMAE
ET· SIBI

Apian. 135, 2; ex eo Grut. 861, 12.

3677 ad Capuam veterem.

BONITATI· CESELLIAE
PVDENTIS· OSSA· HEIC· SITA
SVNT

Mur. app. 8, 7 e schedis Aegyptii.

3678 Capuae in hospitali militari; male Mur. 1646 ait extitisse apud Didacum Mazzam.

M· BRITTIVS· M· L· DIOPHANTVS· — OPPIA////· L· POSILLA· — M· BRITTIVS· M· ET· Ↄ· L· DONATVS· — OPPIA· Ↄ· L SALVIA

Descripsi. Cod. Piccarti n. 40 ap. Reines. epist. p. 331; Reines. XIX, 31 e Piccart.; Mur. 1576, 3 e sched. suis, 1646, 13 a Como; omnes exhibent plus minusve corruptam. — In secunda OPPIA· P· L solus Piccart. recte; reliqui OPPIA· Ↄ· L.

3679 S. Maria *str. S. Pasquale* n. 20.

CAECILIAE· M· L· HERACLEAE ET
M· CAECILIO· M· L· AGATHONI· PATRONO· ET
M· CAECILIO· M· L· SERVIO
TIME· LIBERTA· FECIT· PATRONO· PIISSIMO
H· M· S· S· E· H· N· S

Descripsi.

3680 versibus antique et parum eleganter dispositis, Capuae ad S. Vincentium *Smet.*, nunc *strada del Retiro casa di Bosco.*

L· CAECILIVS· L· F
CAECILIA· L· L
SALVIA· FECIT
QVARTA· VIXIT· A· IX
sic OSSA· HEIC· SITA· SVNT

Descripsi. Manut. orth. 419, 9 (inde Grut. 934, 8), melius Smet. 140, 18 a Pighio (inde Grut. 862, 3); codex Waelscapple f. 170.

3681 cippus magnus litteris vetustis, Capuae *Pont.*, in villa S. Petri agri Campani *Apian.*, nunc in mus. Borb. sep. col. 33.

CAESELLIAE·
ↃQ· L· HYMNINIS·
OSSA· HEIC· SITA·
SVNT·
HELENA· L· DE·
SVO· FECIT

Descripsi. Pontan. de aspir. l. I (ed. 1538 p. 31), melius Apian. p. 134, inde Grut. 965, 5.

3682 olim in villa Pellegrini.

L· CALPVRNI
SOTHERIS
CALPVRNIA· MELE
VXOR
CONIVGI· B· M

Pellegrinus apud Gud. ms. 82, 21, ed. 268, 1.

3683 S. Maria *str. S. Pasquale* n. 20.

C· CAMPANIO
COL· LIB
VRSVLO· LVPVLVS
COL· CAPVAE· ARCAR·
AMICO· OPTIMO

Descripsi.

3684 S. Maria *str. S. Pasquale* n. 20.

Q· CANIO· Q· L· ZETHO
Q· CANIVS· Q· L· PROTVS
FRATR· ZEHO· PATRON *sic*
Q· CANIO· Q· L· AMMION
FRATRI

Descripsi. Granata hist. Capuan. 1, 188.

3685 Capuae in aed. Pompeii Peregrini decani eccl. archiepiscopalis.

D· M
A· CANVLEIO· A· F
PAL· SALVTARI
DOMO· CANVSI
CANVLEIA· ANESIS· LIB
PATRONO· BENEMERENTI
LIBERTIS
LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE· EORVM

Gud. ms. 1013, 1, ed. 342, 5. 'Cam. Peregrinus descripsit et transmisit.' — 5 malim AVXESIS.

3686 ad Capuam veterem.

CARMELIAE· Ↄ· L
ICONIONIS
EX· TESTAMENTO

Mur. app. 8, 5 e sched. Aegyptii. — 1 malim CARMEIAE.

3687 Capuae in urna marmorea.

D· M
CARPO· FILIO
DVLCISSIMO
VIX· ANN· II
DIEBVS· XXVIIII
CARPVS
CAESARIS· LIB

Grut. 609, 6 (Vallaeus per Gutenstenium misit).

3688 S. M. di Capua, *palazzo l' Amorata.*

CAR///ONIAE· ECLOCE
LABERIA· QVARTA· MATE· FECIT *sic*

Descripsi. Pessime ed. e sched. Aegyptii Mur. 7, 12.

3689 in villa Cam. Pellegrini.

A· CARVILI A· L· TEVRISCI· OS· H· S· S

 *protome viri* 

Descripsi. Pellegrinus apud Gud. ms. 84, 41, ed. 317, 4 anaglyphis omissis.

3690 cippus, olim in villa Camilli Pellegrini, deinde in vinea Didaci Mazzae, nunc in mus. Borb. sep. col. 38.

A· CASTRICIO· A· F· FAL· PRISCO
A· CASTRICIO· A· L· ARABO
CASTRICIA· A· L· NYSA· FECIT
SIBI· ET· FILIO· ET· PATRONO

Descripsi. Pellegrino p. 140 recte; ex eo Gud. ms. 787, 1, ed. 300, 2 male; Mur. 1524, 11 a Como item male.

3691 olim in villa Pellegrini.

D· M· S
CERIALI
QVAE· VIXIT
ANN· V· MENS· V
DIEBVS· XX

Ad exemplum Pellegrini ms. 83, 36 non accurate ed. Gud. 317, 10.

3692 ad veterem Capuam.

D· M· S
CHEREAE· FIL
NEREIS· ET
CHEREAS
PARENTES

Mur. app. 8, 1 e sched. Aegyptii.

3693 Capuae *nel palazzo di cento persone.*

P· CIPI· P· L· PHILEROTIS
vir stans

Descripsi.

3694 Capuae in eccl. S. M. Magdalenae.

D· M
CLAVDIAE· OLYMPIADI
TI· CLAVDIVS· HERMES
CONIVGI· INCOMPARABILI
QVAE· VIX· AN· XXVI
ME· VII· DIE· XVIII
BEN· M· F

Gud. ms. 960, 3, ed. 269, 11 ex cod. Redii p. 114 b. 2; Mur. 1326, 6 e sched. fr. Iuc. — in f. ANN· XXVII· M· VII· D· XI Gud. om. reliquis.

3695 Capuae in loco q. d. Seggio de' Cavalieri *Pell.* Nunc extat dimidiata ad angulum arcus eq. Azzia *alla Carità.*

D· M· S
TI· CLAVDIO
LACONI· GRAMMA
TICO· GRAECO
CLAVDIA· VERA
MARITO· BEN
EMERENTI· FECIT
CVM· QVO· VIXIT
ANNIS· XXVI

Vidi, non descripsi quod superest. Pellegrino p. 780 (inde Gud. ms. 792, 3, ed. 213, 5); Mur. 2044, 7 e sched. Didaci Mazzae. — 1 om. Pell. — 3 LACOMI Mur. — 4 ORIALCO pro GRAECO Mur. — 7 MERENTI Pell. — FECIT et sq. om. Mur.

3696 Capuae ad turrim S. Benedicti.

D · M · S
C· CLODIO
FLORENTINO
CONIVGI
CVM· QVO· VIX
ANNIS· XVIIII
MENS· XI· DIEB· XXII
VIBIA· POLLA· B· M· F

Malvasia marm. Fels. p. 471. Mur. 1330, 10 e sched. Ambr. et fr. Iuc. — Mur. sequor. in vv. div. — 1 s om. Malv. — 2 c· om. Malv. — 5 sq. VIXIT· A· XVIII· MEN· Malv. — 8 PODDA fr. Iuc., PODDIA Malv.

3697 in vico Capodevise agri Campani *Mur.* Nunc in mus. Borb. sep. col. 53.

CLODIO· CLODIÆ
D· L· L· SALVIO· L· L·
DDI· SALVI· THELETE
ATV· PRIMI· L

Descripsi. Mur. app. 7, 5 ex schedis Aegyptii. — Columnas in ipso lapide confusas explica sic fere.

l. clodio L CLODIO· CLODIAE
l. l......O L· L. SALVIO· L· L
THELETE
*ex testamento clo*DI SALVI
*arbitr*ATV· PRIMI· L

3698 S. M. di Capua in hortis Teti.

MARCVS CD
ODEVS FHLIX
HAAILIAH · COIV
GI BHNHMHR
HNTI

Descripsi; litterae luculentae sunt. Lege: *M. Clodius Felix Emiliae* cet.

3699 S. M. di Capua in aedibus archiepiscopi.

M· CLOELIO· M· F· ARABO
HORDIONIA· A· L· ZOSARI

Apian. 135, 4 (inde male Grut. 59, 8) confusam cum n. 3561; separavit inde Daniele mon. di Cap. p. 80, qui et ipse vidit et reperit in schedis Mazochianis.

3700 Capuae.

M· CLOELIVS
*nic*EpOR
M· CLOELIVS
DASIVS
M· CLOELIVS
AGATO
FECERVNT
M· ClOELI· M· *l*
*ni*CePOR
OSSA· HIC· S
SITA

Mur. 2080, 6 (e schedis Mazzae Como). — 2 MEROR Mur. — 8. 9 M· COELIM ‖ M· COEPOR Mur.

3701 prope Casertam *al lato della porta maggiore della parochial chiesa di Briano Esperti;* nunc in mus. Borb. sep. col. 56.

MEMORIA*e*
CLVVIAE· COCCEIAE
SEVERE· BENIG
NISSIME· FEMINE·
AVRELIVS· SEVERVS
FRATER· ET· CLVVIA
COCCEIA· LONGINA· FILIA

Descripsi. Ed. Esperti i. e. Daniele Caserta p. 58.

3702 Capuae in S. Vincentii ad Volturnum.

ME
COCCEIAE
PARENTIBVS
TIBVS· SIBI· ET· CON..
QVE· SVIS· FECIT

Esperti i. e Daniele Caserta p. 59. 'Cocceiae cuiusdam fit mentio in fragmento cuiusdam marmoris in presbyterio eccl. S. Vincentii a latere evangelii.' Mazochi in add. ad Pellegrinum ed. 2 II p. 285.

3703 Casapullae apud Pellegrinum.

L· COCCEIVS
C· L· M· L· PAPA
L· VALERIO· L· L
NICEPHORO
MEDICO· AMIC

Descripsi. Pellegrinus p. 779 (inde Gud. ms. 792, 2) et eiusdem schedae ap. Gud. ms. 82, 17.

3704 in villa Pellegrini.

D· M· S
L· COMINIO· FE
LICI· OSTORI *sic*
DECIDIA· MEROPE
CONIVGI
BENE · MERENTI

Descripsi. Pellegrinus apud Gud. ms. 83, 27, ed. 270, 2 recte omnino.

3705 ad Capuam veterem *Mur.*; hodie pars prior extat S. M. *di Capua* in domo Amorata.

P· CONFVLEIVS MENESTEVS
TVLLIA· CHELENE· SIBI· ET SVIS

Descripsi quod superest. Integram ed. Mur. app. 7, 11 e sched. Aegyptii.

3706 Capuae.

CORNELIAE· FAVSTAE
OSSA· HIC· SITA· SVNT
M· CORNELIVS· M· F· MATRI· FECIT

Mur. 2065, 4 (misit Como).

3707 titulus monumenti rotundi, S. M. di Capua in hortis Teti.

V· F· CORNELIA· TALASSA
M· CORNELIO· PHILEROTI
ET· SVIS

Descripsi.

3708 Capuae in aed privatis.

M· CORNELIVS· M· L
PHILEROS· O· H· S· S

Smet. 140, 23 (inde Grut. 971, 1) a Pighio; cod. Waelscapple f. 143; cod. Urbinas a Borghesio excussus; cod. Orti f. 142 a. — 1 in. M· om. cod. Urb. — in f. addit PHILEROS· FECERVNT cod. Orti.

3709 in villa Pellegrini.

L· CORNEL*IO*
D· L· ATICO *sic*
O· H· S· S·

Descripsi. Ex apographo Pellegrini ms. 84, 7 male ed. Gud. 318, 11. — 1 CORNELIO Pell.; ego non vidi litteras IO.

3710 Capuae.

M· COTTIO
DIOCLE EX
TESTAMENTO

Cod. Piccarti n. 57 ap. Reines epist. p. 332; inde Reines. XVII, 40. — VV. divisio incerta.

3711 Capuae ad S. Benedicti.

Q· DECIRI· LICINI· O· H· S· S

Mur. 1666, 5 e sched. Ambr.

3712 Capuae *vico Cicatella alla Carità, stalla di Torre di Fusco.*

Q· DECIRI· Q· L·	BAEBIAE· L· L	Q· DECI
HERMIAE	HELENAE	AMIII
NASONIS		

figurae tres

Descripsi.

3713 pars prior extat in pago Casollae M p. a Caserta, pars altera scripta litteris palmaribus Capuae *vico S Giovanni casa di Nicola Valletta.*

DECVMIA	P· DECV*m*IO· D· L	P· DECVMIO
P· L· TYCHE	DION*ys*IO	P· L· FAVSTO

Partem priorem ed. Esperti Caserta p. 47 neque versibus recte divisis neque lacuna notata; alteram descripsi ego et coniunxi utramque ex coniectura.

3714 Capuae *str. Vitriera casa di Domenico Iorio.*

DEXSONIA· CLEMIO SIBI ET
PHILEMAE ∞VAE AMA*nt*ISSVMAI
figurae duae manibus iunctis

Descripsi.

3715 Capuae.

EGNATIAE· C· A· L· HILAR
O· H· S· S
C· EGNATIVS· C· A· L· AMPHIO
C· EGNATIVS· D· L· ZETVS
FILII· POSTERVNT

Cod. Piccart. n. 63 ap. Reines. ep. p. 333, inde Reines. XIII, 26. — Vv. divisio incerta. — 3 APHO Picc. Rein., neglectis litterarum nexibus. — 5 FILI Rein.

3716 olim in villa Pellegrini.

D· M· ENCOLPO
AVG· LIBERTO
SALLVSTIA
PRIMITIVA
CARISSIMO
CONIVGI

Pellegrinus apud Gud. ms. 84, 45, ed. 271, 10.

3717 basis litteris optimis, olim Casapullae penes Pellegrinum (sive S. Prisci prope Capuam ut ait *Mur*), nunc in mus. Borb. sep. col. 44. — Male Pompeianam credidit *Guar.*

N· EPIDIO· N· F· FAL *sic*
VIRO· ET
N· EPIDIO· N· F· FAL· LVPERC
FILIO· SEXTIA· L· F
D S P F C

Descripsi. Pellegrinus apud Gud. ms. 82, 24, ed. 105, 1; Mur. 2072, 1 e schedis Mazzae; Guarini fasti ed. 1 p. 46.

3718 Capuae in foro iudicum.

DIS
MANIB
EPRIA
MARCIA
VIXIT
ANNIS· VII
DIEBVS· VII

Pellegrino p. 779 (inde Gud. ms. 791, 2, ed. 319, 11). Fabrett. 327, 472.

3719 cippus in vico S. Prisci agri Campani olim; nunc in mus. Borb. sep. col. 15.

EQVITIAE· MEGISTE· PATR
EQVITIAE· DAPHNIDI· LIB
EQVITIAE· AVCTAE· FILIAE
M· EQVITIO· ANTEROTI FRA
M· EQVITIVS· AVCTVS
SIBI ET· SVIS

Descripsi. Ed. Maffei M. V. 474, 5 (inde Donat 363 9) a Pratillio acceptam et confusam cum n. 3885.

3720 littera florente Capuae, in S. Benedicti *Smet.*

EVTYCHVS· VILLIC
APLVMBO
EVAGOGVS· A· FLAM
FECERVNT· SIBI· ET· SVIS

Manut. orth. 779, 1; cod. Victorii f. 72, qui pendere videtur ex Iucundo; Smet. 99, 17 (inde Grut. 640, 10) a Pighio; cod. Waelscapple f. 161; Spon misc. p. 235 qui exscripsit; Fabrett. 38, 185; Mur. 951, 8 e schedis fr. Iucundi. — Waelscapple fractam dicit et supra ponit puncta. — 1 EVTICHVS W. — VILLIC W. Manut. (qui propter hoc affert) Smet. Spon, VILIC Fabr. Mur., VILICVS Vict. — 2 accentum super A habent Man. Smet., super V Manut. solus. — A· FLAM Vict. Mur. i. e. Iuc.: A· F· /// Man. Smet.; AF//'O// W.; A F· Spon. Fabr. — 4 FEC· Spon.

3721 Capuae in platea iudicum.

FABIA· L· F· SABINA
TESTAMENTO· FIERI
IVSSIT

Cod. Piccarti n. 44 ap. Reines. ep. p. 331, inde Reines. XVII, 50; cod. Orti f. 142 a; Gud. ms. 680, 3 (a Stephanonio credo), ed. 320, 6; Mur. 1672, 2 e sched. fr. Iucundi. — Vv. divisio est Gudiana. — 1 A F pro L· F Picc. Rein.

3722 olim Capuae ad S. Vincentii; Cassitto adfuit cum lapis frangebatur in aedibus reficiendis

caput Medusae

Q · FABIO · Q · L · BARNAEO
APICVLA LIBERTA · FECIT

Apian. 137; Smet. 140, 9 (inde Grut. 974, 2) a Pighio; cod. Piccarti n 45 apud Reines. epist. p 332; cod. Orti f. 142 a, Cassitto analisi ragionata Sept 1793 p. 75 — 1 E · FABIO Cass. — BAR||NAEO Cass., BARNEO Ap. Orti. — 2 IBERIA Orti.

3723 Capuae *Pont.*

FERIAE · CN · FILIAE
MAIORIS
HEIC · OSSA · SITA
SVNT

Pontan. de aspir. l. I (p. 20 ed. 1538), inde non accurate Grut. 911, 16. — 1 num EPRIAE vel HERIAE leg.?

3724 S. Prisci in aed. Philippi Palmieri.

A
AIAE · VXORI · I*nno*
*centis*SIMAE · ET · OBSEQVENT*issimae*
*cu*A QVA VIXI · ANNIS VI SINE V*lla querela*
IN QVA NEC VNVM CRIMEN · C*onsistere*
POTVIT · QVAM OPTIMA · AVT PIISSIMA ·
M · FABIVS · FELIX · VXORI · CARISSIMAE
QVAE VIX · ANN · XXI · MENS · V · DIEB · X
OCTAVIA · IANVARIA · MATER FIL *optimae*
QVAE ME · POST OBITIONEM TVM*ulare et ad*
FINEM MORTIS SEQVI VOL*uit, nisi fata*
OBSTITISSENT P

Descripsi.

3725 S. M. di Capua *in casa degli uffizieri del primo regimento Lancieri.*

FESTO SERVIAI
EVTACTIANO
AMICVS
MERENTI

Misit Fiorellius.

3726 Capuae.

FIDIAE · Ɔ · L · *eleV*ERINI
L · FIDIVS · Ɔ · L · AVCTVS
PATRONAE · ET · SIBI

Apian. 130, 3 (inde Grut. 942, 1). — 1 IDIAE · Ɔ · L · FIL · VLTERINI Ap.

3727 rep. m. Oct. 1848 in via Appia (prope Capuam ut vid.)

D · M · S
C · IAIPI · CEDRI
PATRI · OPTIMO
BENE · MERENTI ·
T · FLAVIVS · BRVNDI
SINVS FILIVS

Misit Fiorellius.

3728 Capuae prope domum comitis de Palene.

C · FVLMONIO · C · L · ANTIOCHO
O S
H S

Manut. not. expl. p. 113. Grut. 976, 6 e ms. cod. Smetii unde item anaglypha militaria repraesentat.

3729 cippus litteris satis antiquis; quae inclinatae exhibentur, postea additae sunt. Olim erat Capuae penes Pellegrinum, nunc in mus. Borb. inter col. 46 et 47 sepulcralium.

M · FVLVIVS
APOLLONIVS
VNGENT · SIBI · ET
VALERIAE · RODIAE
VXORI *FVLVIÆ · IAÑI*
L · CAESIO GLYCONI · CÆSIAE L L
NARDINI

Descripsi. Ed. Pellegrino Camp. fel. p. 565, inde Gud. ms. 788, 3, ed. 215, 4; Lup. it. Ven. p. 336. — 5 descripsi IAÑI itaque Lup.; vid. leg. LAINI.

3730 Capuae *str. Carità.*

SEX · FVRIVS · SEX · L · CHILO
SIBI · ET · SVIS

figurae quattuor

Descripsi. Ed. Apian. 132, 1, ex eo et cod. Redii p. 113 b. 1 (apud Gud. ms. 1099) Grut. 976, 10, male.

3731 Capuae in domo episcopali.

A · GABINIVS · A · L · FELIX
SIBI ET
GABINIAE · A · F · CELSAE · FILIAE
P · VIBVLEIO · P · F · CELSO · NEPOTI
NOVIAE · A · L · PRIMAE · VXORI
A · GABINIO · A · L · HILARO
GABINIAE · A · L · IRENE
NOVIAE · Ɔ · L · OPTATAE · L
A · GABINIO · A · L · PHILEROTI

Fabretti 475, 121 e sched. Barb. Gud. ms. 465, 3 qui vidit. — 7 IRENAE Gud.

3732 in villa Pellegrini litt. vetustis.

P · GABINIO · P · L · LYSSA ·
L · MAECILIO · LSD · SOSO
PRIMAE
GABINIAE · P · L · DIONYSIA
FECIT · SIBI · ET · SVIS

Descripsi; integra est et facile legitur. Pellegrinus apud Gud. ms. 83, 35, ed. 321, 15. — 2 fortasse Locum Sibi Danto SOSO.

3733 ad Capuam veterem.

SEX · GRATTIO
SEX · LIB · THEOGENI

in imo lap. scriptura diversa:

ITVM AMBITVM SIBI ET SVIS QVEM

Mur. 6, 5 e sched. Aegyptii, quae 2 AMBSITVM. — In f. supple *voluero* vel similem formulam.

3734 Marcianisi in via recta.

rosa

HERIA · L · L · SECVNDA · O · H ·
VIXIT AN · XXIX
VIR *mu- li- er stans* FECIT
P A M P H I L VS

Descripsi. Ed. Pratilli p. 339. Granata I, 23.

3735 Capuae in aed. Pauli Antonii Marotti.

D · M · S
HERIAE · SILVINAE
VIXIT · ANN · XVII · M · VII
C · HERIVS · EVCARPVS · ET
HERIA · VALENTINA
FILIAE
REVERENTISSIMAE

Apian. 137, 1 (inde Grut. 687, 1); cod. Redii p. 113 a. 9 apud Gud. ms. 1099; Mur. 1172, 4 e sched. Ambros. et Cyriaci. — 1 SILVANAE sched. Cyr. — 4 LVCARIVS Ap., L · CARIVS cod. Red. — 6 REVIRIISSIMAE cod. Red., BENEMERENTISSIMAE Ap.

3736 olim in villa Cam. Pellegrini.

...T · L · HILARO · PA
...SVIS · FECERVNT

Pellegrinus apud Gud. ms. 84, 40, ed. 336, 8.

3737 Capuae iuxta theatrum militum *cod. Red.*, nunc *str. Carità.*

DIONIVS ·	HORDIONIA ·	Q · HORDIONIVS ·	Q · HORDI
L ·	Q · L ·	Q · L ·	Q · Q · ƆL · SVAV
RS ·	PHILVMINA ·	SYRVS ·	SIBI ET PATRON

Descripsi. Ed. foede corruptam et confusam Apian. 131, 5; Grut. 941, 13 e Scaligeranis et cod. Redii p. 112 b. 4 (apud Gud. ms. 1099); melius Mur. 2085, 6 a Como; Rinaldo 1, 321.

3738 Capuae *largo S. Giovanello* n. 7.

ΘHORDIONIÆ ·	HORDIONIÆ	HORDIONIÆ · Ɔ · L
Ɔ · L · PRIMAE	Ɔ · L · LAVDICÆ	SALVILAE

Descripsi. *mulieres tres*

3739 S. Pietro prope S. M. di Capua, *str. S. Pasquale palazzo Casertano.*

A · HORDIONI · ERONIS · O · H · S · S
PACTVMEIA · CRESTE · FECIT

Descripsi. Ed. Mur. app. 6, 4 e sched. Aegyptii male.

3740 *alle Curti* in eccl. S. Michaelis et olim fuit et adhuc extat.

IN · FR · P. VIII
M · HORDIONIVS · PHILARGVRVS
V LABEO · LANTERNARIVS
V FLAVIAI · C · L · PHILVMINAI · VXORI
ET SVIS
IN · AG · P · VIII

lanterna rotunda ansata

Descripsi. Pratilli p. 351; aeri incidit (Daniele?) Antich. di Ercolano T. VIII p. 265; Guarini fasti ed. 1 p. 154.

3741 ad Capuam veterem.

D · M · S
HOSTIAE · FELICISSI
MAE · VIXIT
ANN · XXIIII · M
VIII · DIEB · XXI
HOSTIA · VITALIS
MATER · MISERA

Mur. app. 8, 3 e sched. Aegyptii.

3742 Capuae.

C · HOSTI · C · L · PRINCIPIS
OSSA · HIC · S · S

Cod. Picc. n. 42 ap. Rein. ep. p. 331, inde Reines. XVII, 64; cod. Orti f. 142 a.

3743 Capuae.

HOSTILIAE · L · L · RIL ·
O · H · S · S
CENTIVS · CONLIBERT

Apian. p. 134, inde Grut 978, 9.

3744 Capuae ad coll. soc. Iesu *Gud.*, apud Rain. Graphium *Mur.*

OSTILIAE · L · L · PSYCARION
OSSA · H S · SVNT

Gud. ms. 464, 5, ed. 327, 6 qui vidit. Mur. 1721, 7 e sched. Ambros. — 1 PSYCHARIO Mur.

3745 in agro Capuano in villa S. Petri

IANVARIAE · AN.. AVVIII..
FIL · PIEN · BENEMERENTI
MATER · FECIT

Apian. 134, 7 (inde Grut. 678, 3 male). — 1 P · ANVARIAE Ap.

3746 Capuae.

D · M · S
M · ITEIO · IVSTO · FILIO
HIC · SITO

Apian. 130, 5 (inde Grut. 688, 5); cod Piccarti n. 41 ap. Reines. ep. p. 331; Mur. 1230, 1 e sched. Argelati; 2060, 5 a Como. — In. vv. div. sequor Mur. 1230 2060 sibi constantem. — 1 om. Picc. — 2 M · ITEIO Picc. et (om. M) Ap.; MATTHEIO Mur. 2060, M · VITEIO Mur. 1230. — IVSTI Mur. 2060. — FILIO om. Mur. 1230.

3747 S. M. di Capua *al tribunale.*

C · ITEI · C · L · STAB
OSSA · SITA · SVNT

Descripsi. Cod. Piccarti n. 59 ap. Reines. epist. p. 332 (inde Reines. XIX, 19) recte. — 1 litt. L evanuit nunc. — 2 OSSA · HIC · SITA · SVNT Reines. epist. contra syll.

3748 in villa Pellegrini.

IVCVNDA · NVSIA · STATE

fig. duae

Descripsi. Pellegrinus apud Gud. ms. 39, 9, ed. 322, 17.

3749 S. M. di Capua in hortis Teti.

D M
C IVLIO HY
ACINTHO IV
LIA CHRYSIS
CONIVGI B M F

Descripsi.

3750 Capuae apud sessionem Antonianam *Don. Mur.*, nunc extat sub arcu S. Eligii.

C· IVLIO· DVMANTIS· L
ORESBIO
IVLIA· C· L· EPHESIA
PATRONO· SIBI· SVISQ

Descripsi. Cod. Orti saec. XVI f. 142 a; Don. XVI, 9 ex ms. antiquo; Malvasia Marm. Fels. p. 541; Mur. 1542, 7 ex sched. suis et Donio.

3751 S. Maria *str. S. Pasquale* n. 20.

IVNIA M· SERVILIVS· M
VRBANA· SIBI· ET· COIVCI· EROS

Descripsi. *fig. duae*

3752 Capuae in claustro S. Benedicti.

D· M· S
LABERIAE · GAMICINAE
COIVGI · SANCTISSIMAE
ET· INCOMPARABILI
M· VITRONIVS · PAVLVS

Mur. 1364, 3 e sched. fr. Iuc.

3753 S. M. di Capua in aedibus Mamucci.

L· LAPScIDIO· T· F
LAPSCIDIAE· CVARTA *sic*
VIBIA· L· L· CHRYSARIO
L· LAPSCIDIVS · VIATOR
PATRONO· F

Descripsi.

3754 Capuae.

LICINIAE · ARIADNAE
MATRI· OPTVMAE
DOMITIVS· RVFO

Gud. ms. 960, 2, ed. 257, 10 e cod. Redii p. 114 b. 6.

3755 Capuae.

L· LICINI· Ɔ· L· NEONIS
O· H· S· S

Cod. Piccarti n. 61 apud Reines. epist. p. 333, inde Reines. XIX, 23 — VV. divisio incerta. — Ɔ· C epist., L· L· syll., scripsi Ɔ· L.

3756 S. Prisci penes Iac. Antonium d'Orzo.

m· LIMBRICIO· M· L· BAR
M· LIMBRICIO· M· L· LYSIMA
PROCILIAE · ICONIONI · PER
m· *li*MBRICIVS· M· L· BARNAEVS
SIBI· ET· SVEIS

Descripsi. Fabretti 629, 245 e sched. Barb. male. — 1 M· LIMBRICIO, 4 LIMBRICIVS Fabr.

3757 olim Marcianisi prope aedes Nic. Farinae medici, nunc in mus. Borb. in repositis lapidibus.

LIVINIAE· CN L
APRODISIAE
FELICVLAE· O· H· S· S
CN· LIVINIVS· CN· L·
PAPIAS COLLIBERTVS
FECIT

Descripsi. Mur. app. 7, 3 e sched. Aegyptii; Pratilli p. 338; Granata storia di Capua I, 23 — 1 LIVINIAE ego et Prat, ANNIAE Mur., NYMPHAE Gran. — 5 ARIA omnes praeter me, qui PAPIAS.

3758 Casertae rep. in aquaeductu faciendo.

LVCCEIAE· AFRODI
SIAE· H· O· S· S
M· VETTIVS· M· F
LVCCEIANVS
MATRI · PIENTISS
FECIT

Mem. per servire all' istoria e letteratura Venez. 1759 T. II p. 174 q. n. v., unde repetita est in excerptis totius Italicae nec non Helvetiae litteraturae Bern. 1760, 3 p. 221. Ex eodem fonte fluxit Nov. Fior. 1768 p. 172 (inde Donat. 384, 10. 467, 2). Simul rep. sunt vasa cineraria alia inscripta L· OFILLI· (OFFILLI nov. Fior.) L· L·, alia nomina defunctorum exhibentia. — Etsi per se non est suspecta, tamen notandum est prodiisse eam cum aliis falsis et fortasse Pratillianis.

3759 ad Capuam veterem.

DIS
MANIBVS
LVCCEIAE · TYCHE

Mur. app. 7, 13 e sched. Aegyptii.

3760 litt. rec. aet., Capuae ad coll. soc. Iesu, ubi vidit iam *Gud.*

MACARIA
VIXIT· AN· XXV
POSVERVNT· SORORES
DIONYSIA· ET· MAGIA

Descripsi. Gud. ms. 464, 6, ed. 294, 8 qui vidit, Don. XIII, 26 a Pomp. Garigliano; Mur. 1479, 11 e sched. Ambros.

3761 Capuae apud Ruffos *Fabr.*; postea in vinea Didaci Mazzae *Mur.*

C· MAECENATI
MAECENATIS· IPSIVS· L
LYSIAE

Fabretti 225, 599 ex sched Barb.; Gud. ms. 679, 3, ed. 359, 3 a Stephanonio credo; Mur. 1704, 10 a Como. — MAECENATIS Mur. — LYSIAE Gud.

3762 Capuae in nosocomio militum.

protome mulieris

D· M· S
M· MAMIO· *ianu*ARIO
VIXIT· *Annis* XX
MAMIA· S////*ma*TER
FILIO· PIENTISSIMO

Descripsi. Mur. 1186, 13 e sched. suis; 2074, 2 a Como.

3763 Capuae.

C· MANNEIO· C· L
NICEPHORO
ARBITRATV· PAMPHILI· L

Apian. 130, 4, inde male Grut. 984, 4.

3764 Capuae in parochia S. Martini *Mur.*; nunc S. M. di Capua *str. S. Pasquale* n. 20.

MARIAE· Ɔ ET· SVAVITTI· L
*p*EREGRINAE · OPSTETRICI

Descripsi. Male ed. Mur. 964, 3 e sched. fr. Iucundi.

3765 S. M. di Capua.

C· MINATI· C· L· PHILODAMI· PVRPVR
MINATIA· C· L· FAVSTA· FECIT· SIBI· ET· PATRO
O
O S '*sic*' *Ard.*
S H
H S
S S

Arditi vaso di Locri Nap. 1794 p. 3.

3766 ad Capuam veterem.

DIS· MAN· SAC
C· MINVCIO
PROCILLIANO
EVHODVS · LIB

Mur. app. 8, 4 e sched. Aegyptii.

3767 ad Capuam veterem.

MVCIA· P· L
LAIS
SVMMANIMA
PATRONVS

Mur. app. 8, 8 e sched. Aegyptii.

3768 ad Capuam veterem.

MVLVTIA
FELICVLA
SIBI· SVISQ
F

Mur. app. 8, 6 e sched. Aegyptii.

3769 Capuae.

L· MVNNIO· L· L· ALEXAND
R
O
O *figura* S
H S

Descripsi. Cod. Picc. n. 60 ap. Reines. epist. p. 333; inde Reines. XIX, 27. — MVNNIO Reines. epist. recte; in err. typ. male corrigitur MVMMIO.

3770 Capuae in S. Vincentii.

D· M· S
MYRINE
CONIVGI· INCOM
PARABILI· B· M
FECIT · FLORENTINVS

Mur. 2075, 4 a Como.

3771 in villa Pellegrini.

D· M· S
NAEVIAE
SEVERAE
VIXIT· AN· VI
MARCIA· AGA
THETYCHE
FILIAE

Descripsi. Pellegrinus apud Gud ms. 89, 2, ed 240, 8.

3772 in villa Pellegrini.

Q· NAEVIVS· Ɔ· L· PRIMVS
A E
N R
N *figura pueri cum cane* E
· P
IX T
· V
H S
· ·
sic H E
· S
S T
·
S

Descripsi. Pellegrinus apud Gud. ms. 81, 4, ed. 326, 9; Cassitto annal. rag. Sept. 1793 p. 78.

3773 ad S. Angeli prope Capuam *Ap.*, Atellae *Gud.*

C· NASENIVS· C· F· RVFIO
SIBI· ET
SVEIS· FECIT

Apian. 132 (inde Grut. 986, 9); Gud. ms. 673, 2, ed. 326, 11 fortasse a Stephanonio. — Vv. disposui ut Gudius. — 1 C· NASENNIVS· C· L· Ap.

3774 rep. ad veterem Capuam in stabulo Antonii Coepulli.

C· NERIO· C· F· FAL
C· NERIO· C· L· ANTIOCHO
NERIA· C· L· HELENA· SIBI
ET· PATRONO· ET· FRATRI
FECIT

Egizio opuscoli p. 174.

3775 Capuae ad S. Vincentii *Mur.* in turri S. Benedicti *Fabr.*

D· M
NICENI · AVSPICALIS · FVNDANIAE
TI· FIL· FAVSTINAE· SER
CONIVGI· PVDICISSIMAE· ET· SIBI

Fabretti 309, 323. Mur. 1380, 7 (e schedis fr. Iucundi misit Gorius). — Mur. sequor in vv. ord. — 4 PVDICISSIME Fabr.

3776 Capuae prope eccl. veterem monachorum Guglielmitorum.

L · NOVIVS
LVCRIO · VNGVENT
PATRONO· ET· SIBI

Pellegrino p. 565, inde Gud. ms. 789, 2, ed. 220. 9.

3777 cippus Capuae rep. in coemeterio faciendo, extat in porticu dextra musei Borbonici

D· M· S
C· NOVIO· PROCVLO· F
C· FISIO· SATVRO· F
C· FISIO· SATVRO· VIRO
NOVIA· PROCVLA
·S· E· S·

Descripsi. Ed. Avellino Bull. Nap. a. I p. 90

3778 Capuae apud vicum S. Iohannis.

C· NOVI· Ɔ· L
SABDAE
OSSA

NOVIA· Ɔ· L
ARBVSCVL· FECIT
H· S· S

Mur 1591, 4 e sched. fr. Iucundi.

3779 S. M. di Capua *palazzo l'Amorata*.

EX · TESTAMENTO · CN · NVMIDI · BERVLLI
L· ALLIO· L· F· QVARTINO FILIO· SVO
VIXIT· ANNIS· VII· ET· MENSES· V ET
ALLIAE· NYSAE· CONCVBINAE· SVAE· ET· SIBI· ET
PRIMOGENI · L · ET· LIBERTIS· SVIS
ET· C· VALERIO· MELANTAE
ET· C· RVFELLEIO· CHILONI
H· M· S· S E· H· N· S

Descripsi. Ed. Mur. app. 7, 1 ex sched. Aegyptii male.

3780 Capuae iuxta theatrum militum *cod. de Pretis*; in domo Iacobi de Angelis *Don.*

H E
M H
S N
S S
NVMISIA · Ɔ · L · GLAPIRA
SE· VIVA· FECIT· SIBI· IMA
GIN· M· VIBVLLI· M· L· SEP
TIMI

Cod. Piccarti n. 55 apud Reines. ep. p. 332 (inde Reines. XIX, 30); cod. Urbinas de Pretis, unde Borghesius misit Kellermanno; Don. 14, 40 (inde Mur. 1591, 6) a Pomp. Garigliano; Mur. 1717, 13 a Como. — Donium sequor in vv. ord. — Litt. singulares solus Don. habet. — 5 NVMESIA Picc. — Ɔ· L Mur. 1717, D· L Picc. de Pret., C· L Don. — GLAPHIRA de Pret., GLAPHYRA Picc. — 7 IMAGIN· M· VIBVLLI (VLBVLLI Picc.) Picc. de Pret., IMAGINEM· VIBVLLI Don., IMAGINEM· VIRVILI Mur. 1717. — M· L· om. Mur. 1717.

3781 olim in villa Pellegrini.

M · NVMISIVS · HILARVS
RABIRIAE· DONATAE· VX

Pellegrinus apud Gud. ms. 84, 47. 89, 3, ed. 281, 9. 326, 15.

3782 S. M. di Capua.

MISIO· NVMISI
NECAE CETLI

Descripsi.

3783 olim in villa Pellegrini.

Q· NVMPSI· Q· L CARANIA· C· L
NICEPORI· O· H· S· S PILVMINA· VXOR

Pellegrinus apud Gud. ms. 89, 7, cuius exemplum pessime expressit Gud. ed. 281, 12.

3784 Capuae ad S. Benedicti *Manut. Grut.* iuxta S. Marcellum *cod. de Pretis* in S. Scholasticae *Mur.*

P· OCRATI· P· D· D· L
PHILODAMI· BASSI
AVRIFICIS
OSSA· HIC· SITA· SVNT

Manut. orth. 93, 2; Grut. 638, 10 (e Smetianis Gutenstenius); Mur. 967, 6 e sched. Ambros., ad quem typum v. l. ex cod. de Pretis adnotavit Borghesius. — 1 habet solus Mur. et fortasse cod. de Pretis. — 3 AVRIFICI Mur. contra cod. de Pretis et rel. — Grut. in fine addit duos versus:

IVCVNDE · VIX· AN· LX
M· II· D· XI

qui aut in alia parte lapidis fuerunt aut quod magis credo ad aliam inscriptionem pertinent.

3785 *alle Curti* in aedibus Caroli Parente.

D· M· S
OCT· IANVARIVS
OCT · PIERIDI
ET· THALLO· FILIO
B N M

Descripsi.

3786 S. Prisci in aed. Innocentii Fusco.

C · OCTAVIVS · C · L
PHILODESPOTVS
SIBI· ET
PACTVMEIAE· L· L· VENERIAE
ET · PRIMOGENI · VERNAE
H· M· S· S· E· H· N· S

Descripsi

3787 Capuae in aede Conceptionis B. M. V. *Fabr.* Neapoli *N. F.*

OFILLIAE· L · L· RVFAE
H E
M H
S N
S S

Fabr. 95, 214. Nov. Fior. 1745, 290 ex cod. inscr. saec. XVI apud Guazzesium Interamnatem. — OFILIAE Nov. — F· H· N· S Nov.

3788 olim in villa Pellegrini.

GENIO
OFILLI · RVFI

Pellegrinus apud Gud. ms. 84, 5, inde male ed. 320, 11.

3789 litterae quas diligenter examinavi vetustissimae sunt et alte incisae. Neapoli olim in suburbano Ianuarii Mazzae *Mur.* hodie in mus. Borb. sep. col. 55. Repertam prope templum Dianae et translatam a. 1640 Capuam in domum praefecti regii *Pratillius* ait; quod fidem nullam habet, quanquam videtur esse Capuana cum propter Dianam ibi nominatam tum propter tribum.

M ORFIO M F FAL·
RVFA· DIANAES·
L· Ɔ· SIBI· ET COINVCI
SVVO· FECIT·

Descripsi. Mur. 1384, 5 a Como; Pratilli p. 280 ex Vecchionio. — 3 legi potest sive COIIVVCI sive COINVCI; elige utrum malis admittere insolitam scribendi rationem an lapidarii errorem. — In f. S· T· T· L add. Mur. — Pratillius vid. habuisse ex Mur., nam ubi hic male DIANA· SIBI pro DIANAES, Pratillius inde effecit DIANAE· SAC· SIBI. Mihi videtur legendum: *Rufa Dianaes* (Tifatinae) *liberta*, (M. Orfii) *coniux*.

3790 Casapullae in villa Pellegrini.

C· OVIVS· C· L· SOTERICVS
C· OVIVS· C· L· EROS· C OVIVS/C////
C· OVIVS· C· L· CABITO· DE· SVVO
FECERVNT

puer stans *protome viri*

Descripsi. Pellegrinus apud Gud. ms. 81, 1, ed. 327, 8.

3791 Capuae *strada del Retiro, casa del Bosco nel portone.*

C· OVIVS
SVRVS· D· S· F· PATR
C· OVIVS· C· L FABIA · C · L
PARNACES OSSA HIC· S//

figura viri *figura mulieris*

Descripsi. Gud. ms. 465, 1, ed. 259, 1 qui vidit, melius quam Rinaldo 1, 321. — 4 OSSA· H· S· S Gud.

3792 Capuae *vico degli Orefici a S. Vincenzo.*

D· M· S
L · PACTVMEIO · FALER
NO QVI VIX AN LXXX ET
PACTVM ///// SVCES////
urceus ////// *(in muro latet)*
L· PACTV/// EIVS· FALERN·
//////
B · M//////.

Descripsi; evanida est.

Aeris insalubritas cum hodie Cales desertas reddiderit, ut vix ibi restet ex oppido praeter seminarium, factum est ut lapides scripti inde distraherentur, optimis quibusque in museum Danielis praesertim avectis, reliquis per totum agrum Calenum dispersis et ut diximus p. 184 ad vicinum usque Casilinum s. Capuam novam VII p. inde distantem asportatis, neque quisquam curat vasti iam oppidi priscas reliquias. Praeter eos qui Campanas inscriptiones legentes ad Calenas quoque non potuerunt non advertere animum, unus data opera de Calenis antiquitatibus commentatus est *Matthias Zona* sacerdos, cuius libri *Calvi antica e moderna* adhibui editionem utramque (ed. 1 Nap. 1797; ed. 2 aucta Nap. 1820. 4. pp. 303); eiusdem *raccolta di alcune iscrizioni antiche di Calvi* (Nap. 1808. 8.) visa quidem mihi est, sed praetermissa, cum novi nihil inde doceamur; quod idem cadit in alios complures eiusdem libellos magis etiam nugatorios. Auctorem inscitum et supra quam credas barbarum furti praeterea fraudisque reum postulavit baro *A. Ricca* (*osservazioni sull' antica Calvi di D. Mattia Zona* p. I Nap. 1823. pp. 325. XX; p. II Nap. 1835 pp. 292 una cum duabus dissertationibus Marii Pagani *sull' origine di Calvi* et *sulla religione degli antichi Calvesi* pp. 54), qui codicem ms. card. Zurlo de rebus Calenis a Zona expilatum et combustum esse bonisque copiis inde exceptis falsa ipsum adspersisse queritur. Idem Ricca ex schedis Mazochianis (v. p. 186) Calena quaedam egregia protulit. Respondit Zona (*il santuario Caleno vendicato* Nap. 1826. 8. pp. 80; *la calunnia distrutta* Nap. 1831. 8. pp. 176) infeliciter sane; at quod ad gravissimum Riccae crimen attinet de titulo M. Bruttii Felicis n. 612* qui certo certius confictus est a Zona vulgato, etsi Zona parum se excusavit auctorem laudens Broccolum Teanensem non melioris indolis hominem, tamen omnino absolvendus est, cum inscriptio legatur iam apud Pratillium qui post Ligorium Cales non exiguis honoribus decoravit. Restant tamen alia non tam fraudis quam socordiae et fatuitatis indicia, quae in sanis lapidibus monstra deprehendendo ipsa se decipiat; cuius rei exemplum esto titulus n. 617* quindecim servorum nomina exhibens cum subscriptione PRAEF· OPPIDI; item n. 3958, ubi ex solito D· M· S effecit S· C. Talem auctorem severe et caute tractandum esse cum intellexissem, pessimis quibusque, etsi haec quoque interpolata magis quam conficta viderentur, inter falsa reiectis, quae paullo tolerabiliora videbantur Calenis reliquis separato ordine subieci, agrum Calenum perscrutaturo (quod vellem mihi licuisset) ne indicia deessent.

3946 Calibus rep. 1741 in pavimento eccl. cathedralis sub pulpito. *Ricca.* '*giaceva divisa in pezzi nel pavimento della cattedrale, estratta dal fu curato di Zuni D. Antonio Festa, che la conservò nella sua casa di abitazione ne' Martini di Visciano, donde la ricevemmo trascritta.*' *Zona.*

	Mazochi:	Zona.
	///	
	////////// K //	
	////,// //// ////	
	////////// S COS L///	.... A COS
	//IVIANV S C· A///	....NTANV S
p. Chr. 289	///////////// QVINTIANV S COS C· PV ///	...........QVINTIANV S
	M ALRIVS· BASSV S KλL· IA///	........SRIVS BASSV S COS
	M· VMBRIVS· PRIMV S COS K///	.......MBRIVS PRIMV S
	FLAVIVS· COFLIANVS IE///	.....LAVTVS COELIANV S I·
	IONIVS· PROCVLV S COS K M///	.....IONIVS PROCVLV S COS
	ELVIVS· CLEMEN S K APλ///	.....ELVIVS CLEMEN S COS
	FLAVIVS· DECIMV S COS K MA///	.....FLAVTI DECIMV S COS
	MINIVS· MAXIMV S PPI///	............MAXIMV S COS
	λEIVS AXIV S M VLPIVS· CIVIλIS· IIVIR///	...TVS M VLPIVS CIVILIS II· VIR
	VINVS· PRAPELLV S MRCELLVS AED	...NVS P RAPELLIVS MARCELLVS AED
	VS· P SEX*tili*VS IVLIANVS QQ	.....TVS P SEXILLIVS IVLIANVS QQ

Ricca osserv. I p. 123 aeri inc. dedit, desumptam cum aliis ut ait e schedis autographis A. S. Mazochii; Maz. notat v. ult. in altero apographo fuisse PSEXILILVS, PSEIIILVS in altero. Eandem ed. Zona ed. 2 p. 58, cuius item exemplum apposui, ne quid ignorarent lectores de titulo eximio. — 4. 5 nominantur ordinarii a. 289, 6. 7 suffecti eiusdem anni, qui iidem leguntur in n. 2558, nempe L· RAGONIVS QVINTIANVS, M· MACRIVS BASSVS, M· VMBRIVS· PRIMVS, T· FL· COELIANVS.

3947 Calibus reperit negotians quidam antiquarius Neapolitanus.

A E S
AVGVSTC
IF· MAX
T· XIII· EX· S· C u. c. 743/4

Descripsi.

3948 cippus, rep. Calibus, nunc in mus. Borb. sep. col. 44/45.

L· VIBIO· FORTVNATO· L· ////
HARVSPICI· AVG· N· MAGISTRo
ASTVDIIS· PROC· DVCENARIO
STATIONIS· HEREDITATIVM

Descripsi. Edidit Zona et peculiari dissertatione (Vibio illustrato 1808) et storia di Calvi ed. 2 p. 231.

3949 Visciani prope Cales in massa Caietani Zonae rep. Matth. Zona.

M· CALV.......*iiiivir*
IIII· ITER· (*uinq.*
LOCO· DATO *s. c.*

Zona ed. 2 p. 61.

3950 basis rep. Petruli, qui est pagus Calenus, in aed. Laurentii Mandarae, unde habuit Daniele *Zona*; extat in mus. Borb. sep. col. 30.

PATER· POSVIT
C· FLAVIO· POLLION
AVGVRALI· C· N· C· PRON
IIIIVIR· I· D· LOCO· DATO
S· C· PER *t*ABELLAM

Descripsi. Ed. Zona ed. 1 p. 228; Gervasio iscr. Messinesi p. 36.

3951 Visciani in vico Caleno in aed. Casti Martini in muro *Zona*. Calibus *Lup*.

PATER· POSVIT
C· FLAVIO· POLLIONI
FIMBRIAE· C· N· C· PRON
IN· SENATV· COOPTATO
LOCO· DATO· S· C· PER· TABELLAM

Lupoli inscr. Corfin. ed. 1 (1786) p. 122, ed. 2 p. 226 (descripsit Petrus Marchionius). Zona Calvi ed. 2 p. 228. — 2 POLLION Lup. — 4 SENATVM Lup.

3952 olim Pignattari prope Cales in domo episcopi, unde translata est ad Danielem, deinde in mus. Borb. misc. col. 15.

C· FVRIVS· C· F· NVMIDA
M· VERATIVS· C· F· POLLIO
IIII· VIR· I· D
STRATAM· AD· PORTAM
SVMMAM ET· IN· CLIVIS
AD PORTAM GEMINAM
ET· INTRA· PORTAM
MARTIALEM· AD ANGIPO///
MATVTAE S· C· R· C
IDEMQVE PROBAVERE

Descripsi. Ed. Zona ed. 2 p. 159, melius Ricca p. 134 e sylloge Mazochiana ubi posita erat sub n. 11.

3953 iuxta muros seminarii Caleni reperta; inde traxit Daniele, a quo accepit mus. Borb. hon. col. 12.

AVGVSTALIS II
ORNAMENTIS
VIAM· AB· ANGIPORTO· AED*is*
IVNONIS· LVCINAE· VSQVE· *ad*
AEDEM· MATVTAE· ET· CLIVOM
sic AB· IANV· AD· GISIARIOS· PORT*ae*
STELLATINAE ET· VIAM· PATVLAM
AD· PORTAM· LAEVAM· ET· AB· FORO
AD· PORTAM· DOMESTICAM
SVA · PECVNIA · STRAVIT

Descripsi. Ed. Zona p. 159 ed. 2.

3954 litteris non vetustis; Capuae in aede S. Vincentii *Vict.*, nunc sub arcu S. Eligii, ubi iam *Pellegr.* vidit. — Capuae antiquae abiudicandam esse cum pateret, Calenis collatis propter quattuorviratum formulamque Calibus propriam S· C· huc revocavi, eoque magis quod eiusmodi inscriptio antiquitus iam non Calibus steterit sed in aliqua agri Caleni parte qui Lucanus ager appellabatur.

P· PESCENNIO· P· F
SECVNDO· IIII· VIR· I· D
QVOD· AGRVM· LVCAN
RECIPERAVIT· SINE
INPENSA· REI· PVBLICAE
SEN· CONS

Descripsi. Cod. Victorii f. 63 a; Fab. Giordanus in ms. historia; Grut. 1099, 11 a Sirmondo; Pellegrino p. 11; Mazochi amph. Camp. p. 62; Pratilli p. 328.

3955 Capuae, ubi collocat iam *Apian.*, nunc extat *str. del Castello* in aed. Angeli Postiglione.

C· POMPONIO· C· F· TER· CAPITo
DEC· CALENO
C· POMPONIO· C· L· PHILEROTI
SEVIRO· AVGVSTALI
*p*OMPONIAE· C· L· NICENI

Descripsi. Apian. p. 133; Grut. 456, 3 ex Apiano; ex *giorn. encicl. Nap.* 1785 m. Iun. q. n. v. citat Ricca p. 134; Zona ed. 1 p. 221, ed. 2 p. 62.

3956 Capuae in aede SS. Comi et Damiani meridiem versu s*Don*. Ibidem frustra quaesivit *Avellinius* a Borghesio rogatus (della gente Arria p. 16); quaerenda fuit Casapullae potius, ubi postea fuit apud *Pell.*; quanquam ibi quoque mihi non est visa. Danielem eam tenuisse rumor incertus est traditus a Borghesio l. c., cui fidem non habeo. Calenam cur iudicem, dixi ad n. 3954, cuius plane eadem ratio est; neque haec Calibus unquam stetit, sed potius in extremo agro Caleno.

L· SORA· L· F·
L· ARRIVS· M· F·
IIII· VIR· D· S· S
TERM · C

Pellegrinus apud Gud. ms. 81, 6, ed. 331, 17; Don. V, 151 a Pomp. Garigliano (ex eo Mur. 486, 1). — 3 IIII· VIR· D· V· D· S· S Don., IIII· DR· D· S· S Pell. Quod scripsi, incertum est; multo tamen minus probabilis est interpretatio Zumptiana comm. p. 181. Cautius de titulo iudicavit Borghesius l. c.

3957 basis ingens, olim in territorio vici Francolise in villa D. Ricca q. d. *al Pioppo*, unde traxit Daniele. Nunc extat in mus. Borb. sep. col. 49.

patera

D M S
M ENNIO CER*e*
ALI SEVIRO AVG
urceus CALIBVS QVI VIX *patera*
ANN XXXI ME////
STAIA· IVSTA VXOR
CVM QVO VIX AN*n*
XI SINE VLLA QV*e*
RELLA
B M F

Descripsi. Marchione giorn. enciclop. Napolit. Maggio 1785 p. 95; Zona ed. 2 p. 191.

3958 rep. prope Sparanisi pagum Calenum, postea in area DD. Simonetti *March.*

D· M· S
M· NERASIO· L· LIB· SATVR
NINO· AVGVSTALI· CALIBVS
QVI· VIX· AN· XXX· M· III· D· XX
NAEV*ia fo*RTVNATA· CON
IV*gi be*N*e*M*er*· *f*

Petrus Marchione Giornale Enciclopedico di Napoli Maggio 1785 p. 98, unde alii repetiverunt, e. c. Zona ed. 1 p. 208, ed. 2 p. 191. — 1 pro D· M· S Zona S· C, fortasse ex fraude. — 6 IV*gi pus· faciu*ND*u*M *c.* March.

3959 Calibus in seminario dioecesis.

T E M
S I B E
C· ERV
I N C V
S E V I R
C· CORV

Zona ed. 2 p. 221.

---

litt. cubitalibus, Calibus in seminario in porta.

3960 MNIA· PECVNIA

3961 O· TEMPLVM

Hoare classical tour I, 248; Zona Calvi p. 235; descripsit etiam Minieri-Ricci. — Post MNIA et O Zona puncta posuit; OMNIA Hoare Zona.

3962 Zuni in aed. Nicolai Zonae.

VS· Q· CAI
A N T I S S
NIVOLENTI

Zona ed. 2 p. 235.

3963 Calibus rep. a mercatore quodam rerum antiquarum Neapolitano.

FVRIAE· 7· L
CALLINICE
SIMOL

Descripsi.

3964 prope Cales rep. in via Latina *Zona;* in fundo quodam Campano penes Hectorem Martonium Pignatariensem *Lup.*

LVCILIAE· M· F
ROMVLA· PATRONAE
*testam*ENTO ROGATA· IN· SOLO· HER

Zona ed. 1 p. 255, ed. 2 p. 170; inde tacito auctore traxit Lupoli Corf. inscr. p. 94. — 3 ENTORLOGATA et MAR (pro HER) Zonae ed. 2. — Lupoli ad 3 lepide comparavit *endoperatorem.*

3965 extra Cales antiquos rep. 1814 in praedio suburbano q. d. *il Ciavolone di S. Casto Vecchio*, nunc in seminario Caleno.

PRIMOGENI· PVB.......
MINORI· PRIMOGENE· MAIO*r et* *sic*
VRBANVS· POSVERVNT· HE*redes*
figura adolescentis

Descripsi. Ed. pessime Zona p. 193 ed. 2.

3966 Zuni in aed. Zuna.

ANNIO· ET· ANNIAE

Zona ed. 2 p. 221.

3967 Visciani *ne' Martini* in aed. parochi Festae in puteo.

sertum
ARRIA· C· F· SACERDOS

Zona ed. 2 p. 220.

3968 Calibus.

P· BATONIVS
DAVI· O· H· S· S

Adscriptam reperi manu Zonae ad exemplum a Gervasio servatum sylloges eius inscr. Cal. (Nap. 1808).

3969 Pignatari in aed. Xaverii Borrelli poenitentiarii intranti a sin.

D· M· S
T· CLAVDIO
FESTO
EX LEG... MEI
CONIVGI
FECIT

Zona ed. 2 p. 191.

3970 Calibus.

COCEIO
L· COCEIVS· TERTIVS
L· COCEIVS· CARPVS
IN· FR· P· XV
IN· AGRO· XV

Zona ed. 2 p. 231.

3971 Assani ante stabulum praedii domini *de Biasi.*

D· M· S
C· FANIO· SC· CLA
CLEMENTI
VET· EX· COH· VII
PR
CORINTHVS· LIB
FECIT

Zona primum ait edidisse se in epistola nescio qua p. 47, iterum Calvi ed. 2 p. 192. — 2 pro ACLA corr. CLA, 5 pro PER corr. PR in emend.

3972 Partignani prope Cales.

C· IVLIVS· C· L· CERDO· C· IVLIVS· C....
IVLIA· L· EROTIS· EPAPHRO.....

Zona ed. 2 p. 220.

3973 prope Sparanisin rep. 1814.

MINVTIAE· C· L· VENERIAE· O· H· S· S· VIX· A· XVIII

Zona ed. 2 p. 194; pro S· S dedit S· II, quod corr. in Add.

3974 Calibus.

M· TVCCI· PROCALPONIS

Adscriptam reperi manu Zonae ad syllogen eius inscr. Cal. (Nap. 1808).

3975 Calibus in moenibus antiquis, rep. 1800 ad pontem monialium

L· VACCINIVS· L· F
D· S· S· P

Zona ed. 2 p. 227.

3976 Zuni in aed. Ioha. Bapt. Zonae, in aquaeductu.

L· E·
L· VACC
Q·
D· S· G·
CORA
C· IV
A· E

Zona ed. 2 p. 228.

3977 Petruli in aed. Marci Zonae.

P· VALGIO· A· L
PHILEROTI
A· VALGIVS· PHILOMVSVS
FECIT

Zona ed. 2 p. 229.

3978 Visciani rep. 1820.

PHRO
VETVRIA· H
CONIVGI

Zona ed. 2 p. 294.

3979 Ciambrisci prope Cales in eccl.

Ↄ· L· F· CIALE OA
VINICIA

Zona ed. 2 p. 202.

3980 Visciani in aed. Mandara.

D· M· S
....
....
....
M· VINICIO
....
DIEBVS· XVII

Zona ed. 2 p. 192.

3981 Sparanisi in aed. Villani.

F· P· O· B· M·
I· D· P· R· A
MIL

Zona ed. 2 p. 280.

3982 Sparanisi in aed. Leardi.

A· C· F· E

Zona ed. 2 p. 280.

XXIII. TEANVM SIDICINVM. (*Tiano*)

Teanum Sidicinum hodie in intervallo frequentiorum viarum positum cum raro ab exteris adeatur, inscriptiones, quas multas expectamus in oppido inter Campana uni Capuae Strabonis iudicio ambitu et frequentia secundo, Suessanas et Calenas numero non multum superant; ita dudum neglectum est a nostrae artis studiosis. Unum inde titulum traxit Apianus, paucos alios Gudius et Donius ni fallor a Stephanonio; quibus si addideris aliquot titulos in codicibus saec. XVI Ortiano et Urbinate de Pretis, denique in Fabii Giordani historia Neapolitana ms. extantes neque tamen inde a quoquam editos, habes fere qui inde emerserunt ante Pratillium. *Pratillius* enim primus iustiorem inde numerum sibi comparavit, fortasse a cathedralis eccl. Teanensis decano Iohanne Baptista de Quattro (v. App. p. 225); quibus etsi de suo quaedam admiscuit, eadem cautela usus de qua dixi in Campanis ut excusationem praeciperet si qui lapides frustra quaesivisset, tamen non spernendam syllogen traditam ei esse apparet. — In separandis genuinis a Pratillianis aliquantum adiuvit me liber peregrinatoris Angli qui Teanum adiit *Hoarii* (*classical tour* I, p. 249 sq.) editus a. 1790; quem infelicem Pratillii librum in manibus habuisse et ex lectionibus eius plerumque pendere apparet quidem, neque tamen ideo reiiciendum est viri probi testimonium ubi lapidem se vidisse affirmat. — Ecclesiae Teanensis decanus *Michael Broccoli* cum de Teani Sidicini historia sex voluminibus (Nap. 1821) exposuisset, primi secundam editionem paravit inscriptam: *Teano Sidicino antico* (Nap. 1825. 8. pp. 396); ad quam adhibuit schedas non inutiles canonici Lanfredo scriptas c. a. 1792 et ex parte ante iam cum Hoario communicatas. Ceterum insulsus auctor neque optimae fidei (vide praesertim Casinatem titulum n. 716* soli Broccolo cognitum et certo falsum) non tantum in describendis lapidibus haud infeliciter amicum Zonam aemulatus est, sed quod vix credas, ineditas inscriptiones editurus propter spatii angustias prima quaeque earum verba bellasque quas paraverat animadversiones suas edidit, inscriptiones ipsas omisit. Quem qui vesanum iudicabit, me certe non habebit contra dicentem. Ego cum Teani morabar feci quod potui ut a prioribus neglecta supplerem, neque operam perdidisse mihi videor, etsi necessario multa reliqui iis qui me sequentur.

3983 litteris antiquis, Teani in columna sub aedibus de Santis.

MESS///F STIC·N
NSO//ABAVOS
PATRIS MEI
*iu*NONI POPVLONA*e*
SACRVM

Descripsi et edidi Bull. Nap. IV p. 66.

3984 Teani *contrada Bagno nuovo, nella masseria Loreto del Barone d'Eboli-Zito*

FLAVIAE· COELIÆ
ANNIAE· ARGIVAE
SACERD· IVNONIS
POPVLONAE
L· FL· COELI· PRISCI
$\overline{\text{II}}$· VIR· PONT
FILIAE
TEANENSIS ALVMN
//N//A EIVS PATRIS
TI SI
L· D· D· D

Descripsi. Corruptam dedit Broccoli p. 208; emendavi ego Bull. Nap. IV p. 65.

3985 Teani rep. c. a. 1792 in praedio quodam in clivo ad Savonis ripam sito *Lanfredi*; extat in *contrada Bagno-nuovo nella masseria Loreto del Barone d'Eboli-Zito*.

NONIAE· PRISCA*e*
SACERD · IVNON · POPVLON
L· NONII· DIOPHANTI· IIV*ir*
$\overline{\text{QQ}}$· PONT· EQVIT· ROM
FILIAE
LL· NONI· PASSENIV*s*
CLEOBVLVS FILARG*ir*
VS· FELIX· FRATRE*s*
ET· AVREL· TRIPHERINA· MA*t*
L· D· D· D

Descripsi. Ed. Hoare ad Lanfredi exemplum I, 260; Broccoli p. 202 ad exemplum confectum a Iohanne Croce parocho Pugliani, denique ego Bull. Nap. a. IV p. 64. — Restabant in terra aliquot litterae a parte dextra, quas ita dedit Lanfredi: 1 PRISCAE; 3 IIIVIR; 6 PASSENIVS; 7 FILARCI; 8 FRATRES; 9 MATER. — 4 ego descripsi EQVITI·, sed rectius credo Lanfredi EQVIT.

3986 Teani rep. c. a. 1792 in praedio quodam in clivo ad Savonis ripam *Lanfredi*. Exstat *in contrada Bagno-nuovo nella masseria Loreto del Barone d'Eboli-Zito*.

VITELLIAE
VIRGILIAE
FELSIAE
*m*INISTRAE SA
CRORVM PV*bl*
*p*RAESIDIS IV*n*O
NIS POPVLO*n*
VIRGILIA FI////A
m//*te*R· L· D· D *d*

Descripsi. Ed. Hoare I, 260 ad apographum canonici Angeli Lanfredi Teanensis; Broccoli p. 206; ego Bull. Nap. IV p. 66. — 3. 8 FELSIA incertum, LIPSIA quod legerunt priores falsum est.

3987 Teani e regione S. Francisci.

HELVIA· L· F· GALLA
IVNONI· SACRVM

Gud. 13, 11 (ms. 659, 5), Don. I, 14 (ex eo Mur. 14, 3), neuter auctore citato; Pratilli p. 229; Hoare I, 252.

3988 Teani apud canonicum del Quattro *Prat.*; nunc prope eccl. S. Benedicti

STAIAE· M· F
PIETATI
SACERD· CERER
PVBL · PRIMAE
L· D· D· ■

Descripsi. Fab. Giordani hist. Neap. ms.; Pratilli p. 230; Hoare I, 253.

3989 'litteris Augusteis' *Nov. Fior.* Teani 'rep. 1753 Giordano episcopo aediculam domesticam instaurante, in qua lapis pro stipite fenestrae erat' *Brocc.* '*broken inscription which I saw in the garden of Don F. del Quattro*' *Hoare*.

DESIGNATO· PATRI· PA
COL· CL· FIRMA· TEANVM

Nov. Fior. 1754 p. 279 (inde Donat. 347, 6); Hoare I, 257; Broccoli p. 137. — Initio IMP· CAESAR· (CAES· Brocc.) D· F· AVG | PONT· MAX· TRIB· POT· XX· COS· XIII, addunt Hoare Brocc., ex absurdo supplemento tituli qui ante Claudium non potuit exarari. Supplenda potius ad exemplum Orellianae 713: TI· CLAVDIO· DRVSI· F· CAESARI· AVG· PONT· MAX· TRIB· POT· VIIII· IMP· XVI· COS· IIII· COS· DESIGN P· P. — 1 DESIGN· Hoare, DESIG· Brocc. — PATRI· PATRIAE Hoare, PATER· PI... Brocc. — 2 TEAN.... Brocc., TEANVM· SIDICINVM Hoare. — In postica scriptus est titulus christianus medii aevii, quem non habent nisi Nov. Fior. et Donat. l. c.; en eum. ☧ DEXTERA DNI FE || EXALTA | IN HVNC LOCVM | RA SCI TERENTIA || XPI VBI TRISTIS | TVNTVR VT EX TVI ET POPVLI TV || IN LOCOS TO ET EX | TVI INCELO ET | TI || ☧ SVSCIPE XPE PO | AVLA QVAM FL TIBI MAVRVS EP | SERBORVM DI V || CYMBRVM OR

3990 Teani in aede cathedrali intus. Male ad Teanum Apulum retulit *Apian*.

IMP· CAESARI
DIVI· TRAIANI·
PARTHICI· F· DIVI
NERVAE· NEPOTI
TRAIANO· HADRIANO
AVGVSTO
PONTIFICI· MAXIMO
TRIB· POTEST· XIII· COS· III· P· P p. Chr. 129 30
OPTIMO· MAXIMOQVE
PRINCIPI
TEANENSES
D D

Descripsi. Apian. 100, 2 (inde Smet. 154, 10. Grut. 249, 2); Pratilli p. 233; Hoare I, 251.

3991 Teani in via Palombara.

imp CAES· P· LICINIO
*gal*LIENO PIO FEL
*augus*TO GERM
max PONT · MAX
....MAX · TRIB
*pot x*IIII · $\overline{\text{COS}}$ p. Chr. 265
ui DESIG VII
*tean*ENSES · D· D

Descripsi. Pratilli p. 233 exhibet "*abbastanza supplito*": IMP· CAESARI· P· LICINIO || VALERIANO· PIO· FEL || AVGVSTO· GERMAN· PART || PONT· MAX· TRIB· POT· XIIII || COS· IV· DESIGN · V· P· P || TEANENSES· DEVOTI || NVMINI· MAIESTATIQ· EIVS. — 2 ..LLENO ego. — 3 ..IIIO ego. — 5 fort. DAC· MAX, cf. Grut. 275, 3 4. — 6 non XIII; cf. Borghesi apud Furlanettum lap. Patav. p. 521.

3992 Teani in aedibus episcopi.

....
*f*LAVIO VALERIO *Con*
STANTIO NOBILISSIMO
CAESARI
RES· P· TEANENSIVM· DE
DICANTIBVS · POMPEIO · FAVS
TINO V $\overline{\text{C}}$ CORR· CAMPANIAE· ET
OVINIO· GALLICANO· $\overline{\text{V}}$· C· $\overline{\text{CVR}}$
NVMINI· MAIESTATIQVE EORVM
DICANTISSIMIS

Descripsi. Pacichelli il regno di Napoli in prospettiva Nap. 1703 I p. 124; Pratilli App. p. 234, cons. p. 56 (cuius typum felici coniectura emendavit Borghesi apud Cavedon. marmi Mod. p. 289); Chaupy maison d'Horace III, 479; Hoare I, 252 ex Pratillio. — 1 litterae dimidiatae sunt et *f*LAVIO incertum. — 7 $\overline{\text{V}}$· $\overline{\text{C}}$· $\overline{\text{CVI}}$// exemplum meum similiterque Pratilli.

3993 Teani prope portam eccl. S. M. de Foris *Prat.* '*near the monastery of S. M. de Foris I observed a stone which has been used as a step to ascend the hill.*' *Hoare*.

C· CABILENVS· C· F· FAL
GALLVS· LEG· VIII· MVTINENSIS

Pratilli p. 231; Hoare I, 253 qui si non descripsit certe vidit.

3994 basis ingens, olim media via inter Cales et Teanum ad viam publicam *Chaupy aliique*, nunc in museo Borbonico inter sep. col. 55 et 56.

P· TAPSENNA· P· F· PROCVLVS
MILITAVIT· CHOR· X· PP· SIBI· ET *sic*
PETTIAE· VRBANAE· CONIVGI·
QVICVM· VIXIT· ANNIS· XXXII
CVIVS· DOLOREM· ACCEPIT· ALIVM
NVLLVM· NISI· MORTIS· EIVS· ET
P· TAPSENNAE· L· F· PATRI· ET
Q· TAPSENNAE· P· F· FRATRI

Descripsi. Exhibent Don. VI, 169 descriptam a Io. Petro Stephanonio, ex eiusdem exemplo Gud. ms. 677, 2; Mabillon mus. Ital. I, 119, ex eo Fabretti 275, 164; Chaupy maison d'Horace III, 269. 480; Pratilli p. 233; Zona Calvi ed. 2 p. 190; Guarini comm. VIII p. 49. — 2 leg. PR, sed PP lapis.

3995 Teani in porta Neapolitana, litt. palm.

]RAEF· EQVIT
]

Descripsi. Principium attulit Broccoli p. 381.

3996 Teani in S. M. della Nuova et *Pratilli* invenit et ego.

.... *MINVCIVS· IIII·* VIR· I· D· ITER

Descripsi quae ex terra extabant; ed. Pratilli p. 228 adiectis undecunque iis quae inclinatis dedi. Cf. n. 4016.

3997 Teani in turri camp. S. Annuntiatae.

M· PACTVMEIO· M· F
FAVTIO· IIII· VIR· IVR· D
DOIA· MAIOR· HONOR
ERGO

Descripsi. Fab. Giordan. hist. Neap. ms.; Pratilli p. 231; Hoare I, 253.

3998 litteris bonis Teani in via Palombara.

CN· VESICVLANVS· M· F
M· VESICVLANO· V· F· PATRI
TRIB· PL· II· VIRO· I· D
PRAEF· REBVS· DIVINIS

Descripsi ego. Ed. Pratilli p. 232 Integra est et omnino genuina.

3999 in fistula plumbea *Hoare*; rep. 1783 in ramo quodam viae Latinae *Brocc.*; ad Cerchium rep. *Hoare.*

PVB· COL· CL· FR· TEA

Hoare I, 257; Broccoli p. 135. — PVB· om. Hoare. — FR uterque; fuit FR. — Inscriptionem alterius fistulae COLONIA· CLAVDIA· FRVMENTARIA· AVGVSTA quam adiicit Hoare, non esse credo nisi hanc ipsam infeliciter explicatam.

4000 Teani in turri campanaria episcopii intus.

SC· BALNEVM· CLODIANM
EMPTVM· CVM· SVIS· AEDIFICIS
EX· PECVNIA· AVGVSTAL· HS· [illegible]
Q· MINVTI IKARI
C· AVFILLI SVAVIS
C· AISCIDI LEPOTIS *sic*
N HERENNI OPTATI
M· CALDI CHILONIS
M· OVINI FAVSTI

Descripsi. E cod. Urbinate Kellermanno misit Borghesius; Pratilli p. 228; Hoare I, 249.

4001 Teani in via S. Francisci.

M· AELIVS· SOSTRATVS· NAEVIA· L· F FIRMA
M· AELIO· CHITISSO· M· AELIVS· FAVSTVS

Descripsi ego. Principium attulit Broccoli p. 380.

4002 Teani in turri campanaria Episcopii.

D· M· S
ATVLENAE RESTV
TAE· CONIVGI· INCO
NPARABILI QVAE
MECVM· VIXIT· AN
NIS XXIIII
FELIX · B · M

Descripsi. Hoare I, 250; Broccoli p. 388.

4003 Teani in eccl. *S. M. la Nuova.*

L· BRVTTIO· L· F
FESTO
....

Pratilli p. 234; vidit etiam Hoare I, 253, qui om. L· F·

4004 M· p. a Teano in massa ducum de Albano quae dicitur a Pontone.

CLODIAE
PRIMITIVA
AT....VLINA
TEANENS
B· M· F

Broccoli p. 275. Interpolata videtur. — 3 fort. ATVLENA, vide n. 4002.

4005 Teani e regione eccl. S. Francisci.

D· M
SEX
CLODIO
ADIVTOR
L· FVFIDIVs
//////THERAM
AMICO

Descripsi. Gud. ms. 660, 1, ed. 301, 9 a Stephanonio fortasse; Pratilli p. 228; Hoare I, 252. — Broccoli p. 275 in aed. quae fuerunt Barattucciorum: D· M· S || SEX· CLODIO || SEX· F.... || RES· TEA.... || ROMANV.....; quod videtur esse idem epigramma pessime lectum vel potius interpolatum.

4006 tria fragmenta quae fiunt longa palm. 5, larga p. 2, Teani rep. 1754 in eccl. S. M. *in dentro.*

C· CLOD	IO· C· F· CIA.	..AVD.
CESO	NILLAM..	..IO.
ARMA	NORI....	..O.
LICINIO	....	......
PON		

Broccoli p. 275.

4007 Teani in turri campanaria episcopii.

L· MARIO· L· F· — HERENNIA· C
AFRICANO — DI· PAPHIE· F

Descripsi. Ed. male Pratilli p. 232, melius Hoare I, 250.

4008 post titulum n. 4013 codex ibi cit. statim pergit: 'in scaphi;' rectene retulerim inter Teanenses dubito.

P· MEDIOLEIVS· M· f· TRO
SEXTANVS
TESTAMENTO· ITA· SIBI· FIERI· IVSSIT

Cod. Orti saec. XVI f. 140 b. — 1 METRO cod.

4009 rep. 1780 prope S. Crucis extra Teanum, extat S. M. di Capua, in aedibus Mamucci.

M· SEPPIO· M· L· PHILOXSEN
EX TESTAMENTO
ARBITRAtu PRIMITIVAI
LIBERTAE

Descripsi. Broccoli p. 331, e ms. Lanfredi canonici. — 3 PRIMITIVAI Brocc. fortasse ex supplemento, ubi nunc non legitur nisi PRIMI....

4010 Teani in massa Raphaelis Bolvin.

....
M· STAIus
FELIX· LIBEr
TAE· BENE
MERENTI
FECIT

Descripsi.

4011 Teani in columna sub aedibus DD. de Santis

TVRIAE· C· F
SABINAE

Descripsi.

4012 Teani prope eccl. S. Benedicti.

D · M · S
VALERIAE
EPICTESIDI
VIX· ANN· XXV
DIEB· XXIX
VALERIA· SECVN
DILLA· MATEr ET
IVL· EVTICHES· CON

Descripsi. Male edidit Pratilli p. 237, melius Hoare I, 253.

4013 Teani in episcopatu in urnula aquae benedictae.

D· M
C· VIBIO· C· F· QVIR· NORBANO
POMPONIA· AMETHVSTA
CONIVGI· OptiMO

Cod. Orti saec. XVI f. 140 b. — 3 CONIVGIO DITMO cod. — Cf. n. 4008.

4014 Teani in porta Neap., litt. grandibus.

VFVS
STAMENT
SVVM· SEQVI

Descripsi. Principium attulit Broccoli p. 381.

4015 Teani in porta eccl. S. Francisci.

M
VS· M· F
QVADRAT
//////////O

Descripsi. Principium attulit Broccoli p. 380.

4016 Teani *nella chiesa di S. M. di Constantinopoli nel gradino all' entrare.*

........IIVIRI· I· D *etc.*

Broccoli p. 382. Videtur esse n. 3996.

4017 Teani *nel cortile della casa Bolvin.*

OPONTIE P· F·
SOROR

Broccoli p. 383.

4018 Teani *nel cortile della casa Bolvin.*

PACCIA *etc.*

Broccoli p. 383.

4019 Teani *nella masseria detta Concordia di S. Paride.*

VRSIDIA *etc.*

Broccoli p. 383.

4020 Teani *nella masseria dei Sig. Nobile detta Gradavola.*

M· LELIO *etc.*
figura viri *fig. feminae*

Brocc. p. 383.

Inscriptiones 4016—4020 Broccoli ita tractavit, u prima quaeque verba et suas animadversiones afferret textum omitteret.

XXIV. SINVESSA. (*prope Mondragone*)

4021 apud Petrinum Suessanum *Ap.* Carinolae in turri camp. eccl. episcopalis *Pellegrino.*

L· PAPIVS· L· F· TER· POLLIO· DVO· VIR· L· PAPIO· L· F· FAL· PATRI
MVLSVM· ET· CRVSTVM· COLONIS· SENVISANIS· ET· CAEDICIANEIS
OMNIBVS· MVNVS· GLADIATORIVM· CENAM· COLONIS· SENVISANIS
ET· PAPIEIS· MONVMENTVM· HS ↂ∞∞ EX· TESTAMENTO
ARBITRATV· L· NOVERCINI· L· F· PVP· POLLIONIS

Apian. 105, 1 (inde Manut. orth. 610, 5; Smet. 164, 14) et add. (ex utroque Apiani textu Grut. 448, 4); Ligor. v. l. apud Gud. ms. p. 1107; citat quaedam inde Panvin. Rom. ed. 1558 p. 748. 750. 751 (inde Manut. orth. 172, 7); Pellegrinus Camp. fel. p. 155 ex lapide; citat quaedam inde Holsten. ad Cluver. p. 224, 249, cui descripsit Guevara Teanensis episcopus. — Pell. sequor cum in aliis tum in vv. div. — 1 PAPPIVS et PAPPIO Ap. II. — TER om. Ap. II. — DVO· VIR Pell. Panv., II· VIR Ap. — L· FILIO Ap. II. — 2 ET om. Ap. — SENVISANIS· ET· C· O· M· G· C· COLONIS om. Ap. I. — SENVISANIS Pell. Lig. SENVISSANIS Panv. SENVESSANIS Ap. II. — CAEDICIANIS Panv., CEDIANEIS Ap. II, SAEDICIANEIS Lig. — 3 OMNIB· Ap. II. — CENAM Pell. Lig. Panv. 750; CAENAM Panv. 751; COENAM Ap. II. — SENVISANIS Pell. Ap. I. Lig., SENVISSANIS Panv. Holst. p. 224, SINVISSANIS Holst. p. 249, SENVESSANIS Ap. II. — 4 PAPIEIS Pell. Ap I, PAPIIS Lig., PAMPIIS Panv., PAPIENIS Ap. II. — 5 PVB· pro PVP· Ap. – POLLONIS Ap. II. — VIAE· SVPERIORIS· ET· HEREDIS addit Ap. (in II om. VIAE).

4022 Capuae in suburbano *Corr. Smet.* Capuae in via publica *Grut.* Capuae *Cap.* Atellae (?) in Campania *Gud.* '*sotto l'arco della parochia di S. Bartolomeo*' *Pratilli.*

MATIDIAE
AVG· FIL· DIVAE
SABINAE· SORORI
IMP· ANTONINI
AVG· PII· P· P
MATERTERAE
SINVESSANI
D· D

Adscripta est in marg. ex. Smetiani bibl. Borbon. f. 55; Grut. 1085, 3 ex Ursinianis (quibus verbis solet indicari cod. Vatic. 3439 Ligorii manu scriptus); Capacc. l. II c. 19 p. 623 (inde Reines. III, 19); Gud. ms. 673, 1 nescio unde, fortasse a Stephanonio; Pratilli p. 168. — In vv. ord. sequor corr. Smet. Grut. Gud. Prat. — 3 SOROR Gud. — 6 MATERT.... Gud. — SINVESANI Grut. SINVESSAT Gud. — 8 solus Cap. habet. — Quanquam multis quidem sed incertis auctoribus haec traditur et simillimi tituli Suessani et Minturnenses suspicionem movent, mirumque praeterea est titulum Sinuessanum in agro Campano repertum esse, tamen id potissimum fecit ne dubitarem, quod Gudianum exemplum 6. 7. 8 effractos repraesentat neque talia finguntur.

4023 Capuae.

C· APPIO· EVNOMIO· SAPIDIA
NO· C· V· Q· CANDIDATO
PRAETORI· VRBANO· AM
PLIFICATORI· PATRIAE
'*sic*' *L.* RENOBATORI· CIVIVM
PATRONI· PRESTISSIMO '*sic*' *L.*
ORDO· ET· POPVLVS· SINVESS
ANORVM· STATVA· CENSVER

Lupoli inscr. Corfin. ed. 2 p. 263, qui ait se exscripsisse. Malam fidem auctoris saepe demonstravi; tamen cum sinceras etiam interdum primus ediderit neque videam singulare aliquid quo haec refutetur, loco non movi.

4024 prope ruinas Sinuessae ad mare *nella scala di un casino di campagna presso la torre di S. Imato de Masi;* Suessae *Mur.*

M· CACIVS· C· F· CERNA
IIVIR· TRIB· MIL· PRAEF
FABR
NATALI· SVO· CENAM
PVBLICE· POPVLO· SINVES
DARE· INSTITVIT
III· ID· SEPT

Mur. 1083, 2 a Como; Pratilli p. 168 ex Lucii Sacci historia Suessae in qua non reperi (v. in Suessanis); de' Masi p. 179 [92] qui vidit. — 1 M· F Prat. — 2 XV·VIR Mur. — 3 FABR.... Masi, AEDIL·FABRVM Prat, CALABR Mur. — 4 in. DIE add. Prat. CAENAM Mur. et Masii ed. reiecta. — 5 PVBL· Prat. — SINVESSAN Prat., SVESSANO Mur. 6 DARI Mur. — 7 IDVS· SEPTEMBRIS Mur. Masi. — Typi Muratorianus et Pratillianus interpolati sunt; Masii cur stare nequeat non video, quamquam cum et hic falsas sive finxit sive edidit, unicuique hunc titulum verbo reiicere licet.

4025 prope turrim S. Imati in loco q. d. *le Petrecaje*, ubi erat Sinuessa.

SEX· CAECILIVS· SEX· F· QVIR· BIRRONIANVS· SCRIBA· LIBRAR
QVAEST· III· DECVRIARVM· QVINQVEN· P· C· SINVES
GRATISSIMIS· PODIVM· AMPHITHEATRI· A· SOLO· FECIT

de Masi p. 178; in ed. reiecta non extat. — Hanc si quis interpolatam dixerit a Masio eiusve auctore, non repugno; sed falsa esse nequit propter eiusdem hominis titulum Romanum, editum primum multos annos post Masium a Fea *indic. della villa Albani* p. 87 mihique adhuc visum in villa Albana. Adscribam ut diligentissime descripsi titulum lectu difficillimum quem ne Fea quidem recte edidit:

SEX· CAECILIO
EPAGATHO
SCRIB· LIBR· TRIBVNICIO
APPARITORI· CAESARVM
SCRIB· LIBR· Q· III· DECVR
urceus VIAT· IIIVIR· ET· IIIIVIR *patera*
SCRIB· LIBR· AED· CVR
PATRI OPTIMO
SEX· CAECILIVS· SEX· F
QVIR· BIRRONIANVS· ET
M· CAECILIVS· SEX· F
QVIR· STATIANVS

4026 basis, rep. 1785 in agro *S. Ianni a ponte Campano* prope Carinolam *Giorn. encicl Lup.*; rep. 1791 in *Civita rotta* prope Carinolam *Mastrominico.* Extat in mus. Borb. sep. col. 2.

D· M
M· COCCEIO NEPOTI
COCCEIA CELERINA
MATER· FILIO
RARISSIMI· EXEMPLI
PIETATIS· ERGA SE FECIT
urc. QVI HOSPITIO· LVCIS *pat.*
FRVITVS· EST
ANNIS· XXXVIII· M· IIII·
QVEM· NON· VIRTVTIS *Virg. Aen.*
EGENTEM· ABSTVLIT *XI, 27. 28.*
A· LVCE· ATRA· DIES· ET
FVNERE· MERSIT· ACERVO

Descripsi. Ed. Marchioni Giornale enciclopedico Napolet. 1785 Maggio p. 99, ex Marchionio Lupoli inscr. Corfin. ed. 2 p. 192; Mastrominico *ricerche storiche intorno l'antico vico Fenicolense* Nap. 1802. 8. p. 81 (quem librum non vidi); Gervasio iscr. Messinesi p. 29.

4027 Mondragone *au vieux arc des prisons.*

DIS· MANIBVS· MEMORIAE· POPILI

Chaupy maison d' Horace III, 458.

XXV. SVESSA. (*Sessa*)

Roma Neapolim iter facientes cum per Suessam transire soleant, epigrammata quae ibi prostant ab ipsis artis nostrae incunabulis describi coeperunt et deinceps descripta sunt a compluribus, quos omnes recensere nihil attinet. Reperiuntur Suessana iam apud *Mich. Regiensem* id est apud Kiriacum, deinde apud *Apianum* et fratrem *Iucundum,* a quo traxerunt Donius et Muratorius, apud *Waelscapplium* denique, cuius manus prior cum antiquioribus istis censenda est. Egregiam operam deinde lapidibus Suessanis navavit *Pighius,* cuius exempla leguntur apud Smetium et a Waelscapplii manu altera, aeque praestantem *Manutius,* neque infructuosam *Capaccius* (1607) in hist. Neap. l. II c. 19. Puram adhuc Suessanam epigraphicam polluit primus *Lucii Sacco discorso istorico sovra l'antiche e moderne cose di Sessa Pometia* (Nap. 1633. 8. pp. 101), titulis non tam fictis quam stulte interpolatis, ut pro colonia municipium evaderet, patricius Romanus Suessani agnomine decoraretur, puella nescio quae audiret pietate insignis; a quibus facile cavemus, cum pleraque eius aliunde nota sint. Monendum praeterea Saccum a Pratillio etiam citari, sed quae citat in eo libro quem vidi neutiquam reperiri; de qua re videant eruditi Neapolitani, utrum mendacium Pratillii sit an extet alia libri Sacciani recensio mihi non visa. Post *Gudium,* qui a Stephanonio et fortasse ab aliis, et *Fabrettium,* qui ex schedis Barberinis, et *Muratorium,* qui a Como Suessanas traxerunt, auctores non nimis certos omnes, secutus est *Pratillius* solitis nugis. Quare nactus civis Suessani *Thomae de' Masi* librum amplum (*D. Tommaso de' Masi del Pezzo de' marchesi di Città mem. istoriche degli Aurunci e delle loco città principali Aurunca e Sessa* Nap. 1761. 4. pp. 321; cuius libri priorem recensionem typis descriptam sed ante quam ederetur reiectam paginarum tantum 218 vidi in bibl. Borbonica Neapoli paginarumque numeros iustae editionis paginis uncis inclusos adscripsi) cum in eo Pratillium severe exagitari vidissem et Masium ut par erat lapides Pratillianos ibi ubi extare dicebantur perquisivisse, praeclare actum esse de titulis Suessanis putavi. At longe aliter evenit. Masianis enim inscriptionibus accurate examinatis in iis quoque falsas reperiri a nullo alio auctore proditas et ipsi attribuendas (nam potest quidem ab amico accepisse, sed qui auctorem non laudat, merito pro auctore plectitur) vidi perinvitus, spinas iam et dumeta quibus supra quam credas obsitus est totus ager inter Lirim et Volturnum animum pertaesus et aliquando ad certiora pervenire cupiens; tamen Panviniani consules dudum explosi in Masiano titulo n. 658* reperti labantem iam auctoritatem eius convellerunt. Nihilo minus non ita fuit abiicienda sylloge eius ac Pratillianorum mala herba; Masius enim cum falsa dedit satis prudenter ficta et a portentosis fraudatorum vulgarium inventis longo intervallo discreta, tum genuina haud pauca et edita et inedita eademque plerumque probe descripta, ut diligentissime cavendum sit ne his laqueis innectamur. — *Granatae ragguaglio storico della città di Sessa* (Nap. 1763. 4. pp. XXXVII) non profuit. Omnino post Masium nemo data opera Suessanos lapides tractavit ante me qui Suessam adii titulosque ibi propositos descripsi.

4028 in sex marmoribus litteris palmaribus, quas nunc sub calce latere ait Masius; Suessae in eccl. cathedrali.

MERC | SACR
M· MAEC | IVS· Q· | F· AEM· | ARAT

Ed. de' Masi p. 180 [92] separata ita:

S A C R | IVS· Q·
F· AEM· | M· MAEC
M E R C | ARA· T·

in sexto ARAI est in ed. reiecta. — Hanc tuebitur credo lapidum ordo restitutus.

4029 Suessae in curia.

MATIDIAE
AVG· FIL
DĪVAE· SABINAE·
SORORI·
ĪMP· ANTONINI·
AVG· PII· P· P
MATERTERAE
AGATHEMER· LIB·
PROC

Descripsi. Capacc. p. 623 (inde Reines. ad III, 20); Sacco p. 67; Gud. ms. 672, 3, ed. 89, 6 fortasse a Stephanonio; de Masi p. 168 [83]; Henzen Bull. 1845 p. 57. — Clausulam Cap. corrupit, legens AGATHONENSES (scil. propter MINTVRNENSES basis simillimae n. 4055 item Suessae prostantis), interpolavit Sacco sic: MATERTERE || LIB· PROC· D· M || SVESSANI.

4030 olim Suessae ante fores S. Dominici.

MATIDIAE· AVG
FIL· DIVAE· SABINAE
SORORI
IMP·ANTONINI·AVG·PIĪ
P· P· MATERTERAE
C· FLAVIVS· AVG· LIB
ONESIMVS· CAMPANVS

Smet. 55, 9 (inde Grut. 252, 10) e Pighianis; Capacc. p. 623. — 6. 7 FLAVIVS· AVG· LIBONASINVS Cap.

4031 litteris palmaribus Suessae.

MATIDIAE
AVG· FIL· DIVAE
MARCIANAE· AVG
NEPTI· DIVAE· SABINAE
AVG· SORORI
IMP· ANTONINI
AVG· PII· P· P· MATERTERAE
SVESSANI

Codex Waelscapple f. 163; Capacc. p. 623 (inde Reines. III, 20). — Auctores versuum ordinem nullum observant. — 1 MATHIDIAE W. — 2 F· Cap. — DIVA W. — pro 3. 4. 5 W. non habet nisi duo vocabula SABINA (sic) SORORI. — 6 ANTONI W. — 7 MATERTERE W. — Haud scio an titulus nunquam extiterit; cum enim plane similis a Minturnensibus positus n. 4055 Suessae extet, facile fuit hunc inde efficere errore magis quam fraude. Cf. quomodo Sacco corruperit n. 4029. Vide etiam tribus his similem quartum in Sinuessanis n. 4022.

4032 olim Suessae; Masius iam frustra quaesivit.

IMP· CAES
L· SEPTIMIO
SEVERO· PERTI
NACI· AVG· PIO· P· P
SVESSANI

Smet. 56, 10 (inde Grut. 262, 7) a Pighio; cod. Waelscapple f. 4 antiquius, f. 112 Pighianum exemplum exhibet; Capacc. p. 623; Sacco p. 67; Pratilli p. 217. 221. — Waelsc. f. 4 vv. ad arbitrium disposuit.

4033 olim Suessae in hortis episcopi.

L· ALBINIO· A· F· QVIR· SATVRNINO
COS· PROCOS· PROV· ASIAE· LEG· AVG
PR· PR· PONTI· ET· BITH· PROV· PROCOS
PROV· ACHAIAE· PRAEF· AER· SAT
LEG· AVG· ASTVRICAE· ET· GALLAEC
PR· VRB· AED· PL· SOD· ANTONIAN
Q· VRB· P· C· CVRATORI
COL· DEC· DEC

Don. V, 219 ex veteri ms., item sed imperfecte usque ad voc. PRAEF V, 140 (inde Donat. 245, 8) e libro antiquo ms.; Mur. 365, 1 e Don. et sched. fr. Iucundi; Pratilli p. 224 ex Donio ut puto. — 1 ALBANIO Don. V, 140.

4034 litteris claris et altis, etsi minime bonis; Suessae ante eccl. S. Domenici.

C· LIEVRIO· TRAN
QVILLO· TOCIO
SOIMO ∞ CON
SVLARI· VI
RO ET PATRI
CIO ORDO SP
LENDIDISSIMVS
SVESSAN·

Descripsi. Ed. Sacco p. 54 interpolatam, rectius de Masi p. 171 [86]. — 2 QVILLIO Mas. — 5. 6 PATRIC· SVESSAN· COS· P· DIRSIMVS rel. om. Sacco, ridicula fraude.

4035 Suessae *Cap.* parieti inclusa *Fabr.* in una nicchia a destra della porta del Trofeo nella maggior piazza *Masi.*

L· MAMILIANO· LICINIANO· V· C
FILIO· MAMILIANI· LIVIANI· V· P
EXCORRECT· NEPOTI· MAMILIANI· CRI
SPINI· EXCOM· PRONEPOTI· MAMILIANI
MAXIMI· V· P· EXCOM· PORRO· AB· ORI
GINE· PATRONO· OMNIBVS· HONO
RIBVS· MVNERIBVSQVE· INNOCEN
TER· IN· PATRIA· SVA· FVNCTO· CV
MVLANTI· DIGNITATE· ORIGI
NIS· SVAE· NVNC· OBLATO· EIDEM
DECRETO· AMORE· ET· BENEFI
CIIS· DEVINCTI
ORDO· POPVLVSQ· SVESSANVS
STATVAM· AD· PERENNEM· TESTI
MONIVM· PONENDAM· CENS
VERVNT
L· D· D· D

Fabric. antiq. ed. 1549 p. 42, qui descripsit (inde Grut. 1027, 3); Capaccio p. 623; Sacco p. 53 (ex Capaccio; minora omisi); Pratilli App. p. 223, cons. p. 61; de Masi p. 165 [81]. — Fabricio et Capaccio et fortasse Masio standum est; reliquis nulla fides. — Vv. disposui ad exemplum Masii, qui videtur vidisse. — 1 AVG pro V· C Cap. Sacco. — 2 LIVIANI omnes; ex lapide SILVIANI correxit Masius. — 3 EXCOR· (vel EXCORR·) BRVTI pro EXCORRECT Prat. — NEPTI correxit Masius. — MAMILIANI om. Prat. cons. — 4 EXCOM Fabr., EXCO·M Masi, EXCON Cap., EXCOMM Sacco, EXCOR (vel EXCORR) CAMP Prat. — PRONEP· Cap., PRONEPTI corr. Masi. — 5 EXCOM· PORRO Cap., EXCO· M· PO... Masi, EXCOMM· PORRO Sacco, EXCON (om. PORRO) Prat., COMMVNI (pro EXCOM· PORRO) Fabric. — 7 RIB· Prat. App., R· Cap. — MVNERIBVSQ· Cap. Prat. — 8 SVO Cap. Prat. App. Masii ed. reiecta; om. Sacco. — 9 MVLANTE Fabr. — 10 FIDEM Fabric., FID Cap. — 13 POPVLVSQVE Fabric. Prat. — 14 PERENNE omnes praeter Masium. — 15 MON· Cap. — 16 VER Prat.

4036 basis rescripta, Suessae rep. init. saec. XVII sub turri camp. eccl. S. Silvestris *Sacco*, nunc ad fontem Herculis. Extare negat *Pratilli*, male.

MAVORTI

Q· FL· MESSIO· EGNATIO
LOLLIANO· V· C
Q· K· PRAET· VRBANO
AVGVRI· PVBLICO· P· R
QVIRITIVM· COMITI
D· D· N· N· AVG· ET· CAESARVM
CVRATORI· ALBEI· TIBERIS ∞
ET· CLVACARVM· SACRE· VRBIS
CVRATORI· OPERVM· PVBLICO
RVM· CONSVLARI· AQVARVM
ET· MINVCIAE· CONSVLARI
CAMPANIAE ∞
ORDO· POPVLVSQVE
SVESSANVS

Descripsi. Sacco p. 68; Spon. p. 129 ex Capaccio, apud quem non extat; Fabrett. 689, 110 ex sched. Barb.; Pratilli App. p. 221, cons. p. 73; de' Masi p. 166 [82]. — 1 non descripsi, sive culpa mea sive lapide nunc imminuto.

4037 litteris magnis, Suessae *alla Guardia Urbana.*

. . . .
iussu imp· caes
divi traiani
*pa*RTHICI· FIL
DĪVI· NERVAE· NEP·
TR·AIANI· HADRIANI
AVG· PONTIF· MAX·
TRIB· POT· $\overline{VI}$ COS $\overline{III}$ p. Chr. 122/3
VIAM SVESSANIS
MVNICIPIBVS·
SVA· PEC· FEC·

Descripsi. Manut. orth. 369, 17; Smet. 1, 9 (inde Grut. 151, 3) cui descripsit qui vidit Pighius; cod. Waelscapple f. 4, ubi antiquius exemplum ad Pighianum emendatum est; Capaccius p. 622; Gud. ms. 672, 2 fortasse a Stephanonio; Sacco p. 15; Mur. 451, 5 a Como; Pratilli p. 217; de' Masi p. 155 [76]; Chaupy maison d'Horace III, 457. — Supplementa alia primo alia secundo tertiove casu concepta Capaccii Sacci Pratillii Masii referre non attinet, postquam exemplum antiquissimum omnium Waelscapplianum lapidem ita fractum ostendit ut vidi ego.

4038 Suessae.

. . . .
. . . . IMBVERE FABENTIS
HIC· NVNC· CAMPANAS· MODERATOR· SVBLEVAT· VRBES
VNDE· ORDO· ET· POPVLI· STATVAM· TRIBVERE· SVESSAE

Apian. 106, 3 (inde Grut. 494, 3); Mur. 1083, 1 e sched. suis; Pratilli cons. p. 76. — 1 om. Ap. — 3 ERGO pro ORDO Ap. — SVESSO Ap.

4039 Suessae ante atrium eccl. S. Eustachii

I A N O
LEG· VII
IVDIC· Q
R O V I N
D P L C I P

de Masi p. 63 [40]. — Ed. reiecta 2 LEG· VI; ed. vera D· P· L· CIP. — Non video cur finxerit.

4040 Suessae; inter duas portas addit *Ap.*, apud portam S. Dominici *Fabric.*, in foro *Prat.*, qui ab uno latere non scripto duo vasa pontificalia cum ara conspici ait.

ab uno latere:

C · T I T I O
CHRESIMO · AVG · LI
HVIC · ORDO · DECVRIONVM
QVOD · PRO · SALVTE · ET · INDVLGEN
TIA · IMP · ANTONINI · PII · FELICIS · AVG
ET · EX · VOLVNTATE · POPVLI · MVNVS
FAMILIAE · GLADIATORIAE · EX · PECVNA
SVA · DIEM · PRIVATVM · SECVNDVM · DIGN
TATEM · COLONIAE · EDIDERIT · HONOREM
BISeLLI · QVO · QVIS · OPTIMO · EXEMPLO · INTVS
COLONIA · SVESSA · HABVIT · ET · VT · AQVAE
DIGITVS · IN · DOMO · EIVS · FLVERET · COM
MODISQVE · PVBLICIS · ACSI · DECVRIO · FRV
ERETVR · ET · TITIO · CHRESIMO · FILIO · EIVS
OB · MERITA · PATRIS · HONOREM · DECVRIONA
TVS · GRATVITVM DECREVIT
ORDO · DECVRIONVM · ET · AVGVSTALIVM
ET · PLEBS · VNIVERSA

ab altero latere litteris erosis:

....OSSIO · FALCONE · C · IVLIO
...RVCIO · CLARO · COS p. Chr. 193
NONIS · SEPTEMBR
SVESSAE · IN · BIBLYOTHECA · M
....
TI · IVLIVS · BASSVS · M · MAISIVS · Q
M · TVRBIVS · ADIVTOR · L · MILDIVS
L · ASINIVS · MARSIRIANVS
QVOD · VNIVERSI ......ANTIBA....
LIVS · HE.......DIEM · III
.................EIVS....
ANT · GRATVITVM.......
DECVRIONATVS · EI · O......
STATVIQ · EIVS · OB · MVNIFICENT
DIEM · PRIVATI · EDITI......
L · D · D · D

Extant tituli duo exempla; alterum anticae solius videtur esse Kiriaci extatque apud Mich. Reg. p. 93 et Apian. 106, 2. Derivata sunt ex eodem exempla subinde correcta corruptave Fabricii antiq. 1549 p. 42 ex Apiano, puto; Smet. 83, 5 (inde, adsumpto tamen typo Manutiano, Grut. 475, 3) ab aliis; Capaccii p. 623; Sacci p. 15, qui interpolavit et nescio qua superbia municipali motus pro colonia ubique dedit municipium. Alterum exemplum quod solum posticam servavit optime dedit Manut. orth. 105, 7; eodem pertinet Waelscapplianum f. 121 ubi deest postica, Panvinii excerpta qui in fast. ad a. 946 affert posticae 1—8. 16; Grut. 475, 4 qui posticam dedit ex schedis Antonii Augustini; Iacobon. ad Font. p. 41 qui exscripsit orthographiam. Pratillii p. 223 qui vult se vidisse negligi potest. Masius extare negat. — In vv. ord. secutus sum Manut., qui in anticae 7. 8 litteras ligatas apte collocat in versibus extremis. — I, 1 TICIO Ap., TETIO Fabr. — 2 CHERESIMO Mich., CHRESMO W. — AVG · II Man. W., AVLI Mich., AVG · LI Ap., AVG · LIB Fabr. Smet. (quod quomodo Zumptius August. p. 32 sibi placuisse unquam excusaturus sit, ipse videat), AVG · FIL Cap. Sacco, AVG · VI · VIR Prat. ex coni. Gudii. De emendandi ratione minus constat quam de necessitate; cogitavi de AVG*usta*LI, ut hiatus in lapide fuerit, vel de AVG · BIS*elliario*; malui tamen corruptelam in textu relinquere. — 5 CIA Ap. — IMPERAT Smet. W. — FELIC · Kir., FOELICIS Ap. — 6 EX om. Smet. W. — 9 EDIDIT Ap. — 10 BISELLI om. W. Man., hic punctis positis. BIS·ILLI Mich. Ap. Fabr. Smet. Cap., BISELLI Sacc, BISSELLI Prat. — QVEM pro QVO Fabr. — INTVS Man. W. soli, rel. IN. — 12 DVCTVS pro DIGITVS Ap. W. — 13 Q · omnes praeter Man. — 14 TICIO Ap., TETIO Fabr. — CHRESMO W., CRESIMO Mich. — EIVS om. Cap. Sacco. — 15 OEMERIT pro OB · MERITA Cap. — 16 GRATVITVM · DECREVIT Mich. Ap., GRATVITVM..... DECREVIT Man., GRATVITVM · A · (A /// W.) DECREVIT Smet. (qui notat: '*alias* A *erasum*') Waelsc. — 18 PLEBIS · VNIVERSAE W. — II, 1 Q · SOSIO Panv. — 3 FRVCTO Man.; lege ERVCIO. — 3 SEPTEMB Panv. Grut. — 4 BIBLIOTHECA Panv. — 6 T · IVLIVS Grut. — in f. Q · F Panv. — 10 litteras sex primas om. Man. — 10 fin. III habet solus Man. — 14 litt. undecim primas om. Man. — pro STATVIQVE leg. vid. STATVAEQ., nempe *locum dederunt*. — MVNIFICEN... Man. — Ceterum noli credere quod nescio cui in mentem venit posticam et anticam separandas esse; Antoninus Pius anticae est Commodus, quo adhuc vivo ludi editi sunt; statua posita est ipso initio imperii Septimii Severi nequedum Commodo consecrato.

4041 Suessae ad S. Bartholomaei.

M · TOFELANO · CATVLLAE · L · MVRRANO · AVG
DOMITIAE · Ɔ · L · NAIDI · TOFELANAE · MVRRANI
L · FORTVNATAE · M · TOFELANO · M · F · HONORATO
ET · SVIS · POSTERIS · LIBERTIS · LIBQ · OMNIBVS

Fabrett. 476, 133 nescio unde, fortasse ex schedis Barberinis; videtur tamen genuina.

4042 Suessae in via Paulina.

DIS · MANB
AFINIAE · TROPHIME
L · AFINIVS · QVART ·
CONIVGI · PIENTISS
ET · SANCTISSIMA*e*
MONIMENT · CVLINA*m*
MACERIAM · ET · SIBI
SVIS · POSTERISQVE
SVIS · FECIT

Descripsi. Ed. de Masi p. 177 [91], qui 6 male MONIMENTO (MONVMENTO ed. vera) VRNA.

4043 Suessae *alla Guardia urbana.*

D · M · S
L · DOMITIO
IVSTO
FIRIDIA · NAICE
CONIVGI · BEN
M · F

Descripsi. Capaccius p. 624 (inde Reines. XIV, 60); Sacco p. 54; Fabrett. 650, 433; Gud. ms. 44, 10 e schedis Stephanonii; de Masi p. 169 [84]; Osann syll. p. 566. — 3 ruptus quidem est fuitque iam cum vidit Steph., neque tamen de lectione non dubitavi.

4044 Suessae in foro.

D · M
IVLIAE · M · F
CAPITOLINAE · VIX
ANNIS · XV · M · VI · D · III
MODIA · LONGINA
MATER · PIISSIMA
FILIAE
B · M · F

Capaccius p. 624 (inde Reines. XII, 47); Gud. ms. 37, 7 e sched. Stephanonii; Sacco p. 54 interpolavit, cuius typum per Comum accepit Mur. 1175, 2; Pratilli p. 222 e Capaccio puto; Masius p. 168 [84] ait se ex lapide dare emendatam, improbans Pratillii lectionem. — In vv. divid. sequor Gudium et Masium consentientes. — 1 D · M · S Cap. Prat.; om. Sacco. — 2 M · F Cap. Gud., M · FILIAE Mas., om. Sacco Prat. — 3 ante VIX Sacco insert PIET · INSIG. — 4 ANNIS · XV · M · V · D · VII Cap., ANNI · XV · M · VI · D · III Gud., ANN · XX · M · VI · D · II Sacco, ANN · XV · M · V · D · VII Prat., ANNOS · XV · M · V · D · VIII Mas. — 6 PIISSIMA Gud., PIISSIMAE Cap. Mas., PIISS · Prat. Sacco. — 7 FIL · Sacco Cap. — 8 L · M · F Gud., POSVIT (pro B · M · F) Cap., POS · Prat.

4045 Suessae olim in ecclesia S. Firmi, nunc ad fontem Herculis.

D · M · S
IVLIA · FIRMA
SITA · TVMVLO
QVAE · COMMVNE
TORVM · SERVAVIT · CAS
TA · MARITI · ET · FIDEI · PLE
NA · PIETATE · NOBILI · VIXIT
SVBREPTA · EST · OCVLIS
IVVENIS · FATO · DICTAN
TE · INIQVO · MOCIMVS
SABINAE · AVGVSTI
SORORIS · LIB · TABVL
COIVGI
B · M · F

Descripsi. Apian. 106, 1 imperfecte; Mur. 905, 9 e sched. fr. Iucundi per Gorium; Manut. orth. p. 753; Fabric. ed. 1587 p. 209; Gruter. 589, 1 e ms. cod. Smetii per Gutensteníum; Capacc. p. 624; Sacco p. 54; de Masi p. 168 [83]; Burmann anth. IV, 169.

4046 in urna, prope Suessam in massa Fratta.

C · IVLIO · CHRESTI
ANTONIANI · L
SECVNDO
PIISSIMO

de Masi p. 177. 185 [91. 97]. Genuina videtur.

4047 marmor ingens in pago Suessano Cellole, in hortis P. P. Crucigerorum.

POMPEIA · M · F
SECVNDA

de Masi p. 178 [92]. Genuina videtur.

4048 fragm. Suessae in aed. Frangenti.

TRVTTEDIVS
PIVS

de Masi p. 176 [90]. — TRVTTERIVS ed. reiecta. — Genuina videtur.

4049 in pago Suessano Cellole iacet in terra.

T · VARIVS · T · F · AEM · SIBI
HILARO · L
OPTATO · L
FAVSTAE · L
EX · TESTAMENTO

de Masi p. 178; non extat in ed. reiecta. Genuina videtur.

4050 in pago Suessano Cellole in aedibus Iohannis de Paulo.

L · VETTIVS · L · F
TER
V*ett*IA · Ɔ · *l* FELIX

de Masi p. 178; non extat in ed. reiecta. — 3 Mas VTILIA Ɔ FELIX. — Genuina videtur.

4051 Suessae in curia.

D · M · S
P · VITTI · HON/// VIT
TI · HONORATI · I///
TIAN · COS · //////
IONV///////////////////
INTVIIII////////////////
//////////ANVS FILIO
DE · S SENT FIVIS
QVE POSTERIS

Descripsi ut potui.

4052 prope Suessam in fronte eccl. campestris S Viti.

C · VICASIVS · C · F
ex TESTAMENTO

de Masi p. 178; non legitur in ed. reiecta. Genuina videtur.

XXVI. MINTVRNAE. *(prope Trajetto)*

Minturnae quae fuerunt passae sunt quod fere accidit oppidis desertis, ut longe lateque lapides scripti distraherentur et Molae alii, alii Gaetae, quidam Suessae et ad ipsam Neapolim rursus exsisterent; neque dubitari potest quin Minturnenses alii certis originis argumentis destituti inter earum urbium lapides delitescant. Plerique descripti Minturnis innotuerunt ex inscriptionum codicibus saec. XV; quales sunt *Kiriaci*, quem a Michaele Regiensi compilatum esse saepe diximus, *Pontani, Apiani*, codex (S. Crucis card.?) a *Pighio* adhibitus, *fratris Iucundi*, liber antiquitatum *Sacrati* qui fuisse creditur P. Ciacconii a Donio adhibitus, *Redianus* Gudii scriptus a. 1474; neque defuerunt descriptores, cum qui Roma iter faciunt Neapolim per ipsa Minturnarum rudera transire soleant, quamquam complura in his codicibus ab iisdem archetypis pendere facile intellegitur, et librorum Donii praesertim, Redii et Iucundi magnam similitudinem observavi. Saeculis posterioribus lapidibus aut pessumdatis aut ablatis cum in ipso loco nulla essent quibus infigerentur aedificia, altum fuit silentium de Minturnis, nisi quod quosdam ibi detexit *Gesualdo*, de quo dicetur in Formianis, item effossiones circa finem saec. XVIII ibi institutae titulos aliquot magni pretii ex terra eruerunt editos ab *Hoario* Anglo (*classical tour* 1790) et a *Marinio*, quorum quidam Neapolim in museum Borbonicum avecti sunt. Nostris diebus *Caietanus Ciuffi* complura nuper reperta Minturnis edidit, quibus tamen caute utendum est; aliquoties enim ab eo titulos editos reperi tanquam in lapide lectos, quos ex libris Pratillii (ut n. 660*. 4061) aliisque descripsisset.

4053 Minturnis ad arcum.

BONAE · DEAE · SACRVM
C · VALERIVS · C · F · MARTIALIS

Don. I, 166 ex libro antiquo ms.; idem append. n. 5 item ex antiquo ms.; Mur. 34, 1 e Donio et sched. fr. Iuc. — Don. I, 166 sequor in vv. div. — 1 SACR Don. app.

4054 Traiecti in eccl. maiori *Gud.* Caietae in domo episcopi *Don.*

DECIMIA
C · F
CANDIDA · SACERDOS
M · D · ATTHIN
D · D

Don. I, 27 (inde Mur. 131, 7) ex libro antiquitatum Sacrati qui fuisse creditur P. Ciacconii; Gud. ms. 948, 3 ed. 98, 8 ex cod. Redii p. 176 a. 6. — 1 DECIMA Gud. — 4. 5 om. Gud.

4055 Suessae *Mich. Reg.* et reliqui omnes; nunc extat ibi *alla guardia urbana.*

MATIDIAE
AVG · FIL · DIVAE
MARCIANAE · AVG
NEPTI · DIVAE SABINAE
AVG · SORORI
IMP · ANTONINI
AVG · PII · P · P · MATERTERE *sic*
MINTVRNENSES
D · D ·

Descripsi. Mich. Reg. ms. p. 93; Manut. orth. 512, 23; Smet. 55, 8 e Pighianis; cod. Waelscapple f. 163; Grut. 252.9 e Smetio et schedis Ant. Augustini; Pratilli p. 159; Chaupy maison d'Horace III p. 456. — 7 MATERTERAE Smet. Grut.

4056 Trajetto super portam aedium ad dextram prope eccl. S. Blasii.

MARCO · AVRELIO
COM*m*ODO · CAES
GERMANICO
*im*P · MARCI · AVRELI · ANTONIN
AVG · PARTHI*c* · GERMAN
PONTIF · MAXIM · P · P · FIL
D · D P · P

Gesualdo p. 481. — 2 COMODO Ges. — 4 P · P pro *im*P Ges., male; puero enim haec statua posita fuit inter a. 172 et 175. — 5 PARTHICO Ges.

4057 Minturnis rep. cum statuae fragmentis.

IVLIAE · MAESAE
AVG · AVIAE · IMP
///////////

Ciuffi Bull. Nap. I p. 52.

4058 basis magna saxi Casertani rep. Neapoli *al Molo grande*, extat in mus. Borb. misc. col. 9.

DIOO *n*
FLAVIO VALERIO
CONSTANTIO
COLONIA · MINT

Descripsi. Ed. Egizio opuscoli p. 41.

4059 Caietae in quadam eccl. Burgi *Don.*; Caietae in S. Iacobo de terra rubea in suburbiis *Gud.*; *Grut.* in ed. 1 sine loco dedit, in ed. 2 adscr. est Panvinium vidisse Romae in domo Matthaeiorum. Panvinius scilicet in fastis ad a. 888 ait L. Iulii L. f. Attici Aciliani cos. vetus epigramma adhuc extare Romae in domo Matthaeiorum, quo an hoc significare voluerit, dubito. Prope Tibur *Mur.* — Cum neque Tiburi neque Formiis convenire videatur, optime vero Minturnis, huc revocavi.

L · ATILIO · C · F · TROM · ATILIANO
PRAEF · FABR · PRAEF · COH · TRIB · MILIT
PROC · AVG · PATRON · COLON · QVI
ROGATVS · AB · ORDINE · PARITER · ET
POPVLO · GLADIATORI · MVNERIS
PVBLICI · CVRAM · SVSCIPERET · FECIT
ET · EXPLICITO · QVOD · PROMISERAT
IMPENDIVM · BIGAE · QVAM · POPVLVS
EX · CONLATIONE · LEGATIVI · EPVLI
OFFEREBAT · REMISIT · EO · ANNO · QVO
ET · OPTIMVS · IMPERATOR · HADRIANVS
AVGVSTVS · ETIAM · DVVMVIRATVS
HONOREM · SVSCEPIT
L · STERTINIVS · L · LIB · PARTHENOPEVS
AMICO · INCOMPARABILI
L · D · D · D

Grut. 421, 1 ex Scaligeri schedis; Gud. ms. 947, 1, ed. 142, 3 ex cod. Redii p. 169. b. 4; Don. V, 222 ex libro ms.; Mur. 614, 1 e schedis Kiriaci et fr. Iucundi et Scotti et Donio. Citat initium P. Manut. ad fam. 8, 8. — Donii et Gudii typus idem est, sed hic a librario corruptus, neque diversus est Muratorii undecunque habuerit; Gruteri videtur esse interpolatus; quare Donium sequor. — 1 ATILLIO P. Man., VILLIO Gud., IVLIO Grut. — C · F om. Grut., L · F P. Man. — TROMEN P. Man. Gud. Mur. — ACILIANO Grut. — 2 FAB · Grut. (om. seq. PRAEF) — CON Gud., CONS Grut. pro COH. — TAB · MIL Grut., TR · MIL Mur. — 3 PATRONO Mur. — 4 AC pro ET Grut. — 5 VT · GLADIATORII Grut. Mur. — 6 SVSCIPERE Gud. — 7 PROMISCERAT Gud. — 8 IMPENDIVM....BIGARE Gud. — 9 COLLATIONE Grut. Mur. — AC · DONATIVI post LEGATIVI addit Grut. — 10 OFEREBAT Gud. — 11 OPTIVS Gud. — IMP · Gud. Grut. — 12 AVG · Gud., om. Grut. — 14. 15. 16 om. Grut. — 14 PARTHENOPAEVS Mur., PART...NORMVS Gud. — 15 INCOMPERABILI Gud. — 16 om. Gud.

4060 basis ante a. 1790 in ruinis Minturnarum inv. *Hoare*; extat in mus. Borb. misc. col. 7.

L · BVRBVLEIO L · F · QVIR
OPTATO · LIGARIANO
COS · SODAL · AVG · LEG · IMPERAT
ANTONINI · AVG · PII · PRO · PR · PROV
SYRIAE IN QVO HONOR · DECESSIT · LEG ·
EIVSDEM · ET · DIVI · HADRIANI · PRO · PR · PROV
CAPPAD · CVR · OPER · LOCOR · Q · PVBL · PRAEF ·
AERAR · SATVRN · PRO · COS · SICIL · LOGISTE ·
SYRIAE · LEGAT · LEG · XVI · FL · FIRM · CVR · REI · P ·
NARBON · ITEM · ANCONITANOR · ITEM ·
TARRICIN · CVRAT · VIAR · CLODIAE · CASSIAE
sic CIMINAE · PR · AED · PL · Q · PONTI · ET · BITHYN ·
TRIB LATICL · LEG · IX · HISPAN · III · VIR · KAPIT
PATR · COL
RASINIA · PIETAS · NVTR · FILIAR · EIVS
S · P · P · L · D · D · D

Descripsi. Ed. Hoare classical tour I, 136; deinde praeclaro commentario instructam Borghesius (*memoria sopra un' iscrizione del console L. Burbuleio Optato Ligariano serbata nel museo reale.* Nap. 1838. 8. pp. 77).

4061 Minturnis *Grut.* Traiecti in eccl. maiori *cod. Redii.* Locum non notat *cod. Pigh.*

M · FLAVIO · POSTV|*mo*
C · V · PATR · COL|*on*
ORDO · ET · POPV|*lus*
MINTVRNEN|*s*

Grut. 411, 8 ex Aldo, qui ubi ediderit, frustra investigavi; cod. Redii f. 176 a. 1 apud Gud. ms. 1080; cod. Pighii Berol. f. 210; Pratilli p. 160 suppletam dedit, cum cuius supplementis in lapide legisse se simulavit Ciuffi Bull. Nap. I, p. 134. — Ex hoc titulo Caraccioli descriz. del regno di Nap. f. 124 citatus a Gesualdo p. 480. n. videtur sumpsisse, legi in atrio eccl. cath. Trajetti SENATVS · POPVLVSQVE · MINTVR. — Fractam esse Pigh. indicavit.

4062 basis rep. in ruinis Minturnarum ante a. 1790, extat in mus. Borb. sep. col. 61. Male Guarini Pompeianam dicit.

BAEBIAE · P · F ·
PRISCAE
P · BAEBI
PATROPHILI
T · NVMISIVS · NVMISIANVS
MAECENATIANVS
PONENDAM · MANDAVIT
L D D D

Descripsi. Hoare classical tour I, 137; Guarini fasti ed. I p. 95.

4063 in effossionibus ad Lirim institutis reperta a Dominico Venuti a. 1787, mox in mari submersa.

P · BAEBIO · P · F
TER · IVSTO · HVIC
SPLENDIDISS · ORDO
STAT · PONEND · CENS · OMNIB
HONORIB · IN · RE PVBL · FVNCT
QVOD · ET · IN · SING · ET · VNIVERS
AEQVAL · SEMP · REVERENTIAM
PRAEBVIT · ET · QVOD · MVNVS · GLAD · POST
HONOR · II · VIR · EDIDISS · POSTVL · POPVLO · Q
PROCES · EDITIO · CELEBRATA · EST
EX · INDVLG · PARIA · TRIA · CVM · VRSIS · II
HERBAN · LIVENTER · SVSCEPERINT · IS · OB
DEDIC · STATVAE · DEC · SING · X · TERN · DED
D · D · D

in dextro latere:

HIC · MINT · DIEBVS · IIII · EDIDIT
PARIA · XI · EX · HIS · OCCID · GLA
PRIM · CAMP · XI · VRSOS · QVOQVE
CRVDEL · OCCIDIT · X · QVOD
IPSI · MEMINIST · CIVES · OPTIMI
HERBAN · VNIVERS · IN · DIES · SING
OCCIDIT · QVATERNOS

in sinistro latere:

DED · KAL · AVG · AEMILIANO · II · ET
AQVILINO · COS — p. Chr. 249

Marini Arvali p. 630; Lupoli inscr. Corfin. ed. 2 praef. p. XVI; citat Visconti mon. Gab. p. 94. 118. — Divisio versuum in inscr. ad dextram incerta est. — 3 SPENDIDISS Mar., SPLENDIDISS · Lup. — 8. 9. 10 non intelligo ut traduntur; scripserim: ET · QVOD · MVNVS · GLAD*iatorium* POST HONOR*em* IIVIR*atus* *spl*ENDIDISS*imum*, POSTVL*ante* POPVLO *Quando* PROCES*sus* EDITIO CELEBRATA EST, EX INDVLGENTIA PARIA TRIA · CVM · VRSIS · II · HERBAN*is* LIVENTER SVSCEPER*it*. Ludi pro honore adepto edendi (processus editio) necessarii fuerunt, ludi secundi inter priores a populo postulati voluntarii; ad illos pertinent quae in latere leguntur. — 14 deest L · — In lat. dextro Visconti (mon. Gab. p. 118 n. 15) ex alio exemplo sibi misso corrigit 3 CAMP · VI, male. — In lat. sin. AQVILIO Lup. — Cave ne ex *animalibus herbanis* (quae sunt Vopisci Prob. 19 *cetera herbatica animalia*) efficias cum Viscontio et topographis recentioribus Herbanum oppidum.

4064 cippus rep. in ruinis Minturnarum ad ostia Liris, nunc Molae in villa Ciceroniana.

p · *b a e* B I O
p · *f* · TER · IVSTO
IIVIR · AED · Q̄ · ĪĪ
CVRAT · CAL · REIP
TEÁNENS
PLÓTIA · P · F · AVFIDIA
IV́NIANE · MARITO
OPTIMO · L · D · D · D

Descripsi. Ed. Ant. Cic. p. 31 n. 25. — 1 ...DIO Ant.; videor mihi in exemplo meo notasse litteram D esse diminutam.

4065 in mensae ponderariae utroque latere; reperta Minturnis extat in mus. Borb. inter Pompeiana hon. col. 2.

L · GELLIVS · L · F · POPLICOLA · C · CAEDICIVS · C · F
DVO · VIR · EX · S · C · PONDERA · ET · METRA
EXAEQVARVNT · EIDEM · DE · SVA · PECVNIA
PONENDA · C

Descripsi. Ed. Gaet. Ciuffi Bull. dell' Inst. 1841 p. 170. Cf. Tac. Ann. III, 67 et fastos a. 40 p. Chr.

4066 inventa in ruinis Minturnarum ante a. 1790 *Hoare*. Extat in mus. Borb. misc. col. 1.

P O M P E I A E
Q · F · CATVLLAE
SACERD · AVGVST
DECR · DEC
REMISSA · PEC · PVBL
C · TRVTTIDIVS
PIVS · FIL
L D D D

Descripsi. Edidit Hoare classical tour I, 137.

4067 Caietae in pavimento eccl. cath.

COLON · MINTVRN

Gesualdo p. 17.

4068 Minturnis.

D · M
CLAVDIAE · ZOSIMENI
QVAE · VIXIT · ANNIS · XXIIII
PLAVTIVS · POLLIO · CONIVGI
B · M · F

Mur. 1327, 2 (e sched. fr. Iuc. misit Gor.).

4069 tegula sepulcro imposita, prope Minturnas rep.

D · M
DOMITIAE
OCTAVIAE
HERACLA · FI
LIVS · FECIT

Ciuffi Bull. Nap. a. II p. 65. Cave lector; auctoris enim dubia fides est tegulaeque scriptae sepulcrales plerumque prodeunt ex libris fraudatorum, qui ne quaererentur marmora fragilem testam supposuerunt. Genuinae eiusmodi inveniuntur quidem ut Histonii talem vidi ipse, sed rarissime.

4070 Pontanus, qui primus titulum edidit, locum non addit, sed '*Haec inscriptio*, inquit, *prae se fert Oscos (quoniam in Oscis sepulchrum hoc id est lapis pro sepulchro hodie quoque extat) enuntiasse praeteritum verbi DECORO in tertia persona non DECORAVIT sed geminato A DECORAAT*'. Unde intelligitur male hunc lapidem ut alios a Pontano sine loco relatos ab exscriptoribus eius Apiano 99 aliisque Labello prope Venusiam esse attributum. Contra recte Kiriacus et qui eum sequuntur (Apian. 191, sched. Celsi Citt.) collocant Traiecti ad Lirim, quod est in Oscis, totaque lapidis ratio Campana id confirmat.

P · LARTIVS · P · L NEICIA | SAVFEIA · Ɔ · L THALEA | L · LARTIVS · P · F RVFVS | P · LARTIVS · P · F BROCCHVS | LARTIA · P · Ɔ · L HORAEA

BONEIS · PROBATA · INVEISA · SVM · A · NVLLA · PROBA
FVI · PARENS · DOMINEIS · SENIB · HVIC · AVTEM · OBSEQVENS
ITA · LEIBERTATE · ILLEI · ME · HIC · DECORA·AT · STOLA
A · PVPVLA · ANNOS · VEIGINTI · OPTINVI · DOMVM
OMNEM · SVPREMVS · FECIT · IVDICIVM · DIES
MORS · ANIMAM · ERIPVIT · NON · VEITAE · ORNATVM · ABSTVLIT
L · EPRIVS · CHILO · VIAT · TR · PL

Exemplorum tituli duae familiae sunt, quarum alteram ducit Kiriacus, Pontanus alteram. Kiriaci exemplum repperi apud Mich. Reg. p. 92. Apian. 191, 2. Grut. 627, 9 (e Scaligeranis Apiano et Pontano; in ed. 2 locus adiectus est ex schedis Celsi Cittadini) habuitque Burmannus Anth. IV, 336 in codd. Cyriaci et Perotti et Meermanniano. Pontanus edidit de aspir. l. II (ed. Basil. 1538 p. 72), unde descripserunt Tacuin. f. 79, Apian. 99, 5 (ex hoc rursus Boissard IV p. 51), cod. Waelscapple f. 127. Versus solos dedit Fabric. ed. 1587 p. 126, quem consulto neglexi; neglexi quoque Lupulum it. Venus. p. 346, qui more suo temere corrupit. Variam lectionem dabo quod ad Kiriacum attinet cod. mei id est Regiensis et Burmannianorum (praeter Meermannianum nullius pretii), item Apiani 191; quod ad Pontanum, solam ipsius. Interpolationes Gruteri, Burmanni, Lupoli lectorem non morabuntur. — Nomina superscripta apud Pontan. non leguntur nisi haec: P · LAERTIVS · P · F · BROCCHVS · LARTIA · P · L · HORAEA; omnia exhibuit Kiriacus, cuius tamen exscriptores versuum ordinem ab ipso videlicet servatum minime retinuerunt. Mich. Regiensis et cod. Burmannianus Kiriaci quinque nomina recte sed continua scriptura exhibent, contra Apian. et Burmannianus Perotti quinque ordines confuderunt, ut primum nomina cum praenominibus et patribus vel patronis omnia, dein cognomina omnia proferrent. Quod ut facile perspicitur et corrigitur, tamen Gruterus Apianum et Pontanum temere concilians totam rem corrupit. Sunt autem pater mater filii duo alteriusque uxor Horaea, ad quam versus pertinent. — Pater est L · LARGIVS Kir. Burm., L · LARGVS Kir. meo et semper LARGIVS illi, LARGVS huic. — NERCIA Kir. meus. — Mater SAVPHEIA Kir. Burm. et meo, SVAFEIA err. typ. Ap. — A · L · pro Ɔ · L Ap. Perott. — Filius minor LAERTIVS Pontano, LARCIV Perotto. — BROCCHVS Pont. (qui propter aspirationem lap. citat) Perott., BROCHVS Kir. Burm. et meus, Ap. — Nurus L · LARTIA (LARCIA Perott.) Ap. Perott. — P · Ɔ · L Kir. Burmanni et meus, quod comprobat carminis v. 3; A · Ɔ · L Ap. Per., P · L Pontan. — In versibus haec est varia lectio: 1 INVERSA Kir. meus. — 2 SENIBVS Ap. Kir. meus. — 3 LIBERTATE Kir. meus. — ME · HIC · ME Kir. Burmanni. — DECORAAT Pont. (v. s.) Kir. Burmanni; DECORAT Kir. meus. Ap. Perott.; DECORARAT coni. Burmann, quod probat Hauptius. — 4 VEIGINTI Kiriaci codd. omnes (VERGINTI meus), XX Pont. — OPTIMV Apian., OBTINVI Kir. meus. — 5 'OMNEM ferri nequit; expectes MORVM' Hauptius; TANDEM voluit Lachmannus. — SVPRAEMVS Ap., SVPPREMIS Perott., SVPREMVM Kir. meus. — 6 MOS Perott. — ANIMA Kir. meus. — VEITAE Kir. (VERTAE Kir. meus, VEITE Ap.), VITAE Pont. — ABSTVLIT habent et Pont. et Kir. meus et Burmanni, ASPVLIT Ap. — Subscriptionem dedi ex Pontano neque dissentit Kir. (EPIRVS Kir. meus — TRIB Ap.) sed adiungit quaedam, nempe Kir. Burm.: PRIAS · P · Z; Kir. meus: *priā p · z*; Perott.: PRIM · AC · PI; Apian.: PRI · AC · PI. Quid sit PRIAS (vel C) PZ (vel I), non perspicio.

4071 Minturnis.

......O · F · GEMINO...
MANLIAE · Ɔ · L · BAVCIS
MANLIAE · Ɔ · L · LOCHIADI · M
MANLIA · Ɔ · L · ILIAS
IN · F · P · XX · IN · A · P · XX

Ciuffi Bull. Napol. V p. 54.

4072 Traiecti in eccl. maiori.

MARIAE · FORTVNATAE
VALERIVS · FLORVS · COIVGI
OPTIMAE · ET · VALERIVS
SABINIANVS · MATRI · PIEN
TISSIMAE · FEC

E cod. Redii p. 176a. 3. Gud. ms. 948, 4, ed. 279, 3.

4073 ad Lirim, in *Torre dell' Argento* (ad littus maris prope Appiam e regione diversorii *de' Simonelli*, quod D p. distat ab eo loco ubi scapha Lirim traiiciunt) ante eccl. dirutam S. Petri.

SEX · MENTVRNIVS · COLON
LIB · FELIX · SIBI · ET · SVIS · FECIT

Gesualdo p. 471.

4074 Minturnis rep., deinde Gaetae apud Ciuffum.

M · PLAVTI · A · M · L
TRASEAE
POSTEREISQVE
EIVS · VIVIT

Ciuffi Bull. Nap. V p. 54.

4075 in ruinis Minturnarum.

D · M
RVTILIAE · POLLAE · LIB
SANCTISSIMAE · P · RVTILIVS
P · F · TER · VERATIANVS
BENEMER · FECIT

Don. XVI, 12 ex libro antiquo ms.; Mur. 1557, 2 e Donio et ex sched. fr. Iuc. — 1 om Mur.

4076 cippus ingens litteris magnis et pulchris; in turri ad fluvium Lyrim *Kir.*, ad traiectum fl. Liris in turri antiqua vel potius sepulchro *Waelsc. Smet. Winckelm.*; nunc Neapoli in porticu dextra mus. Borb.

HVIVS · MONIMENTI · IVS · QVA · MACERIA
CLVSVM · EST · CVM · TABERNA · ET · CENACVL
HERED · NON · SEQVETVR
NEQVE · INTRA · MACERIA & HVMARI
QVEMQVAM · LICET

Descripsi. Kiriacus apud Mich. Reg. p. 92; Apian. 104, 5; Manut. orth. 172, 5; Waelscapple f. 183; Smet. 140, 9 (inde Grut. 928, 2) a Pighio; Capacc. l. I c. 2 p. 11; Spon. misc. p. 292; Gud. ms. 1518, 3, ed. 336, 13 ex Ligorio; Don. XIV, 8 exa ntiquo libro ms.; Mur. 1771, 4 ex schedis fr. Iucundi et ex Donio; Winckelmann *Werke* II p. 64.

XXVII. FORMIAE. (*Mola et Castellone di Gaeta*)

Acc. *Caieta portus.* (*Gaeta*)

Formianos lapides ignoraverunt fere prisci illi collectores quibus Minturnenses plerique debentur. Produxit primus aliquot ibi exceptos *Leander Alberti* (*descrittione di tutta Italia.* Vinegia 1551. 4.), a quo pendent Victorii codex et Waelscapplii manus prior aliique. Quem secuti sunt peregrinatores complures exteri *Dionysius Harduinus, Pighius* cum *Morillonio, Scultetus, Sirmondus,* qui quae descripserunt edita sunt in Smetii et Gruteri voluminibus, Pighiana apud Waelscapplium quoque extant; viri probi omnes et Sculteto excepto etiam accurati. In Formianis *Ligorii* videndum est ne probae etiam neque ea aetate editae insint, v. n. 4083 et quae ad Fundanas infra notavi; quamquam de hisce Ligorianis adhuc non liquere confitendum est. *Manutius* quae edidit quaeque in *schedis Ambrosianis* reperit Muratorius, eiusdem aetatis et omnino optima sunt. — Saec. XVII solus quod sciam *Gudius* neque is nisi in transcursu per has partes titulos investigavit. — *Pratillius* cum in via Appia (1745) solito more Formianum agrum tractasset interpolans alia alia confingens, supervenit liber *Erasmi Gesualdo* (*osservazioni critiche sopra la storia della via Appia di D. Franc. Maria Pratilli* Nap. 1754. 4. pp. 552), quo edendo Erasmus cum aliquot lapides ineditos quanquam non valde sollicite transscriptos publici iuris fecit tum ea re praesertim praeclare de arte nostra meruit, quod Pratillium presso pede secutus acerrime exagitavit et explosit, aequalis eius, ab ipso Pratillio pro auctore male citatus et eo lacessitus ad scribendum, praeterea locorum apprime gnarus, optimae fidei auctor et satis subacti iudicii. Qui Pratillium cupit novisse quam scripserit temere sine ulla locorum notitia et vix adiutus ab infimi ordinis antiquariis, Gesualdum legat, qui audacter et vere '*son obbligato,* inquit, *dire il vero, di non aver ritrovato niuna delle iscrizioni che riporta il sig. Pratilli de' nostri contorni, fuori di quelle copiate dal Grutero* (p. 109) et alibi: *credo di aversi ideate il sig. Pratilli la maggior parte, per non dir tutte le altre iscrizioni da lui riferite, fuori di quelle copiate dal Grutero* (p. 488). — Post Pratillium et adversarium eius nominandi sunt peregrinatores exteri *Chaupy* Gallus, *Pococke* et *Hoare* Angli, qui in libris saepe citatis Formiana non omiserunt. — Postremo Carolus Ligny princeps *di Caposele* optime meruit de patriis antiquitatibus, titulis ex universo agro Formiano c. a. 1788 congestis in villam suam Marzanam Ciceroniana quae dicitur (qua nunc pro diversorio utuntur) ad Castellonem amoenissime sitam iisdemque editis in libello *antichità Ciceroniane ed iscrizioni esistenti nella villa Formiana in Castellone di Gaeta* (Nap. 1827. 8. pp. 39); quae exempla per se accurata diligenter ad archetyporum fidem exegi. Minturnensia quoque in hac sylloge reperiri vix est monendum; sed non omittendum est titulos olim Neapoli in aedibus Bernardini Rotae ad Pizzofalconem servatos inde avectos esse in villam Formianam (Gervasio iscr. Nap. p. 18). — Denique ne quis frustra quaerat, animadvertat non recte attribui Formiis neque Grut. 187, 7 quae est Firmana; neque Gud. ms. 874, 8, ed. 63, 5 quae Formiana est culpa editoris, re Romana; neque Mur. 885, 4, quae est Romana ex Donio XVII, 22 male excepta.

Ad Caietam quod attinet, ibi aetate Romana oppidum nullum fuisse sed portum et villas et ad summum pagum notum est. Tituli qui ibi extiterunt magis quam extant (iam enim vix ulli ibi reperiuntur) ex diversis locis eo allati sunt, maxime ex ruderibus Formianis et Minturnensibus, sed Roma etiam ad ecclesias ornandas (n. 4108) et qui scit unde praeterea? ut idem fere hic acciderit quod in Amalfitanis observavimus. Cum tamen aliquo certe loco ponendi essent Caietani lapides, avocatis quos Minturnis restituendos esse probabile erat, reliquos cum proximis Formiis contribui. Innotuerunt fere ita ut Minturnenses per antiquos auctores saec. XV exeuntis quos ibi recensuimus, quibus accedunt Muratorii schedae Ambrosianae quas ad saec. XVI referendas esse mihi constat.

4077 Molae in villa Ciceroniana, cippus.

MAGISTERI· I· O· M· P· D· M
S· P· P· CVIVS· DEDICAT·
DECVR· INLVC· PVBLICE
VESCENTIB· SING· HS· XX· N̄
DEDIT L· D· D· D

Descripsi. Ed. Ant. Cic. p. 29 n. 19.

4078 Molae de Gaeta in via Appia rep. m. Febr. 1772 statimque illata in museum Vaticanum.

IMP· GORDIANO II
AVG· ET· POMPEIANO COS — p. Chr. 241
HELVIA · STEPHANIS
SACERDOS· M· M· I·
TAVROBOLIVM

Descripserunt Kellermannus et a me rogatus Henzenius. Ed. Amaduzzi nov. Fior. 1772 p. 759.

4079 Molae de Gaeta in pariete, picta colore nigro.

ALHX ANDHr iIX VISO DOMNAii
LIBIiS aNIMO
ΓHCIΤ

Reperit et descripsit Brunnius.

4080 Formiis *antiquiores omnes;* in maceria horti S. Erasmi sub Castellione oppido *Mur.* Nunc Mantuae in museo publico.

IMP· CAESARI · DIVI
HADRIANI ELIO· DIVI
TRAIANI · PARTHICI · NEP·
DIVI · NERVAE· PRONEPOTI
TITO · AELIO · HADRIANO
ANTONINO · AVG · PIO · PONT
MAX· TRIB POT XI·COS·IIII·P·P· — p. Chr. 148
FORMIANI· PVBLICE

Leand. Alberti. descr. d'Italia f. 144; codex Victorii f. 90 a; Panvin. fast. ad a. 901; Manut. orth. 367, 13; Pigh. Herc. Prod. p. 520 (inde male Grut. 256, 3); cod. Waelscapple f. 145, cuius scriptor typum Albertianum ad Pighianum emendavit; Smet. 55, 5 (Dionys. Harduinus vidit et descripsit); Capacc. p. 618; Mur. 1047, 3 ex sched. Ambros.; Pratilli p. 149; denique aeri incisam dedit Labus mus. di Mantova I tab. XL p. 172. — Ex Labusio repetivi; v. I. dabo Victorii Manutii Pighii in Hercule Smetii. — 2 ELIO Labus Vict., FILIÓ Pigh., FILIO Man. Smet. — 5 T· Smet. TITIO Vict. — ELIO Vict. — 6 ANTONINÓ Pigh. — 7 CÓS Pigh. — 8 PVBLICAE Vict. Man.

4081 Formiis.

IMP· CAESARI
T· AELIO· HADRIANO
ANTONINO· AVG· PIO
PONTIF· MAXIM
TRIB· POT· XXIIII — p. Chr. 161
IMP· II· COS· IIII
P· P

Manut. orth. 368, 14 (inde Grut. 256, 6 omisso v. ult.). Interpolavit Pratilli p. 149 sic: TRIB· POT· XIIII· IMP· V· COS. IIII.

4082 rep. prope Caietam in ruinis villae, nunc in monasterio S. Angeli PP. Benedictinorum.

.....CAESAR.....
.....O HADRIAN....
.....INO·AVG·PIO·P...
.....VS · PROCVLVS
.....RTI· ET LVG·

Gesualdo p. 22.

4083 Formiis in ara sepulcrali.

D · M
ACASTO· AVG· LIB
PROCVRATORI
PROVINCIAE
MAVRETANIAE
ET· TRACTVS· CAMPAN
NONIA · CRISPINILLA
VXOR · MARITO
B· MERENTI

Ligorius apud Gud. (qui nequaquam vidit) ms. 1459, 1, Grut. 1090, 10 e schedis Sirmondi qui vidit; Pratilli p. 153. — 1 om. Lig. — 6 TRACTV· CAMPAN Sirm., TRACTVS· CAMPANE Lig. — 7 CRISPINILIO Lig. — 9 MAERENTI (om. B) Lig. — Vide ne sit Ligoriana; nullam enim inter Formianas Ligorianas praeter hanc reperi nisi aut ex libris editis descriptam aut falsam; movent me praeterea provinciae procurator libertus et Mauretania cum parte Campaniae nescio quo modo iuncta. Si vidit Sirmondus, actum est; at in ea re vel maxime erratur quod qui lapidem dat eum vidisse credamus. Contra ex Ligorianis hausisse Sirmondum adhuc certe non innotuit.

4084 litt. cubitalibus, Caietae in eccl. cath. ad sinistram turris camp.

L· ATRATIN·

Pratilli p. 142; confirmat Gesualdo p. 17. Inde mausoleum prope Gaetam cuius titulus dudum periit vulgo dicitur *Torre Latratina.*

4085 basis cum statua capite truncata rep. 1739 Castelloni, translata in mus. Borb. ubi extat misc. col. 3.

QVINTO · CLODIO////
HERMOGENiaNo
V· C· CONS· CAMp
ORDO· ET· POPVLus
FORMIANVS
PATRONO·PRAESTan
TISSIMO

Descripsi. Ed. Venuti dissert. sulle scoverte di Ercolano 1748 p. 14; Gesualdo via App. p. 358 cui Barios descripsit; Donatus p. 337, 8. 346, 8 auct. non indic., qui est Gesualdus. Cf. Grut. 353, 2.

4086 Caietae *Panv.;* locum non adscripsit, sed dedit cum titulo Minturnensi n. 4061 *Pigh.* Unde avecta sit, ignoratur.

L· CORNELIO· L· F
SVLLAE· FELICI
DICTATORI
LEIBERTINI

Panvin. fast. ad a. 672 (inde Smet. 84, 12. Grut. 398, 4 Pratilli p. 143); cod. Pigh. Berolin. f. 210. — Damnassem utpote Panvinianam et expressam ad Orell. 567 omnino genuinam, nisi codicis antiqui, unde Minturnenses Caietanasque traxit Pighius, haud spernenda auctoritas titulum tueretur. Panvinium autem cum eius generis codices ut sunt cardinalis S. Crucis Pighii, Redianus Gudii, tum Ligorianas schedas adhibuisse notum est.

4087 basis statuae, rep. Formiis c. a. 1739; extat in mus. Borb. sepulcr. col. 58.

FVLVIAE
AVGVRINIA
NAE C F P HELVI A FIL
DIONYSI CONS VIRI
CORR CAMPAN VXORI
sic FORMIIANI PVBLICE

Descripsi; lege *Fulviae Augurinianae, clarissimae feminae, P. Helvi A. filii Dionysi consularis viri correctoris Campaniae uxori, Formiani publice.* Ed. Venuti dissert. sulle scoverte di Ercolano 1748 p. 15; Gesualdo p. 358 e Venuto; Pococke p. 72; Donatus 337, 8 auct. non indic., imperfectam omnes. Cf. Borghesi apud Cavedon. marm. Moden. p. 295.

4088 Caietae.

NVMMVLA · C · F
MATER · MESSIAE
MESSIA · C · F
QVINTA
SOROR · MESSIAE

Mur. 1718, 2 e sched. suis. — Superne fractam esse addidi. — Cf. Borghesi dipl. di Traiano Decio p. 20.

4089 Caietae loco suo in eximio mausoleo q. d. *la torre d'Orlando* et nunc pro telegrapho est.

L · MVNATIVS · L · F · L · N · L · PRON
PLANCVS · COS · CENS · IMP · ITER · VII · VIR u. c. 712
EPVLON · TRIVMP · EX · RAETIS · AEDEM · SATVRNI
FECIT · DE · MANIBIS · AGROS · DIVISIT · IN · ITALIA
BENEVENTI · IN · GALLIA · COLONIAS · DEDVXIT
LVGVDVNVM · ET · RAVRICAM

Descripsi. Kiriacus apud Mich. Reg. p. 92; cod. Victorii f. 80; Fabric. antiq. 1549 p. 52; Panvin. Roma p. 436 ed. 1558, fast. ad a. 712; Manut. orth. 676, 1; Ursin. de fam. p. 168; cod. Waelscapple f. 120; Pigh. Herc. Prodic. p. 442; Smet. 6, 6 (inde Grut. 439, 8) ab Antonio Morillonio; Capacc. p. 597; Pratilli p. 143; Gesualdo p. 35; Donat. 66, 3 e schedis Gnocchi.

4090 basis cum statua sine capite rep. 1739 Castellone; illata dicitur in mus. Borb., ubi non reperi.

PONTIO · PAVLINO
CONS.........
....
....

Gesualdo p. 358 cui descripsit Barios. — 1 PONCIO Ges.

4091 via Appia prope Formias.

T · FLAVIO
PALATIN
FVSCIANO
TERTIO · LI · AVG · LIB
PROXIM · RATIONAL
ET · A · COMMENTARIIS
PROVINC · BELGICAE
FILIO · PIENTISSIMO
FLAVIA · IRENE · INFELICISSIMA
MATER · FECIT · ET · SIBI · ET · SVIS
VIX · ANN · XXV
M · VII · D · XXVIII
H · M · H · N · S

Grut. 1111, 11 (a Cittadino et Sirmondo). — 'Frater huius TI FLAVIVS CAPITOLINVS Grut. 587, 9.' *Gud. in Grut. ed.* 2.

4092 cippus, Molae *antiquiores omnes*; '*in Castellone in un piedistallo della porta del giardino del duca di Marzano in mezzo all' Appia*' *Gesualdo*; '*esisteva nel principio del villaggio di Mola, nelle antiche fabbriche denominate dal volgo Scuole di Cicerone*' *Ant. Cic.*; idque ipsum Ciceronianum indicavit iam *Harduin.* An Formiana sit, dubito.

L · VARRONIO · L · F ·
PAL · CAPITONI
SCRIBAE AEDILIC ·
ACCENSO VELATO
II VIRO QVINQVEN ·
CVRATORI AQVARVM
PATRONO COLONIAE
ORDO REGALIVM ·
QVORVM HONORE
CONTENTVS SVA PECVN ·
POSVIT · L · D · D · D

Descripsi. Ed. Leand. Alberti descr. d'Italia f. 114; cod. Victorii f. 89 b; cod. Waelscapple f. 119. 160; Panvin. Rom. p. 65. 614 ed. 1558; Manut. orth. 187, 14; Smet. 83, 6 (inde Grut. 483, 3) a Dionysio Harduino qui vidit et exscripsit; Pratilli p. 152; Gesualdo p. 31; Hoare cl. tour. I, 119; ant. Cic. p. 24 n. 8. — 6 VIARVM Prat. ex interpolatione. — De ordine Regalium disputaverunt cum aliis tum separatim comes Troianus Marulli *(lettera all' Ab. Andres* edita in Bibl. Analit. III, 361. IV, 15), qui nihil ad rem attulit, et Ianuarius Grossi (ib. V, 31), qui prope antiquam Ausoniam $\overline{\text{VII}}$—$\overline{\text{VIII}}$ p. a Formiis adhuc extare vicum *Regali* dictum et vetustis ruderibus insignem falso asseverare sciens sustinuit.

4093 Molae in villa Ciceroniana

T · ACILIO · T · F · AN
FLORENTINO
EQVO · PVBL · PRAEF · COH
V · BREVCORVM
FORMIANI · OMNIVM
ORDINVM · VIRI
QVOD · IS · TESTAMENTO · SVO
HS · $\overline{\text{C}}$ · M · $\overline{\text{N}}$ · LEGAVERIT · EX · QVA
SVMMA · TENSAE · MINERVAE
EX · ARGENTI · LIBRIS · CENTVM
cVM PARERGIS SVIS TOtis
factae sunt

Descripsi. Ed. Ant. Cic. p. 27 n. 13 pessime.

4094 basis ingens litteris bonis, Molae. '*La trassi dal muro del podere degli Olivetani, giaceva dirimpetto al cancello della mia villetta.*' *Ant. Cic.* Nunc in villa Ciceroniana.

///L · ARRIO · SALANO
PRAEF · QVINQ · TI · CAESARIS
PRAEF · QVINQ · NERONIS · ET · DRVS
CAESARVM · DESIGNATO · TVB · SAC · P · R
AED · $\overline{\text{III}}$ · AVGVRI · INTERREGI
TRIB · MILIT · LEGION · III · AVGVST
LEG · X · GEMINAE · PRAEF · EQVIT
PRAEF · CASTROR · PRAEF · FABR
OPPIA · VXOR

Descripsi. Cod. Waelscapple f. 160; Manut. orth. 750, 4 (inde Grut. 491, 10); Chaupy maison d' Horace I, 190; Hoare classical tour 1, 120; ant. Cic. p. 12. p. 23 n. 7. — Versus quem Manut. praemittit ....LPO · LIO · L.... cum apud antiquiorem auctorem Waelsc. desit ipsumque Arrii praenomen apud neutrum legatur, ut vix viderint lapidem pleniorem, aliunde adhaesisse videtur.

4095 ad Castellonem in hortis episcopi Laudati Gattano *Vict.*; ad Castellonem in porta hortorum ducis Marzanae *Gesualdo*; nunc in villa Ciceroniana. — In via Appia Ostiam versus *Smet. Grut.* male.

L · BRVTTIO · L · F ·
PÁL · CELERI
EQVÓ · PVBLIC ·
PRAÉF · COH · III ·
AVG · THRAC · EQVIT
L · BRVTTIVS · PRÍMITIVOS
PATER · ET · ÍNSTEIA
MÁTER
FÍLIO OPTIMÓ
P · S · P · L · D · D · D ·

Descripsi. Alberti descr. d'Italia f. 114; cod. Victorii f. 89 b; cod. Waelscapple f. 119. 164; Man. orth. 111, 2; Smet. 91, 2 ab aliis et ab Harduino qui vidit; Grut. 534, 2 a Dionysio Harduino et ex schedis Cittadini; Gesualdo p. 489 (inde Donat. 279, 2, quanquam male Pratillium citat); Zaccaria stor. lett. X, 274; Pococke p. 73 n. 1; Hoare cl. tour 1, 119; ant. Cic. p. 25 n. 9.

4096 Caietae.

D · M
T · FLA · T · F · TALLIONI
MIL · VRB · CHOR · XI · VRB
STIP · XI
Q · B · AN · XXX
FL · ELPIS · MAT · P

Manut. in l. de bello Hisp. c. 13, ex eo Grut. 542, 4 non sine errore.

4097 basis litteris optimis rep. in viciniis Minturnarum in agro q. d. *lo Scarlatto*, prope viam qua Trajetto Frattam itur, inter rudera fabricarum antiquarum, unde transtulit Gesualdo Gaetam in aedes suas quae hodie sunt Caietani Gattolae, ubi adhuc extat. Quo pertineat, dubito; nisi est oppidi nomine *Soli* (quod olim defendi neque nunc improbo praesertim propter *Solanon* apud geogr. Rav. IV, 33 post *Benafron*), certe ad Formias potius pertinere quam ad Minturnas (inter quae oppida interiacet mausoleum unde extracta est una cum sequenti) magistratuum ratio suadet.

C · IVNIO · C · F · ANIEN · TERTI///
EQ · PVBLIC · AVGVR · AED · QVINQ · SOLO
PRAEF · COH · VBIOR · MOES · INFER
IVNIAE · C · F · SATVRNINAE
IVNIAE · COMICE · MATRI
IVNIAE · STACHIDI

Descripsi. Ed. Gesualdo osserv. p. 489 (inde Donat. 290, 3 et Ciuffi Bull. Nap. III p. 104); cuius errorem quod 3 VEIOR dederat, peculiari libello correxit Vernazza q. inscr. *inscriptio Caietana emendata a Iosepho Vernazza*, ipse edidi Bull. Nap. IV p. 67. — 3 SOLO mihi oppidum est, Avellino pro *soli, sine collega*; utraque opinio incerta.

4098 litteris iisdem optimis quibus scripta est praec.; rep. in splendido mausoleo cuius magna pars adhuc exstat sub Trajetto ad viam qua itur ad pagum *delle Fratte*, ubi quidam antiquam Ausoniam fuisse credunt *Ant. Cic.* id est eo ipso loco quo inventa est n. 4097. Nunc exstat in villa Ciceroniana.

C · IVNIO · C · L · DYMANTI
IVNIAE · DONATAE · VXORI
C · IVNIO · C · F · AEM · TERTIO
EQ · PVBLIC · AED · SOLO · AVGVR
C · IVNIO · C · F · AEM · MAXIMO
IVNIAE · C · F · PROCVLAE

Descripsi. Ed. Ant. Cic. p. 28 n. 16 et ex meo apographo Bull. Napol. IV p. 67.

4099 Caietae pro foribus Romani.

D · M
L · VALERIO · L · F · AEM
MAXIMO · STOBIS
MIL · COH · $\overline{\text{VII}}$ · PR
MILITAVIT · ANN · XII
VIXIT · ANN · XXX
CVRAVIT · MILES
TAVRVS
COMMANIPVLARIS

Mur. 863, 7 e sched. suis. — 7 num M · FL pro MILES?

4100 Caietae in turri S. Erasmi.

RIVS · C · F · AEM · GAL
prae F · LEVIS · ARMATVRAE
HISPANIENSIS
VRIVS · C · F · M · N · AEM

Mur. 875, 9 e sched. Ambr. — A dextra et infra fractam esse addidi ego.

4101 Itri in porta *della Costa.*

C · MAGNIVS · M · F · AEM
AEDILIS · ITER

Notarjanni p. 221, cui etsi nulla fides est (v. p. 219), tamen haec non videbatur eiicienda.

4102 litteris vetustis; rep. in parte altissima oppidi Castellone di Gaeta, i. e. in ruinis Formiarum *Ant. Cic.*; extat in villa Ciceroniana.

///L · MESSIVS · Q · F · C · ACILIVS · M · F
cN · MEVIVS · CN · F · AID · MVRVM
ET · AREAM · CLAVDENDAM · EX
SEN · SEN · FACIVNDVM · CVRAVERE
eISDEMQVE PROBAVERE

Descripsi. Ed. Ant. Cic. p. 21 n. 3.

4103 cippus ingens, sed fractus et male habitus et praeterea in media parte columna supra posita tectus, Molae in villa Ciceroniana.

C · LAEVIVS · C · F · H
TRISQ · SVI · HINA
C/////TIVIR · FLAVI
///////////////IF FEC
//*haec pars latet sub*//
//*columna miliaria*//
// *supra posita* //
/////////// // /////INIIS
PROCESSVS///////////
///////////////////////
DI · RISIITVINT
CLARVS · COL

Descripsi ut potui.

4104 Caietae in fragm. columnae duodecim angulorum, quorum quinque muro inserti legi non possunt.

AIΨ	A I B O	N O	. . . . .	E Y	. . . .	. . . . . .
	NOTOC	TOC	NOTOC	POC	T H C	. . . . .
AFRI	AVSTRO	AVS	E V R O	E V	..OLA	SVBSOLA
CVS	AFRICVS	TER	AVSTER	RVS	N V S	NVS

Manut. orth. 26, 11 neque aliter Smet. 36, 3 (inde Grut. 137, 1) a Pighio. C. I. Gr. n. 6181.

4105 Formiis in sacello antiquo in arula.

D· M
TI · CLAVDIO
THRAS*y*L*l*O
AVGVSTALI

Grut. 391, 3 (e ms. cod. Smetii Gutenstenius). — 3 THRASILIO Grut.

4106 litteris pulchris Molae in villa Ciceroniana.

CN· *m*EVIVS · ANTEROS · AVGVST
CN· *me*VIVS· CN· L· FELIX
CN· MEVIVS· *c*N· L· FELIX· MAGNAR
CN · MEVIVS · CN · L· AMARANTVS

Descripsi. Ed. Hoare class. tour 1, 120; Ant. Cic. p. 21 n. 2.

4107 ad viam Appiam prope Formias iacentem vidit *Gud.* '*giaceva sull' Appia nell' antico muro del mio oliveto denominato Vendice, luogo molto distante dalla Torre di Mola, dove il Pratilli asserisce averla veduta*' *Ant. Cic.* Nunc extat in villa Ciceroniana. — Male Capuae in aed. priv. *Scultet.*

A· PLAVTIVS· THEODORI· L· APELLA
MAGISTER · AVGVSTALIS
PLAVTIAE·A·LIB·RVFAE·CONLIBERT·CONCVBIN·PIAE
PLAVTIAE · A · ET · Q · L· FAVSTAE · LIBERT
. . . .
. . . . F CHO. . . . .

Descripsi. Grut. 452, 3 a Sculteto pessime, notans Sirmondi lectionem mancam esse; Gud. ms. 471, 1, ed. in ed. 2 Grut. l. c, qui vidit; Mur. 1992, 1 e schedis Mazziis; Pratilli p. 153; Pococke p. 73 n. 4; Hoare classical tour I, 120; ant. Cic. p. 21 n. 4. — v. ult. C· VIBIO· PVNCHO (EVTYCHO ?) Gud.

4108 urna, quam Roma ex columbario Abucciorum saec. XVII denuo detecto ablatam esse suadent Mur. 1611, 8. 12 aliique tituli similes; olim Caietae in eccl. S. Quirici *Don. Gud.*, nunc Neapoli in villa Heigeliana *Osann.*

L · ABVCCIO · NEREO
COLLIBERTO
SVO· BENE· MERENTI
ABVCCIA· PIERIS

ABVCCIA· PIERIS
SIBI· ET
ABVCCIAE· PRISC
AE · FILIAE · SVAE

Don. XVIII, 32 (inde Mur. 1612, 10. 11) ex antiquo ms.; Gud. ms. 922, 5, ed. 351, 1 ex cod. Redii p. 169 b 3; Osann. syll. p. 544 qui descripsit. — Os. sequor in vv. div. — 1 NERFO Os. — Gud. utroque titulo confuso ABVCCIA·PIERIS semel omittit et legit NERIO et BENEMEREN.

4109 Molae antea in praedio DD. Agresta loco q. d. *Iannola* ad Appiam, deinde in villa Ciceroniana.

P· ACILIO· O*ptat*O
ACILIA· OPTATA· VXO*r f*ECIT

Descripsi. Ed. Ant. Cic. p. 29 n. 18.

4110 litteris antiquis, Molae in villa Ciceroniana.

Q· AELI · Q · L
HERACLID
///AT

Descripsi. Ed. Ant. Cic. p. 27 n. 14.

4111 Caietae prope S. Georgii.

LAEONIAE
VERNAE · DISP · QVI
VIXIT · ANN · LXV
et· EST· CONVERSATVS
SVMMA· SOLLICITVDINE
IN· DIEM· QVOAD· VIXIT
CIRCA · TVTELAM · HO
NORI· AMAZONICVS
AVGG · LIB · PROCVRAT
PATRI · PIISSIMO · CVM
FRATRIBVS · SVIS · B · M · F.

Mur. 961, 8 e sched. suis. — Supra fractam esse addidi ego. — 4 L· F pro ET Mur.

4112 Molae in villa Ciceroniana.

C· ARRIVS· C· L·
LVCRIO · CENT·
LAIS · L · FECIT·

Descripsi. Ed. Ant. Cic. p. 26 n. 12.

4113 litteris magnis et vetustis, Molae in villa Ciceroniana.

Q· L· ISIDOR
Q· ARRI· M· F
*liber*TEIS S*ueis*

Descripsi. Ed. Ant. Cic. p. 30 n. 24.

4114 Caietae in S. Antonii.

DIS · MAN
SEX· BRAETIO· FIDELI
CASSIA· RVFILLA
COIVGI · B · M· FECIT

Mur. 1314, 9 (e sched. fr. Iucundi misit Gorius).

4115 litteris antiquis; redeunti e Formiano Castellonem ad sinistram Appiae *Gesualdo*; '*nel mio podere di Vendice sulla via Appia in un muro reticolato alla distanza di un quarto di miglio della Torre di Cicerone.*' *Ant. Cic.* Itri *Mur.* Nunc in villa Ciceroniana.

Q · CISVITIVS · Q · L·
PHILOMVSVS· MAIOR
Q · CISVITIVS · Q · L·
PHILOMVSVS · MIN
M · VITRVVIVS · M · L
DEMETRIVS· ET
VITRVVIA· CHRESTE
M · VITRVVIVS · M · L
*a*RTEMA

Descripsi. Leand. Alberti descr. d'Italia f. 114 (inde, nempe per Theveti cosmograph. lib. XVII c. 8, Grut. spur. 16, 4; Reines. XV, 6; cod. Waelscapple f. 115. 145); Fabretti 371, 144 ex sched. Barb.; Gud. ms. 465, 4, ed. ind. p. CX qui vidit; Mur. 1578, 1 a Como, 1656, 1 e schedis fr. Iucundi; Gesualdo p. 456; Pococke p. 73; Chaupy maison d'Horace I, 185; Swinburne *travels in the two Sicilies* vol. IV p. 354; Hoare cl. tour I, 117; ant. Cic. p. 26 n. 11.

4116 Formiis in abbatia S. Erasmi Castellonis de Caieta.

TI· CLAVDIO· AVG· LIB· ERASTO
ET · CLAVDIAE · NEREIDI · CONIVGI· EIVS
TI· CLAVDIVS · HYACINTHVS· L
FECIT · PATRONO· SVO
ET · TI · CLAVDIO · EVPISTO · LIB · SVO
V· ANNIS· VII· SIBI· ET· SVIS
LIBERTIS· LIBERTABVS
IN· FRONTE· PED· CV· IN· AGRO· PED· LIIII
HVIC · MONIMENTO · TABERNA · CEDET

Don. XVII, 20 ex veteri ms.; Mur. 997, 11 e sched. fr. Iucundi et e Donio.

4117 Caietae in S. Erasmi.

D· M
COMINIAE· FE
LICISSIME· FE· P
PVBLICIVS · ATTI
CVS· B· M

Mur. 1454, 12 e sched. Ambros.

4118 Caietae in S. Georgii.

DIS· MANIB
CN· COSSVTI
EROTIS

Mur. 1663, 15 e sched. Ambr.

4119 Caietae in S. Ioh. Baptistae.

D· M
C· CVRTIO· ZOTICO
VIX· AN· XV· M· V· D· II
C· CVR*t*IVS· MARINVS

Mur. 1456, 22 (e sched. fr. Iuc. misit Gorius). — 4 CVRIVS Mur. err. typ.

4120 cippus, in ruinis Formianis *Grut.*; nunc Molae in villa Ciceroniana.

D· M
EDIAE DONV
SAE· TI IVLIVS TI F
FAB· IVLIANVS
(in muro latet) MATRI *patera*
PIISSIMAE

Descripsi. Grut. 728, 3 (vidit Scultetus); Gud. ms. 674, 2, ed. 254, 10 qui vidit; Pratilli p. 140 interpolavit; ant. Cic. p. 29 n. 21. — 2 AEMILIAE· DONISSE Prat.

4121 apud Castellonem *Kiriac. Apian.* i. e. Castellonem de Gaeta, nam illic media legitur inter Caietanas. Prope Castellamare in fundo Iohannis Andreae de Duratio *Capacc.*, errore.

CN· HELVIVS· CN· *l*· IOLLA
MEDICVS · OCVLARIVS

Kiriacus apud Mich. Reg. p. 92; Apian. 115, 5 (inde Smet. 168, 5. Grut. 634, 2); Capacc. p. 473. — 1 GN· Kir. utroque loco. — L om. Kir. Ap. — 2 OCVLARIS Kir.

4122 Molae in villa Ciceroniana, ubi ego frustra quaesivi.

LVCCEIA*e*· M· FI*l*
NEPOTILLAE
MATRI· DVLCIS
SIMAE
IVLIVS· VE
RE*c*VNDVS· FIL

Ant. Ciceron. p. 31 n. 26 ita . . . . . ‖ . . LVCCEIAPMFI ‖ . . . NEPOTILLAE ‖ . . . MATRI· DVLCIS‖SIMAE ‖ IVLIVS· VE ‖ . . . REDVNDVS· FIL. . . ‖ . . . . . .

4123 Molae in villa Ciceroniana.

D· M
Q· LVSIO· EVTY
CHETI· MARITO
patera *d*VLCISSIMO· QVI· BI *urceus*
*m*ECV· ANN· XXXXIIII
LVCCEIA· EDEA· MARIT
B· M· F

Descripsi. Ed. Ant. Cic. p. 30 n. 22.

4124 litterae magnae sunt et vetustae. Molae nunc in villa Ciceroniana.

P· MARCIVS· P· L· CHARIE
CORONARIVS · HEIC
SITVS· EST

Descripsi. Ed. Manut. orth. 274, 2; codex Waelscapple f. 161; Grut. 651, 7 e Smetianis; Fabretti 701, 230; Ant. Cic. p. 22 n. 5. — 1 CHARID . . Man., CHARIO . . . W., CHARID Grut. — Grut. solus addit 4 hunc: VIX· ANN· XXII· M· III· D· VI.

4125 Caietae *Grut.*, Molae *Mur.*, Formiis *Poc.*

M E T T I A E
S V C C E S S A E
M E T T I V S
DAMAS
CONIVGI · BENE
MERENTI
FECIT

Manut. orth. 521, 4 (ex eo Grut. 808, 10); Mur. 1377, 6 e sched. Ambr.; Pococke p. 73 n. 5. — 2 SVESIAE Man., SVLENAE Poc. — 5 CONIV· Mur. Poc.

4126 Caietae in eccl. S. Quirici.

DIS· MANIBVS
Q· MINVCI· HERMAISCI· ET· MINVCIAE
EVBVLIDIAE

E cod. Redii p. 169 b. 2. Gud. ms. 948, 7, ed. 326, 4; Mur. 1712, 12 (e sched. fr. Iuc. misit Gor.). — Vv. div. incerta. — 1 om. Mur. — 3 IVBVLIDI codex Redii, EVBVLIDI v. l. ap. Mur.

4127 iacebat ad Appiam paullo ante mil. hodiernum XLIX e regione eremi S. Remigii, nunc in villa Ciceroniana Molae.

SEX · NVMISI· C· F

Descripsi; integra est. Ed. Ant. Cic. p. 32 n. 28.

4128 Caietae in S. Salvatoris.

DIS · MANIB
PLARIAE· EVPHEMES· L
PLARIVS· PRIMVS

Mur. 1594, 11 (e sched. fr. Iucundi misit Gorius).

4129 Molae in aede S. Laurentii *Don.*; Nolae *Mur.* Illud praefero, nam apud Don. praecedit inscr. Formiana.

D · M
STEPHANIDI· PIENTIS· Q· VIX
AN · XXVIIII · M · III · D · XI · ET
EPICTETOCE· CONIVGI· ET· EVSCHEM
FIL· EORVM· EROS· DOMINIS
ET· SIBI· POSQ· EOR

Don. XVII, 21 e veteri ms.; Mur. 1561, 5 e sched. fr. Iuc. mis. Gor. — 2 PIENTISS· Mur.

4130 basis Caietae in eccl. cathedrali *Gud. Don.*, in S. Benedicti *Mur.*

DIS· MANIBVS
C · T E R E N T I O
LOTO
VIX · AN · LVIII
T E R E N T I A · F L O R A
F I L I A · P A T R I · S V O
PIENTISSIMO · F E C I T
ET · TERENTIAE· BERY
L L I D I· M A T R I· E I V S
VIXIT · ANNIS · XXVIII

E cod. Redii p. 169 b. 1. Gud. ms. 922, 4, ed. 260, 8; ex ms. antiquo Don. XI, 50; ex Donio et sched. Ambr. Mur. 1281, 4. — In vv. div. sequor. Mur. — TERRENT- Gud. semper. — 3 ANN· Mur. — 5 BERVLLIDI Gud.

4131 rep. in via Romana post mil. n. L., ubi confinia sunt territoriorum Castellonis et Itri; extat Molae in villa Ciceroniana.

D · M
VALERIAE · SEX · F
VICTORIAE
Q V A E · V I X I T
ANNIS · XIIX
VALERII· NEPTVNA
LIS· ET· HARMONIA
FILIAE · PIISSIMAE
FECERVNT

Descripsi. Ed. Pococke p. 73 n. 3; Ant. Cic. p. 30 n. 23.

4132 Molae in villa Ciceroniana.

V E D I A
V O L V P T A S
FECIT · SIBI · ET
VEDIAE · VENERI · TE
P · OSTIENSI · EPA
PHRODITO · PARENTIB
LIB · LIBERTAB · POST · EORVM
IN · F · P · XX IN · AG · P · XX

Descripsi. Ed. Ant. Cic. p. 28 n. 17.

4133 tab. longa ped. 6, larga 1 ½, litt. pulchris et pedalibus, in ingressu Castellonis sub ponte Rialti.

ex una parte pontis litteris maioribus:

M· VITRVVIVS
. . . .

ex altera litteris minoribus:

EX · TESTAMENTO
M· VITRVVI· M· L· APELLAE
HOC · MONVMENTVM
HER · *e* · N · *s*

Leand. Alberti descr. d'Italia f. 114 (unde pendent Grut. spur. 16, 9 e Theveti cosmogr. l. XVII c. 8; cod. Waelscapple f. 115. 145; Baldus in vita Vitruvii citatus a Gud. in ed. 2 Grut.); Smet. 139, 8 a Pighio vel Morillonio; Grut. 1001, 12 a Pighio; Gesualdo p. 456. — Anticam unus Gesualdo exhibet. — In postica 2 dedi ex Pighio; M· VITRVVII· MEMPILIAE Leand. Alb., M· VITRVVII· M · L · A · I. . . Gesualdo. — 3. 4 om. Pigh. — 4 habet unus Alb. sic: HER· E. N· M (H· E· N· S· S Baldus).

4134 Caietae in S. Angeli.

Q · VOLVSIVS · ANTIOCVS · VALERIA
Ɔ· L· NOBILIS

Ex cod. Red. p. 170 a. 1 Gud. ms. 948, 1 ed. 364, 7.

4135 Molae rep. ad pontem, extat in villa Ciceroniana.

HAEC· EST· QVAM· CONIVX· CONDIDIT
PARCE· OPVS· HOC· SCRIPTOR· TITVLI· QVOD· LVCTIBVS· VRGEN/////
SIC· TVA· PRAETORES· SAEPE· MANVS· REFERAT

Descripsi. Ed. Ant. Cic. p. 29 n. 20; Henzen Bull. 1846 p. 107; Annali XVIII (1846) p. 264; Gerhard *arch. Zeitung* IV, 295; *Rhein. Mus. N. F.* IV, 463.

4136 Molae in villa Ciceroniana.

SILIAQV^{AE}
CONIVGI SVO
TIBVS POSTE
LIBERTIS LILIBER *sic*
· FECIT ·
ONVMENTI· HVIVS
CONCESSIT ·

Descripsi. Ed. Ant. Cic. p. 28 n. 15.

4137 ad Ciceronis Formianum.

INEVNDO

Notarjanni p. 225.

4138 Caietae in cath.

PANDE TVAS PARADISE FORES SEDEMQVE BEATAM
ANDREAE MERITVM SVSCIPE PONTIFICIS
CVLTOR IVSTITIAE DOCTRINAE ET PACIS AMATOR
QVEM VOCAT AD SVMMVM VITA BEATA BONVM
PLENVS AMORE DEI NESCIVIT VIVERE MVNDO
AT FAMVLO CHRISTI GLORIA CHRISTVS ERAT
QVAE MEDITATA FIDES ET CREDITA SEMPER INHAESIT
HAEC TE VSQVE AD CAELOS ET SVPER ASTRA TVLIT
NVMQVAM DE MANIBVS TIBI LEX DIVINA RECESSIT
ELOQVIVM DOMINI VIXIT IN ORE TVO
ROMANAMQVE PRIVS DECORAVIT PRESBYTER VRBEM
CVLMINIS AVCTVS HONOR HIC DEDIT ESSE PATREM
DISTRICTVS SVB IVRE PIO ET MODERAMINE CERTO
VTQVE BONVS PASTOR REXIT AB HOSTE GREGEM
HOSPITIBVS GRATVS SE IPSVM DONAVIT EGENIS
ILLOS ELOQVIO HOS SATIABAT OPE
PRAESVLE SVB TANTO FLORENS ECCLESIA MATER
CREVIT MVNERIBVS CREVIT ET OFFICIIS
VIXIT ANN· P· M· LXX· PRESB· ROMANVS VII
ET IN EP· ANN· XXVII M· X D· XX
REQVIEVIT IN PACE XIIII KAL· NOV
CONS· DECI IVN·

p. Chr. 529

Mur. 421, 1 ex schedis suis. Estne coaeva? Certe episcopi Caietani sexto saeculo nulli fuerunt.

XXVIII. FVNDI. *(Fondi)*

De antiquioribus auctoribus idem fere dicendum est quod praefati sumus in Formianas et Caietanas: *codex Redii, frater Iucundus* a Donio et Muratorio adhibitus, *Manutius, Pighius* cum *Morillonio* exhibent titulos Fundanos. Fundanis etiam *Ligorianis* contineri titulos probos neque tum typis descriptos ut n. 4148 omnino animadvertendum est. Saeculo XVII sequuntur Stephanoniana *Gudii* quaeque *Fabrettus* nescio unde edidit Fundana, bonae frugis omnia, item saec. XVIII *Hoarii* liber, quamquam hic non multum profuit. Complura Fundana exhibet *Francisci Antonii Notarjanni viaggio per l'Ausonia* (Giorn. enciclop. Napol. a. VII. 1813. t. IV p. 151 — 229; item separatim habetur excusum); qui rogatus a Romanellio lapidibus ineditis et male descriptis colligendis et emendandis Fundis praesertim operam dedit, optimo sane instituto, nisi in his quoque infelices fraudes delitescerent. *Augustalem* enim *colonia Neronensi (!) Claudia Aug. Puteolis* n. 707*, titulum *Marti Veneri* dedicatum a *municipibus Fundanis* n. 706*, inscriptionem *(viae) Ap(piae), Brund. Fund. M p . . .* n. 911* nullo pacto hoc unico auctore inter genuinas recipere potuimus, quanquam cum tanta simplicitate a Notarjannio eduntur ut fortasse non tam nos deceperit quam ipse deceptus sit schedis amicorum. Nihilominus insunt in hac sylloge permulta partim aliis testibus partim argumentis partim ipsis exemplorum naevis suave exilitate ab omni fraudis suspicione exempta, neque expuli nisi quae nullo modo sustineri posse videbantur. *Iohannis Sotis* libri duo (*cenno istorico della città di Fondi* Nap. 1838. 8. pp. 58; *memorie sull' antica città di Amicle* s. l. et a. pp. 26) non multum me iuverunt. Meae denique mihi copiae et ipsae exiguam opem tulerunt, Fundos saepius praetervecto neque tamen ibi morato, quare curent qui me sequentur ut stabiliatur tandem huius oppidi res epigraphica adhuc valde incerta.

4139 piscis aereus satis crassus, cuius apparent oculus et squama; deest prima pars capitis et pars posterior tota; postica scripta est; ut cum piscis rectus stat scriptura inversa conspiciatur. Rep. est Fundis, vidi Agnone in Samnio apud negotiantem rerum antiquarum.

conse|IPTES · COSE · T · F|*..... praifecti*
et p|RAIFECTVRA · TOT|*a fundi hospitium*
|/ECERE QVOM · TI C|*laudio? ....*
|N · EIVS · FIDEM · O|*nes nos tradimus et*
COVENVMIS · CO|*optamus cum patronum*
M · CLAVDIO · M F ·|*........ cos* u. c. 571? 588? 599? 602?

Descripsi. Ed. Minervini Bull. Nap. III p. 90 tav. 3 n. 20 aeri incisam; ego Gerhard *arch. Zeitung* IV, 329. — 1 · COSE · est *consensu*. — Ubi nunc apparet ·I·, olim ·T· fuisse puto. — 3 extr. lege aut C aut G aut O. — 5 prima littera potest fuisse S, sed longe probabilius est C; intellige *convenimus*. — Tabula scripta videtur post annum 566, quo recepti sunt Fundi in plenum ius civitatis et redacti in formam praefecturae, ante a. 665, quo mutata est praefecturarum condicio per leges Iuliam et Plautiam Papiriam.

4140 inter Fundos et Itrium media via ad montem saxosum, ubi ruinae veteris sacelli, marmor inter rudera humi iacens.

L · AVRELIVS
AIPOLAVSTVS
PANTOMIMVS
M E M / I V S
MERCVRIO · INVICTO
VOTVM · SOLVIT

Grut. 1016, 1 (vidit Scultetus). Pratilli p. 136. — 4 MEMEIVS Grut.; corr. Scal. ex Grut. 313, 8.

4141 Fundis in aedibus privatis.

VINICIO · COCTAEO · CALAT
VII · VIR · EPVL LIBERTO
OPTIMO · PATRONVS

Smet. 45, 3 a Morillonio; e Smet. Grut. 307, 6; inde per Falconerium Fabrett. 703, 241.

4142 extra Fundos in porticu aedis S. Francisci in columna *Smet.* '*fuori la porta di Napoli nella chiesa de' PP. Francescani capovolta nella destra colonna del periptero*' *Sotis*, quod idem est.

DO*MITIAE*
PAVLINAE · SO*RORI*
IMP · CAES
TRAIANI · HADR*IANI*
AVG · *P* · *P*
FVNDAN*I*
D · D

Codex Redii p. 177 b. 1 apud Gud. ms. 1081 solus integram habet versuum ordine fere retento; fractam Manut. orth. 368, 16; Ligorius citatus in ed. 2 Grut.; Smet. 53, 5 (inde Grut. 252, 4, ex Grut. Pratilli p. 134) a Pighio, cuius exemplum legitur etiam apud Waelsc. f. 112; Sotis Fondi p. 53. — Quae litteris inclinatis dantur, supplevi ex cod. Redii; quamquam eadem ex supplemento dederunt ad 1. 2. 4 Man. Lig., ad 6 Lig. — 1 DOMITIAE cod Red. Lig. Sotis, DOMINA... Smet., DOMINAE Waelsc. Man. — 2 SOR... Sotis. — 3 IMPER Sotis. — CAE... Sotis, CAESAR Waelsc., CAESARIS Lig. — 4 HADR om. Sotis. — 6 om. Sotis.

4143 in castro Monticelli in via Appia.

P · BRVTTIVS · P · F · VEL · GRATVS
DOMO · AQVILEIA
7 · COHORT · Ī · PRAET

Mur. 800, 1 (e sched. fr. Iucundi per Gorium).

4144 Fundis.

T · FLIAL · PHOEBIANO · C · L
FVNDANI

Gud. ms. 948, 5 e cod. Redii p. 177 b. 2. — num T · FL · PAL · PHOEBIANO?

4145 Fundis in S. Mariae.

D · M
T · FL · GEMINO · Q · Q · AVGVRI
DIGNO · QVI · VIXIT · MECVM
ANNIS · XXV · AVR · ZOSIM
F · B · M

Don. IV, 30 (e libro vet. ms.); Mur. 169, 9 (e sched. fr. Iucundi misit Gorius). — 2 TI · FL · Don. — 4. 5 ZOSIM · F || BENEMERENTI Don.

4146 Fundis in ea muri parte quae ex reticulato est *Smet.* Fractam in hortis urbanis Iosephi Cantarano vidit *Not.*

Q · GAVIVS · Q · F · NAVTA
M · G A V I V S · C · F
C · B R A C C I V S · C · F
AED · EX · S · C · FAC · CVR
EIDEMQVE · PROBARVNT

Smet. 7, 7 (inde Grut. 167, 11) ab Ant. Morillonio et aliis. Pratilli p. 133. Notarjanni p. 209 hoc fragm. affert: CAIVS C...|| BRACCIVS C....|| AED · EX · S · C....| EIDEMQ. PROBAR.....|| unde p. 214 inscr. Smetianam emendat.

4147 Fundis '*subito entrata la porta odiosa in un cortiletto.*'

M · NELLIVS · M · F
A · OCTAVIVS · C · F
L · VRSIVS · A · F
AID

Notarjanni p. 212. Videtur genuina.

4148 Fundis in arcu portae ad septentrionem ex lap. Tiburtino q. d. *la Portella.* — Terracinae in porta Portellae *Lig.*

L · NVMISTRONIVS · L · F · DECIAN
C · LVCIVS · M · F
M · QVINTIVS · L · F · MESS
AEDILES · PORTAS TVRREIS
MVRVM · EX · S · C
FACIVND · COERARVNT
EIDEMQ · PROBARVNT

Smet. 7, 6 ab Ant. Morillonio; corrector Smetianus in exemplo bibl. Borbonicae; Ligor. apud Gud. ms. 1656, 5, ed. 73, 7; Grut. 168, 1 e schedis Cittadini qui vidit et Morillon.; Pratilli p. 133 qui interpolavit (minora eius neglexi): Hoare class. tour I, 106; Sotis Fondi p. 8. — Smet. et Lig. vv. aliter dividunt. — 2 LVCCIVS Lig. Smet. corr. Smetn Prat. — M · L · FELIX pro M · F Prat. — 3 M · FVNTIVS corr. Smet., RVNTIVS (om. M ·) Lig. recte fortasse. — C F Smet., L · N Lig. pro L · F. — MESS om. Smet. MESSOR Prat. — 4 AED Lig. AEDES Smet. Hoare. — TVRRES Smet corr. Smet. Hoare. — 6 FACIVNDVM Smet. corr. Smet. — CVRARVNT Solis. — 7 EISDEMQVE Smet. EIDEMQVE Hoare Sotis. — PROBAVERVNT Sotis.

4149 Fundis in muro sanctimonialium *Fabr.* in angulo ad orientem *Not.*

L · R V N T I O · L · F · A E M
GEMELLO
AEDILI · II · QVINQ
QVOD · CVRAM · MVNERIS · PVBLICI
SPLENDIDE · ADMINISTRAVERIT
FVNDANI · AERE · CONLATO
L · D · D · D

Fabrett. 643, 368; Notarjanni p. 209; Sotis Fondi p. 9. — 3 QVINQVE Fabr. — 4. 5 QVOD · CVRAM · MVN (MVNE Not.) | PVBLICI · SPLENDIDE || ADMINISTRAVERIT (—RVNT Not.) || Not. Sot. — 6 COLLATO Fabr. — 7 I · D · D · D Not., D · D · D · (om. L) Sot.

4150 Fundis in turri prope domum episcopi *Don.* nella torre meridionale del Riparo *Not.*

C · VALERIVS · C · F · TRIARIVS
M · RVNTIVS · L · F · MESSIA*nus*
ITER · C · AFIEDIVS · C · F · SEXSTI*anus*
AED · EX · S · C · F · LOCAVERVNT
M · RVNTIVS · L · F · MESSIANVS
...........V· O...

Tauler. p. 196 n. 38.

4590 Atinae in collibus fl. Melfi.

....HIS...
...ANCI...

Tauler. p. 196 n. 43.

4591 Atinae in eccl. S. Rochi

........M
....O· FILIO· PIENTISSIMO
.....IVGI· BENE· MERENTI
FECIT

Tauler. p. 187 n. 1, qui puncta posuit in fine 1.

4592 Atinae in angulo aed. Thomae Maselli.

...C· LVC· C·F·C·L...
...APRODISI...
....
....

Tauler. p. 194 n. 31. Vid. leg. C· LVCCEI· C· L· APRODISI.

4593 Atinae *nella cantina di Pietro Mancini.*

ACCO...
ACCON...
ELIAF...
ERTIA....
ILLIA...
ELIAEC...
FI· PI....

Tauler. p. 195 n. 35.

4594 Atinae apud Antonium Dragonetti sacerd.

...FELICIS MAT· DIANA.....
....ET SVLPICIANAE....

Tauler. p. 197 n. 46.

4595 Atinae pone altare maius eccl. S. Caroli.

S· AMENIO FIERI...
IVSSIT......

Tauler. p. 198 n. 52. Lege TESTAMENTO

4596 Atinae ubi dicitur la Veduta di Cancello.

...INV· MVNAC· P....
....XVI....
...V· ST.....

Tauler. p. 164.

4597 in lap. magno prope fontem ad portam del Cancello.

...N· FR· P· XIIII· IN...
AG· P· X.........
....

Tauler. p. 192 n. 22.

4598 Atinae in via Leonis.

INIP· IXIIX...
....

Tauler. p. 191 n. 16; scr. IN· FR· P· XIIX.

4599 Atinae in moenibus in angulo turris prope portam della Fontana.

IN· A....
P· XV....
....
....

Tauler. p. 188 n. 3.

4600 Atinae in aed. Tutinelli.

MACERIA
IN· PRIVATO

Tauler. p. 196 n. 39 qui infra more suo duo versus punctis explet.

PARS SEXTA.

SAMNIVM.

Fines provinciae Samnii demonstrantur cum a lapidibus tum ab auctoribus. Ad illos re exacta et examinatis praesidum Samniticorum titulis, quod facile fieri potuit cum Samnio qui praeesset magistratus, vicinarum provinciarum praepositis excepto Valeriae praefecto dignitate inferior, rectoris vel praesidis generali appellatione contentus fuerit, cumque unius ex iis Fabii Maximi v. c. rectoris a. p. Chr. 352 supersint in compluribus oppidis tituli non minus undecim, inventum est fuisse sub hoc praeside cum Samnium quod proprie dicitur, cuius sunt Aesernia et Saepinum, tum Campaniam versus oppida Venafrum Allifas Telesiam, item ab altera parte totum agrum Frentanum a Teano Apulo ad Histonium et Anxianum. Contra meridiem versus Beneventanos fuisse sub consulari Campaniae lapides complures demonstrant. Ad septentrionem Iuvaviam, quae fuit a dextra Sagri fl., Samnii fuisse comperimus, deinde vero lapidum certo auxilio plane destituimur, cum nec Marrucini nec Paeligni adhuc praesidis lapidem ullum dederint. — Quod si libros circumspicimus, auctor Romanus qui divisionem provinciarum Italiae quarto demum saeculo ineunte institutam diligenter et plene adumbraverit extat nullus, excepto fortasse libro coloniarum, cuius codices Gudianus et Palatinus exhibent *civitates regionis Samnii* (p. 259. 260 Lachm.), hoc est et proprie Samniticas Aufidenam Bovianum Aeserniam, et Frentanas Anxianum Cluvias Histonium Iuvaviam Larinum, et Paelignas Corfinium Sulmonem. Deinde barbaros si audimus, geographus Ravennas IV, 29 simpliciter ponit Samnium (ita enim scribendum esse pro Campania nuper docuit liber Guidonis Bruxellensis) cum urbe Benevento. Diligentius Paullus Diaconus hist. Lang. II, 20 Samnium ait incipere a Piscaria amne, et esse ibi urbes Beneventum Samnium (?) Hiserniam Aufidenam Theate. Qui quod Beneventum Samnii caput volunt, lapidibus id refellitur; de Paelignis magis anceps quaestio est, obstat enim scriptori qui contribuit cum Samnio par maiorve auctoritas alterius loci eiusdem libri coloniarum, ubi dantur Valeriae. Donec existant certiora argumenta, placuit describere Valeriam ad hanc quam modo indicavi formam; contra in Marrucinis cum nihil obstet, Paulli Diaconi qualicunque auctoritati obtemperare non dubitavi. Ceterum alio tempore alios fines Samnii esse potuisse non nego; sed demonstratione opus est, antequam eiusmodi mutationem admittamus.

I. VENAFRVM. *(Venafro)*

Venafranarum inscriptionum, quae multae sunt eaeque neque negligentia neque fraude unquam magnopere corruptae, viris doctis ante Muratorium perpaucae innotuerunt. *Codex Iucundi* a Fonteio et Muratorio adhibitus, *codex* nescio qui *Donianus*, denique codex saec. XVI scriptus unde excerptas regni Neapolitani inscriptiones misit mihi humanissime apud quem hodie extat comes *Orti* Veronensis, soli ex antiquioribus exhibuerunt titulos aliquot Venafranos neque nisi unum captum videlicet ex codice eiusmodi edidit Manutius, nullum omnino Smetius cum amicis. *Gudius* aliquot accepit a Stephanonio paucos et exiles. Iustum numerum primum edidit *Muratorius*, quos miserat Ignatius Maria Como, excerptos scilicet ex schedis Venafrani cuiusdam haud indiligentis viri, fortasse primicerii *Ludovici Vallae* qui vixit adbuc a. 1656; cuius codicem *notizie patrie* inscriptum vidit qui statim nominabitur Cotugno in tabulario montis Casini signatum n. 76. — Vallam excepit primicerius *Monachetti*, cuius libri *memorie istoriche di Venafro* a. 1693 scripti exemplum non auctoris manu exaratum ipse Venafri usurpavi. Monachettius semel n. 4720 citat schedas Leonardi Antonii Sessale. Monachettium Cosmus qui eum secutus est subinde adhibuit eodemque usum esse apparet Ughellium in Italiae sacrae ed. 2. — Secutus est *Cosmus de Utris* iureconsultus, qui annos natus octoginta quattuor mortuus est a. 1834, vir optime meritus de patriis antiquitatibus et diligens lapidum descriptor, e cuius voluminibus septem quae de antiquo Venafro reliquit nunc a Melluciis adservatis id quod inscriptiones continet humanissime possessores mecum communicaverunt, cuius beneficii memoriam obscuravit, non extinxit epistola Iosephi Mellucci ad Kestnerum scripta *sulla lapida aquaria di Venafro* (Nap. 1848), qua accusavit me expilatarum schedarum Cosmi de Utris nomine suppresso. Quas expilasse me tantum abest ut diffitear, ut recte et optime factum defendam; nomen suis locis invenietur, edicti autem aquarii neque notitiam ei neque lectionem acceptam refero, neque potest quin rideat qui meum exemplum cum Cosmiano a Melluccio edito contulerit, errorem Melluccii (nam se magis quam alios decepisse videtur) qui meum ex Cosmiano vult fluxisse. — Edidit inscriptiones Venafranas *Gabriel Cotugno* canonicus cathedralis ecclesiae (*memorie storiche di Venafro* Nap. 1824. 8.), qui adhibuit schedas Vallae et Monachettii (quamquam hunc si recte notavi nunquam citat) et de Utris. — Auctores hi Venafrani omnes, anonymus Muratorianus et Valla (nisi idem est) et Monachetti et de Utris et Cotugno ita scripserunt ut qui post veniret a prioribus permultos titulos sumeret; quod probe tenendum est, ne consensu earum decipiamur. Plurima ab aliis habuit Cotugno, quo facile carere potest cui Monachettium et Cosmum usurpare licuit; ceterum etsi omnes probi homines neque indiligentes fuerunt, tamen maximae laudes debentur Cosmo de Utris. — Ipse Venafri per aliquot dies non sine fructu lapidibus indagandis et describendis vacavi.

Vicus Rufrae situs ad S. Felicis prope Presenzanum inter Casinum Venafrum Teanum Suessam prope flexum viae Latinae Casino Venafrum, cui oppido attributus fuerit ignoratur; paucos titulos ibi repertos compositos subiunxi Venafranis, eo maxime motus ne divellerem n. 4604. 4735.

4601 lapis altus palm. 7, largus palm. 4½, extat Venafri ante oppidum in villa rustica.

.... *1 et 2 videntur scripti fuisse* ....
.... *litteris maioribus* ....
VENAFR...
LIB ....
....
..............................QVE AQVA...................................
QVI RIVI..............................ER7ATISIICA.................................
..............................NDA /// AVSA...................................
..............................FACTVM EST II................... AQV..
REFICERE REPONERE RESTITVERE SARCIRE SEMEL· SAEPIVS F/////AS CANALES
TVBOS PONERE A/C//V....MTTIERE· SIVE QVID ALIVT EIVS AQVAE DVCE/
DAE CAVSA OP...........IA////DVM QVI LOCVS AGER IN..................
///RINT· LET...................TVR· V// IN EVNDO QVI L· POMPEI· // AVIIAE
EST· ESSEVE D...................ALIL/S· SSE PER QVEM LOCVM SVAVIQVORECT/
SPECVS EIVS AQV.......................A CERTA PARSVI/ QV/I EIVS...........
AIIII..............................QVAM SPECVS REFICIVNDI AVT INS . . . .
..................................QVO MINVS EA AQVA IRE FLVERE......POS
..............................DEXTRA SINISTRAQVE CIRCA EVM R//OM....Q//
....RIS ACTA SVNT OCTONOS PEDES AGRVM
....................................LOCVM VENAFRANIS EIVE QVI VENAFRANORV/
.................................EIVS AQVAE DVCENDAE OPERVMVE EIVS· AQV//
.............................CIENDARVM QVOD EIVS SDM FIAT IVS SIT LICEATQVE
................................FACIENDAE REFICIENDAE CAVSA OPVS ERVNT QVA/
..................................ADFERRI ADPORTARI QVAEQVIINDECVMI/'M/VNI
QV....................R DEXTRA SINISTRAQVE P VIII FACERE DVM OB EA/ R/S PAMN
.............................C//IITTATVR EARVMQVE RERVM OMNIVM ITA ......ARVM
....N........
NVC.....CVIVS AGRI LOC/V/ //R QVEM AGRVM LOCVMVE EA AQVA///////
DVCTVI......IVSITACMIVS OB ID OPVS MINVS EX AGRO SVO IN PARTEM AGRI
QVAM /I/ANSIRE TRANSFERRE.......RECTE POSSIT NEVE CVI EORVM PER QVO
RVM AGROS EA AQVA DVCITVR EVM AQVAE DVCTVM CORRVMPERE ABDVCERE AVER
TERE FACEREVE QVO MINVS EA AQVA IN OPPIDVM VENAFRANORVM RECTE DVCI
FLVERE POSSIT LICEAT////
QVAEQVE AQVA IN OPPIDVM VENAFRANORVM IT FLVIT DVCITVR EAM AQVAM
DISTRIBVERE DISCRIBERE VENDVNDI CAVSA AVT EI REI VECTIGAL INPONERE CONSTI
TVERE· IIVIRO· IIVIRIS· PRAEFEC· PRAEFECTIS EIVS COLONIAE EX MAIORIS PATRIS DECVRI
ONVM DECRETO QVOD DECRETVM ITA FACTVM ERIT CVM IN DECVRIONIBVS NON
MINVS QVAM DVAE PARTES DECVRIONVM ADFVERINT LEGEMQVE EI DICERE EX
DECRETO DECVRIONVM QVOD ITA VT SVPRA SCRIPTVM EST DECRETVM ERIT IVS PO
TESTATEMVE ESSE PLACET DVM NE EA AQVA QVAE ITA DISTRIBVTA DISCRIPTA DEVE QVA
ITA DECRETVM ERIT ALITER QVAM FISTVLIS PLVMBEIS D· T· AB RIVO P· L· DVCATVR NEV/
EAE FISTVLAE AVT RIVOS NISI SVB TERRA QVAE TERRA ITINERIS VIAE PVBLICAE LIM/
TISVE ERIT PONANTVR CONLOCENTVR NEVE EA AQVA PER LOCVM PRIVATVM IN
VITO EO CVIVS IS LOCVS ERIT DVCATVR QVAMQVE LEGEM EI AQVAE TVENDAE ON/
RIBVSVE QVA /////////// DVCTVS VSVSVE CAVSA FACTA SVNT ERVNT TVENDIS
..........................V DECRETO QVOD ITA VT· S· S· E· FACTVM/// DIXERI //
..........................MOMO/////SIPLACFB..........................
quattuordecim versus prorsus evanidi
/////////////T AGENT /VM QVI INTER CIVES ET PEREGRINOS IVS DICET//DECIV/
///////////MINE INQV EAS RES HS X̄ REDDERE TESTIBVSQVE DVM TAXAT X DENVN/
////////////PLACET DVM RECIP//ATORVM REIECTIO INTER EVM QVI AGIT ET
EVM QVOCVM AGITVR ITA FI.................NAE DE PVBLICIS PRIVATIS EA DIE
LICEBIT OPORTEBIT

Descripsi summo labore loco incommodo; neque frustra iterum conferetur a lectore perito. Edidi partem in Gerhardi *arch. Zeitung* IV, 373 et Bullett. 1846 p. 164, integram cum commentario *Zeitschr. für gesch. Rechtswiss.* vol. XV p. 287—326. Bullett. 1850 p. 44—63. Exemplum pessimum codicis Cosmi de Utris nuper edidit Iosephus Mellucci epistola supra citata. Ex quo informi exemplo ne quis iudicet de fide Cosmi; etsi enim titulo huius generis, quo lectu difficiliorem vix ullum vidi, describendo impar fuit, tamen in titulis quos quivis legat qui oculos habet et mentem, recte plerumque officio functus est. Adscribam denique edictum litteris vulgaribus ita ut in ephemeridibus supra citatis rationibus expositis a me restitutum est. Quae uncis inclusi a me suppleta sunt; lineae totum versum deficere indicant, puncta versus partem aliquam.

— — | Venafr.... |
Lib[eralitate imp. Caesaris Augusti] ...... | — | ... [ea]que aqua... |
Qui rivi .....ert(?)atisiica...... | ....[faciundae reficiu]nda[e c]ausa..... | ....[opus, quod] factum est in [usum eius] aqu[ae,] | reficere reponere restituere sarcire semel saepius, f[istul]as canales | tubos ponere a.c.u... [immi]t[t]ere (?) sive quid aliut eius aquae duce[n]dae causa op[us erit facere ius sit lic]ea[tque;] dum qui locus ager in[de facti | fue]rint [d]et[eriores, damnum recte sarcia]tur u[t] in [f]undo qui L. Pompei [L. f. Ter. N]avitae (?) est esseve d[esiit factum est fietve]...alil.s s(upra?) s(criptum?) e(st?). Per quem locum [q]uav[e]quo rect[e] | specus eius aqu[ae factus est, familia public]a certa parsve qu[a]e eius [familiae ne] | a[liter ad eum locum accedant] quam specus reficiundi aut ins taurandi | causa. Ne quid fiat, quo minus ea aqua ire fluere [duci] pos[sit, ex utraque parte] dextra sinistraque circa eum r[iv]om [qua a]q[uae | ducendae causa muri facti specave sub ter]ris acta sunt, octonos pedes agrum | [vacuom relinqui placet; neque ad eum] locum Venafranis eive qui Venafranoru[m | oppidum inhabitat adire accedere nisi] eius aquae ducendae operumve eius aqu[ae | ductus causa viarumve faciendarum refi]ciendarum, quod eius s(ine) d(olo) m(alo) fiat, ius sit liceatque. | [Quaecunque eius aquae ducendae viaeve] faciendae reficiendae causa opus erunt, qua[m | rem ita uti s(upra) s(criptum) e(st) facere licebit,] adferri adportari; quaequ[e] i[bi? s]ecum i[ta?] im[p]un[e] | qu[is attulerit tollere; ite]r dextra sinistraq. p(edes) VIII facere, dum ob ea[s] r[e]s damn[um iniuria .... ne] c[om]mittatur; earumque rerum omnium ita [facien]darum | [ius potestatemque esse placet] ....n.... | nuc.... [Ne] cuius agri loc[i]v[e, pe]r quem agrum locumve ea aqua [it fluit] | duc[i]tu[r, ... domin]us ob id opus minus ex agro suo in partem agri | quam [tr]ansire transferre [eoque uti] recte possit; neve cui eorum, per quo[rum agros ea aqua ducitur, eum aquae ductum corrumpere abducere aver tere facereve, quo minus ea aqua in oppidum Venafranorum recte duci | fluere possit, liceat. |
Quaeque aqua in oppidum Venafranorum it fluit ducitur, eam aquam | distribuere discribere vendundi causa aut ei rei vectigal inponere consti|tuere, IIviro IIviris praefec(to) praefectis eius coloniae ex maioris partis decuri|onum decreto, quod decretum ita factum erit, cum in decurionibus non | minus quam duae partes decurionum adfuerint; legemque ei dicere ex | decreto decurionum, quod ita ut supra scriptum est decretum erit, ius po|testatemve esse placet; dum ne ea aqua, quae ita distributa discripta deve qua | ita decretum erit, aliter quam fistulis plumbeis d(um) t(axat) ab rivo p(edes) L ducatur; nev[e] | eae fistulae aut rivos nisi sub terra, quae terra itineris viae publicae lim[i]tisve loco erit, ponantur conlocentur; neve ea aqua per locum privatum in|vito eo, cuius is locus erit, ducatur. Quamque legem ei aquae tuendae o[pe]|ribusve, qua[e eius aquae] ductus ususve causa facta sunt erunt, tuendis | [ex maioris partis decurionu]m decreto, quod ita ut s(upra) s(criptum) e(st) factum [erit], dixeri[nt, | eam legem ratam fir]m[a]m[que es]s[e] place[t] ...... | — — — — — — — — — — — — — — — [praetorem ad quem | in ius ibun]t agent, [e]um, qui inter cives et peregrinos ius dicet, [iu]d[i]ciu[m | reciperatorium eo no]mine inqu[e] eas res HS X̄ reddere, testibusque dum taxat X denun|[tietur facere] placet, dum recip[er]atorum reiectio inter eum qui agit et | eum quocum agitur ita fi[at, ne minus fiant qu]ae de publicis privatis ea die | licebit oportebit.

4602 cippi positi iuxta aquaeductum altum palm. 7, latum p. 3, cuius vestigia a Venafro ad fontem usque Volturni per XIV p. apparent; vide quae dixi *Ztschr. für gesch. Rechtswiss.* XV, p. 291. Duos novit *Monach.* et per eum *Ugh.*, unum positum in oppido Colli (VI p. ab Isernia prope abbatiam S. Vincentii in Volturno) ante portam oppidi *nella selciata*, alterum in pago Puzzilli II p. a Venafro *posta per pezzo di un uscio ad un pagliaro*, tertium vidit *de Utris* prope Venafrum *sul Colle de' Vescovi*, *ego* quartum (nisi idem est ac tertius) Venafri *nella masseria di Civita nuova*.

IVSSV· IMP· CAESARIS
AVGVSTI· CIRCA· EVM
RIVOM· QVI· AQVAE
DVCENDAE· CAVSA
FACTVS· EST· OCTONOS
PED· AGER· DEXTRA
SINISTRAQ· VACVVS
RELICTVS· EST

Descripsi. Cod. Monachetti, ex quo edidisse apparet Ughellium Ital. sacr. VI, 582; citat Mazoch. amph. Camp. p. 54; Mur. 441, 5 a Como; cod. de Utris; Cotugno p. 255; ipse edidi *Zeitschr. f. gesch. Rechtswiss.* XV, 292.

4603 parva columna, rep. 1780 in massa Bocchini *de Utr. Cot.*; '*oggi fabbricata non apparisce*' de Utr. Reperit tamen denuo Garruccius.

VECTIGAL
COL· COL· IVL
VENAFRI

Cod. de Utris; Cotugno p. 83; Garruccius misit Borghesio. — Cot. vv. non divisit. — 1 ..ECTIGA.. Garr. — 2 IVL Cot., IVI 'sic errore quadratarii' de Utr., IV.. Garr. — 3 VENAFR Cot., VENAER 'sic err. quadr.' de Utris. — Pertinere ad aquae ductum suspicatus sum *Zeitschr. f. gesch. Rechtswiss.* XV p. 317.

4604 Venafri in aedibus olim Carmeli et Felicis Iorio *nel taglio del coverchio marmoreo di una cassa de Utr. Cot.* Frustra quaesivi loco indicato.

M· D· D· D· SABIDIA· T· F· CORNELIA· CAEPIONIS

Cod. de Utris; Cotugno p. 291. — Eidem deae ab eadem femina dedicatus est titulus Rufranus n. 4735.

4605 olim Venafri nel Vorlascio *Cot.* rep. ad amphitheatrum a. 1719 *de Utr.*

NEMESI· SANC
SACR
Q· PONT· EVSCHE
MVS· V· S· L· M

Cod. de Utris; Cotugno p. 87. — 3 PONTEVS· CHE traditur.

4606 Venafri.

C· VETEDIVS· IVSTVS
V P C
HOC· VETEDIVS· SIGNVM
GANIMEDES
CIVITATIS· ET· CIVIBVS
DEDIT

Codex Orti saec. XVI f. 140a in serie titulorum, quos genuinos esse et pertinere ad Venafrum constat. Versuum divisio incerta est. Nolui expellere, quamquam minime mihi constat de sinceritate, ut mendas omittam.

4607 Venafri in massa Cosimi Martone sub rupe Pipirozzi.

NEDIMI· SER
M· A· G·
CAMILL ARrVNTIO· COS   p. Chr. 32
D· D

Cod. de Utris, a quo pendet Cotugno p. 285. — ARVNTIO auctores. Ceterum fracta et corrupta est epigraphe.

4608 Venafri in massa Lucenteforte (olim Integlia) *Valla Mon. de Utris*, ubi ego frustra investigavi.

COLLEGIVM
CVLTORVM
BONAE· DEAE
CAELESTIS

Mur. 181, 9 a Como; cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 84.

4609 Venafri in villa Cimorelliorum.

M· ANI
NIVS· CRESCE///
LOCVM· MILLE· P//A'/
AMICITIAE
HERCVLANI
ORVM

HERVIANI

Descripsi. Cod. de Utris; Cotugno p. 290, qui addidit versum 8 .... ORVM, contra ms. de Utris et me.

4610 Venafri sub aedibus Michaelis Saraceno qui fuit.

AMICITIAE
HERCVLIS
NERIANI
iN· FR· P· C/

Descripsi. Cod. de Utris; Cotugno p. 301.

4611 olim Venafri *nel casino del Sig. Macchia.*

CVLT· IOVIS· CAE
C.....ALVS· IVSTVS
C· BALBIVS· SPERATVS
..VENAFRANVS· DIOgENeS
.....DIVS· CEST.....
C· DISTVBVANVS· IANVARIuS
..CLODIVS· PRIMIgENiVS
........ADIECTVS
........SECVNDVS
...ANVS· pRIMIgENiuS
........SVCCESSVS
.....IVS· ANTIgONVS
.....VI· VNAT.......
.......FONTANVS
.......SATVRNIVS
.......RESPECTVS
....ENNIVS· VERVS

Codex de Utris, inde ut ipse ait Cotugno p. 91, cuius errores omitto. — 4 DIOCENS; 6 IANVARIS; 7 PRIMIVENVS; 10 ERIMICENS; 12 ANTIBIONVS de Utris.

4612 Venafri in muro hortorum Montis Casini hodie Ianuarii de Lellis.

D· M· S
CVLTORES
COLLEGI
PROMES

Descripsi. Mur. 181, 5 a Como; cod. de Utris; Cotugno p. 277. — 4 PROMES lapis omnino, quamvis male habitus est, non P· ROMES ut habent Mur. Cot.

4613 olim in vico Capriati a Venafro orientem versus trans Volturnum.

D· M· S
CVLTORIBVS
SATVRNI
IN· FR· P......
IN· AC.......

Mur. 181, 2 a Como; cod. Monachetti; ex eo et schedis Vallae Cotugno p. 193. — 4. 5 || IN· AGR· P· IIII | IN· FR· P· IIII Mur., quod spatium non sufficit collegio. — 5 AG· P.... Mon.

4614 Venafri, a Ferrarella *nel maggior fenile sulla soglia dell' uscio a destra dell' entrata Mon.* Male ad Augustam Taurinorum refert *Mur.*

CVLTORIB
FABRORVM
LOCVS· D
A· M· FVLVIO
MARCELLO

Descripsi. Mur. 182, 3 ex Guichenonio quem male pro Como nominat; cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 85.

4615 litteris magnis, Venafri rep. in foro, extat ad pontem novum q. d.

COLLEGIO
FAMILIAE
PVBLICAE

Descripsi. Cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 86.

4616 litteris antiquissimis, extra Venafrum in ruderibus eccl. S. Donati.

ALEI· IN· VENERIEIS
MIHEI· CONTRA· RI

Descripsi ego sollicite.

4617 Venafri ad stabulum porcorum Capucinorum, basis.

STATVAM· AVIONIO
IVSTINIANO· PRAESIDI· PRO
VINCIAE· SAMNITIVM· RE
LVCTANTI· CONGREGATA
OMNI· MVLTITVDINE· CIVITA
TIS· FVSIS· PRAECIBVS· VT· SVSCI
PERET· VENAFRANAE· VRBIS· POPV
LVS· CONLOCAVIT· OB· MERITA· QVI
BVS· CVM· SPLENDIDISSIMO· OR
DINE· STATVM· IAM· CONLAPS
SVM· PRO· BEATITVDINE· SAECV
LI· REPARAVIT

Descripsi. Cod. de Utris; Cotugno p. 199. — 1 ANTONIO deprehendisse se testatur Garrucci, sed AVIONIO legi ego cum hic post Cotugnum et de Utris tum in Anxanensi n. 5292 latetque idem in AVIENO S. ANTONIO Aeserninae n. 5017.

4618 Venafri.

l· gab|INIO· L· F· TER
cosmian|O· TRIB· LEG· VI
|FLAM· PONT· P· COL
macrini her|MOGENIANI· C· V· PRO
consulis |AFRIC· CONSOCERO· PAt
..gabini te|R· ASPRI· PON· AVGVR
a patrimoni|O· AVGG· NN· ET· GRAPH
imp· antoni|NI· PATRONO· COL· TRI
dent· avo. .g|ABINI· VINDICIS· POMPE
iani patr· e|T· CVR· RERVM· PVBL
munic· prive|RNAT· ET· INTERAMN
lirenat· ad|VOK· SPLENDID· COLON
? venafra|IOR· ET· CASINATIVM
quod operib·|PVB· NON· SOLVM
servandi|S· VERVM· ET· AVGEN
dis omnem|SOLLICITVDINEM
intenderit f|ORMAMQ· AQVAE
ductus...|DINI· INCVRIA· CON
lapsam sin|gVLARI· INNOCEN
tia afflicti|S· REIP· VIRIBVS· RES
ti|TVERIT
interamna|TES· LIRENATES
patr· et|CVR· R· P· SVAE

Garruccius misit Borghesio, Borghesius mihi, haec adscribens: '*Quest' Ermogeniano dovrebbe essere nato da M. Macrinio Vindice Prefetto dell' Egitto nel* 911, *quindi Prefetto del Pretorio di M. Aurelio in compagnia di Basseo Rufo* [vide Saepinatem n. 4916], *il quale essendo stato ucciso nel* 925 *in una battaglia coi Marcomanni meritò che quest' imperatore gli facesse innalzare tre statue (Dione l. 71 c. 3). Imperocchè io lo credo piuttosto fratello che figlio del suffetto M. Macrinio Avito Catonio Vindice figlio anch' esso del Prefetto del Pretorio, apparendo dalla sua lapida sepolcrale Grut.* 433, 5, *ch' egli non lasciò se non che una femina. Stando dunque a questa mia opinione i due Augusti memorati nel frammento sarebbero Severo e Caracalla, sotto i quali Ermogeniano avrebbe avuto il proconsolato dell' Africa.*' — Stemma quod ex hac et n. 4619 prodit apponam:

L. Gabinius Cosmianus — M. Macrinius Vindex Hermogenianus ⁀ Laberia Pompeiana
..Gabinius Asper ⁀ Macrinia
..Gabinius Vindex Pompeianus

Honores ita videntur ordinati ut tempore se exceperunt, filio et nepote suo loco insertis solaque consoceri mentione extra ordinem cum filio coniuncta et honoris causa praeposita. — 3 supple aut FERRATAE aut VICTRICIS. — 5 in f. aliquid deesse non indicat Garr. — 6 solve PON*tificis* AVGVR*is*. — 7 initio latet honestius aliquod officium domus Augustalis, TABVLARIO fortasse; *a patrimoni*O. AVGG· NN· ET· GRAPH(*ei*) || *imp· antoni*NI optime Borghesius, citans Orell. 801 et τὸν γραφέα dictum putans eum qui fuit ab epistulis Graecis. Cf. Orell. 3097. — 18 scr. DIVTINA vel PERENNI. — 19 ...SVLARI Garr.

4619 olim Venafri all' Olivetone di Cuozzo, sed furto inde ablata est *Cot.* '*in un oliveto della mensa vescovile presso Cippagna, oggi guasta*' *de Utr.*

LABERIAE
POMPEIANAE · C · F
CONIVGI · *m* · MACRINI
VINDICIS · HERMOG*e*NI
ANI · C · V · ET · CONSVLARIS
OB · RARISSIMAM · PRAECI
PVAMQVE · AC · MVNIFICAM
EIVS · IN · SE · LIBEROSQVE
ADFECTIONEM
PIETATEMQVE
L · GABINIVS · COSMIANVS
PONTIF · PAT · COL · ET · A · MI
LITIIS · CONSOCER
L · D · D · D

Cod. de Utris; Cotugno p. 96. — 3 MI...MACRINI de Utris, MIMACRINI Cot. — 4 VINDICI Cot. — HERMOGINI de Utr. Cot.

4620 Venafri in foro vetere, quod nunc dicitur *la Cialaffella*, ubi frustra quaesivi.

MAECI · FELICIS · V · *p*
A · CIVITATE · MAGNIFICO
BENEVOLENTIA · COLENDO
ABSTINENTIA · CONTINENDO
MIRANDO · VIRTVTE · CONS
TANTIAQVE · CONSPICVO
MAECIO · FELICIO
CIVITATIS · VENAFRANAE · DE
FENSORI · ORDINIS · POS*ses*SO
RIS · POPVLIQVE · RECTORI
PROVINCIAE · SAMNII · ADIN
IVNCTIVAE · VICIS · MERITO
OB · INSIGNIA · EIVS · IN · REM
PVBLICAM · BENE · GESTA · ET
OB · RECORDATIONEM · OMNIVM
BENEFICIORVM · QVAE · AMA
IORIBVS · EIVS · CIVITATI · SVNT
PRAESTITA · ORDO · SPLENDIDIS
SIMVS · ET · VNIVERSVS · POPVLVS
VRBIS · VENAFRANAE · CONSTI
TVIT · PATRONO

Cod. de Utris; Cotugno p. 200. — 1 scr. FELICI. — V · I de Utris; om. Cot. — 2 pro A · CIVITATE malim DIGNITATE. — 4 malim CONTINENTIAQ · — 9 POSsesSO Cot. — 11 AD pro ADIN Cot. — 15 OMIVM de Utr. — 19 POPVLOS de Utr.

4621 Venafri rep. 1827 *nell' arbusto Bocchini*; ubi nunc non exstat.

quintil|IANI
pro eius me|RITIS · ET · OBSE
quis colle|GIA · VRBIS · VENA
fran....|QVINTILIANO
rectori s|AMNITICO · RA
rissim|O · ET · EXAMINA
tori aequis|SIMO · STATVAM
loco publi|CO · POSITAM · OB
CTATIO

Cod. de Utris.

4622 Venafri *entro al mercato a lato di un fondaco di Leopoldo Pilla.*

*ad ornandam coloni*AM · IVL · AVG V*enafrum imp · caesar august · pro parte di*MIDIA · P · S · F · C ID*emque probavit reli quum pec · pub*LICA · FACTVM · E*st*

Descripsi. Cod. de Utris, ex eo Cotugno p. 277; ego *Zeitschr. für gesch. Rechtswiss.* XV p. 289.

4623 litt. semipalm., Venafri *al Pontenuovo.*

C · FAM
ENT · DV

Cod. de Utris.

4624 litt. palm., Venafri *nella porta del Mercato.*

TVM · INI

Cod. de Utris.

4625 duo fragm. litt. palm., quorum secundum tertio versu non scriptum est, extra Venafrum in massa Bocchini ad viam Aeserninam.

S · C · F · | Q · FLAM*en*
amp|HITHEA *trum pec*|· SVA · FAC *curavit*
*pro parte di*MIDIA

Descripsi.

4626 litteris olim aereis, Venafri in eccl. cath.

Descripsi. RN

4627 Venafri in angulo aedium Dominici Mellucci.

C · *ACLVTIVS* · L · F · TER · *GALLVS*
DVOVIR · *VRBIS* · MOENIVNDAE · *BIS*
PRAEFECTVS · IVREDEICVNDO · *BIS*
DVOVIR · *IVREDEICVNDO* · *TR* · *MIL*
LEGIONIS · *prIMAE* · *TR* · *MILITVM*
LEGIONIS · SECVNDAE · *SABINAE*

Hodie erasa est (scilicet ne aedium nitori litterae in marmore officerent) litteraeque quas inclinavi plane evanuerunt, reliquae non sine difficultate leguntur. Integram servavit de Utris, a quo sumpsit Cotugno p. 267. Idem de Utris refert Monachettii aetate fuisse in aed. Felicis Orlando *allo Capocroce della Nunziata* in muro eumque tantum legisse DVOVIRO · PRAEFECTO · VRBIS; nisi de alio lapide locutus est Monachettius. — 1 L · ACLVTIVS Cot. contra de Utr. — 5 IX · IMAE de Utris; scripsi PRIMAE.

4628 Venafri olim *nella tribuna del duomo*, nunc in domo episcopi.

SEX · AVLIENO · SEX · F
ANI
PRIMO · PIL · II · TR · MIL
PRAEF · LEVIS · ARMAT
PRAEF · CASTR · IMP · CAESAR
AVG · ET · TI · CAESARIS · AVGVSTI
PRAEF · CLASSIS · PRAEF · FABR · II · VIR
VENAFRI · ET · FORO · IVLI · FLAMINI
AVGVSTALI
NEDYMVS · ET · GAMVS
LIB

Descripsi. Manut. quaest. epist. 3 p. 43 (inde Grut. 370, 1); cod. Orti saec. XVI f. 140 a; Toppi bibl. Napol. p. 279; cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 278.

4629 Venafri rep. cum n. 4630 in loco dicto *Centismo Cot.* in clivo montis *della Nunziata a lungo* in loco dicto S. Mieuro *de Utr.*

Q · CASSIO · L · F · TER
Q

Mur. 1653, 2 a Como; cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 282. — Q...... Mur. Cot.

4630 Venafri rep. cum praecedenti.

M · CASSIO · M · F · TER
TESTAMEN*to e*IVS

Refertur et interdum confunditur cum n. 4629. — 2 TESTAMEN · IVS Mon. Cot., TESTAMENTO · IVS de Utr., TESTAMENTO · FIERI · IVS Mur.

4631 Venafri in angulo horti *del Carmine.*

C · COCCEIO · C · F
AED · Q

Descripsi. Cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 256.

4632 Venafri nuper rep., extat apud Capucinos.

C · HERENNIO · C · F
TER · MELAI
AEDILI · II · VIR
L · NONIO · ASPRENATE · CoS p. Chr. 6
III · NON · SEPT · H · X · NATVS · EsT
A · GABINIO · SECVNDO · COS ante a. p. Chr. 41
III · NON · SEPT · H · X · MORiTV
MELANTA · FILIO

Descripsi. Ad exemplum meum ed. Borghesi Bull. 1847 p. 4.

4633 lapis spectabilis margine sculpto; Venafri in antiqua eccl. cath. *in una delle tribune.*

L · HOSTILIO · L · F · TER
P · HOSTILIO · L · F · TER · PI
AED · DVOVIR
M · HOSTILIO · L · F · TER
HOSTILIA · L · F · PRI
SOROR · FECI

Descripsi. Mur. 708, 1. 2022, 10 a Como; cod. Orti saec. XVI f. 140 a; cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 282.

4634 Venafri, olim in S. Vinditto ad Volturnum, nunc in villa DD. Lucenteforte.

C · LICINIO ·
MILIT ·
EX · TESTAMEN

Cod. de Utris; Cotugno p. 294. — 1 LICINI... Cot.

4635 Venafri in coenobio S. Augustini; non extat.

P · LVCANIVS · L · F · TER · QVADRATVS · IIVIR
AVGVR · Q · II · BALNEVM · A · SOLO · PEQ · SVA · DEDIT
CASSIA · P · F · VXOR · ET · LVCANIA · P · F · PROCVLA

Don. V, 146 ex ms. ant.; Mur. 478, 2 e sched. fr. Iuc. et e Donio. — Donium sequor in vv. div. — 2 PEC · Don.

4636 prope Venafrum rep. in silva DD. Bocchini prope Castellum Tuliverno, nuper erasa *de Utr. Cot.* Lapidem vidi penitus erasum.

LVSIA · M · F · PAVLLINA
SEX · VETTVLENI · CERIALIS
SIBI · ET
M · VERGILIO · M · F · TER · GALLO · LVSIO
PATRI · PRIM · PIL · LEG · XI · PRAEF · COHOR
VBIORVM · PEDITVM · ET · EQVITVM · DONATO
HASTIS · PVRIS · DVABVS · ET · CORONIS · AVREIS
AB · DIVO · AVG · ET · TI · CAESARE · AVG · PRAEF · FABR
III · TRIB · MIL · COHORT · PRIMAE · IDIO*lo*GO
AD · AEGYPTVM · IIVIR · ITERVM · PONTIF
A · LVSIO · A · F · TER · GALLO · FRATRI
TRIB · MIL · LEG · XXII · CYRENAICAE · PRAEF · EQVIT

Cod. de Utris, ex eo Cotugno p. 209. — 5 POTRI Cot. err. typ. — 9 IDIOLOGO Cot.

4637 Venafri in eccl. S. Pauli.

l · MARCIO · L · F · TER
SIBI · ET
*mar*CIAE · L · L · VXORI · ET
MARCIO · L · F · SVLLAE
*prim · p*IL · LEG · II · AVG

Descripsi. Cod. de Utris; Cotugno p. 294.

4638 Venafri in eccl. S. Onofrii sive *della Madonna del Riposo.*

C · MENIO · C · F · TER · BASSO
II · VIRO · II · PONTIFICI · ET
MVNATIAE · L · F · CAEDIAN
VXORI · INCOGNITAE · CASTITATIS
FEMINAE · PARENTIBVS · MENI
BASSI · OPTIMI · IVVENIS · HANC
FEMINAM · IN · TANTVM · PROBAVIT
*p*ARENs EIVS QVEM ANIO...
octo versus evanidi
L · MVNATIVS · SVCCESSVS
FILIVS..................
....

Descripsi plenius quam priores. Mur. 722, 3 a Como; cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 281.

4639 ter fracta; Venafri in monasterio Capucinorum *Cayro*, in horto florum *de Utr.*, ubi frustra quaesivi

M · MVNATIO
M · F · TER
PRISCO
AQVINATES · PATRONO
D · D

Cayro Aquino p. 391 n. 120 a Ianuario Grosso falsario; cod. de Utris; Cotugno p. 291. — Vv. al. divisit Cayro legitque 1 MONATIO, omisit 5.

4640 Venafri verso S. M. degli Oliveti *Mon. poco in qua dalla sorgente del Rivo Tiliverno, oggi spezzata in quel ponte de Utr.* nunc dimidiata extat ad pontem *di Triverno Cot.*

L· OCTAVIO· L· F· TER· PATRI
L· OCTAVIO· L· F· FIL· AED· Q· ITERVM
OCTAVIA· CLARA· PATRONIS· FIERI
TESTAMENTO· IVSSIT

Vidi exiguum fragmentum ad dictum pontem. Mur. 726, 6 a Como; cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 95 ex schedis Vallae.

4641 mausolei rotundi splendidi titulus bene scriptus, Venafri *nel casino di Gian Vincenzo Mancini.*

L· OVINIVS· L· F· TER· RVFVS
PRĪM· ORDO· COHORTIVM· PRAET
DĪVĪ·AVGVSTĪ·PRĪM·PĪL·LEG·XIIII·GEM
TRIB· MĪL· COHORT· XI· VRB· TRIB· MĪL
COH· //III· PRAET· PRAEF· FABR· II·VIR
L· OVĪNIO· M· F· TER PATRĪ
M· OVĪNIO· L· F· TER· VOPĪSCO· FRATRĪ
ALLĪDIAE· L· F· RVFAE MATRĪ
PVLLIAE PRĪMAE VXORĪ

Descripsi. Cod. de Utris; Cotugno p. 283.

4642 Venafri *nel borgo* in aedibus heredum Apollonia.

///. PESCENNIO
Q· F· AED
*tes*TAM F

Descripsi. Cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 89.

4643 Venafri rep. 1634 in hortis Capucinorum, descripsit Hortensius Magnotti medicus *Monach.* Fractam vidit in horto florum apud Capucinos *de Utris* qui frusta utcumque contulit.

SEX· PVLFENNIO· C· F· TER
SALVTARI
PRAEF· COHOR· IIII· GALL· EQVIT
TRIB· MIL· COHOR· I· MIL· VINDELICOR
PRAEF· ALAE· I· PANNONIORVM
CVRAT· KAL· COLONIAE· SVESSANAE
CVRAT· TEMPLI· ET· ARCAE
VITRASIANAE· CALENORVM
FLAMINI· DIVI· TRAIANI
II· VIR· Q· III
PATRONO· COLONIAE

Ughelli VI, p. 581; Mur. 816, 7 a Como, ex eo interpolavit Pratilli App. p. 224; cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 95 ex schedis Vallae, cuius non notavi err. typ. — 1 PVLFENIO de Utr., FVLFENNIO Mur.; cf. supra n. 689, Pers. V, 190. — post SALVTARI add. ...IMP· P... de Utr., M· L ‖ V· S Ugh. — 3 COHORT Ugh. — 4 TRIB· MILO Ugh. — COHOR· I· MIL Mur. de Utr., COHORT· I· MIL Ugh., COHOR· MIL Mon. Cot. — VINDELICORM Mon., VINDELICORVM Cot., VINDELIC Ugh. — 5 PANNON Ugh. — 6 SVESSATINAE Mur. — 7 TEMPLI· MERC· ET Prat. — 8 CALENORV de Utr., CALEN Ugh. — 9 D· pro DIVI Ugh. — 10 Q· III Ugh. de Utr., Q· TER reliqui. — 11 PATRO Ugh.

4644 Venafri secundum viam *Font.* in episcopatu *cod. Orti.* sub aedibus Nic. Roccia prope S. Martinum inversa *Cot.*

VOTO· SVSCEPTO· PRO
SALVTE· PERPETVA· DOMVS
AVGVST· CVM· EDIDISSET
MVNVS· GLADIATORIVM
POPVLVS· IN· STATVAM· CONT
Q· VIBIO· Q· CAESI· F· TER
RVSTICO
II· VIR · Q

Descripsi. E codice Io. Iucundi Veronensis Fonteius de gente Caesia p. 95, ex hoc Grut. 114, 8; codex Orti saec. XVI f. 140a non ex Iucundo, nam 1 in f. Iuc. PRO, Orti M; cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 94.

4645 litt. palmaribus, Venafri in aedibus Raph. Mancini in suburbio.

AIQ· VIBIVS· C· F· A
MOVI G

Descripsi. Cod. de Utris, inde Cotugno p. 296; idem ex suo apographo p. 89. — 2 fuitne IDEMQVE?

4646 Venafri apud Capucinos.

O· T· F· TER· RVFO
MIL· PRAEF· CLAS
VIRO· Q

Descripsi.

4647 Venafri in S. Annuntiatae loco altissimo.

VSONIVS· C· F
AEDIL

Cod. de Utris; ego vidi, non descripsi.

4648 Venafri *alla locanda alla porta nuova de Utr.*; in aedibus doctoris Dominici Mellucci *Cot.*

D· M· S
M· VALERIO· VICTORI
*sc*RIBAE· VENAFRAN
..*pul*FENNIVS· SEVERVS
*amic*O· BENEMER
*in fr*O· P· XVIIII

Cod. de Utris; Cotugno p. 292. — 3 VENAFAN Cot. — 5 BENEME Cot., BENEMER.... de Utr. — 6 ....OS· XVIIII de Utr., ...O· P· XVIII Cot.

4649 extra Venafrum in massa Cimorelliana ad viam quae ducit S. Germanum.

	quinque gladiatores nominibus non adscriptis			
	EVTHICVS·	NIGER· IVL	BASSVS· IVL	CHRESTVS
	CASS III Ɔ III V	IV Ɔ III M	V Ɔ IV V	CASSI / M· /
gladiator	*glad. cum galera et clipeo, gladio stricto*	*gladiator manibus altera supra alteram positis*	*glad. cum scuto longo et galera et gladio stricto*	*glad. humi prostratus, evanidus*

Descripsi; lapis accurate distinguit I et T, ut neutiquam IVL accipi possit pro TVL*it*, sed est omnino IVL*i*. — V et M maiores sunt *Vivus* et *Mortuus*; paria igitur repraesentantur adscripto pugnarum numero.

4650 Venafri in S. Augustini.

C· MANILIVS· FORTIS
AVGVSTALIS
PATRONVS· COLLEGI
ET· LVCVLANA· SPECIES

Don. V, 163 ex ms. antiquo; idem XV, 48 ex ms. antiquo; Mur. 511, 5 e Donio; idem 717, 3 e schedis fr. Iucundi; cod. de Utris; Cotugno p. 92. — In vv. div. sequor cod. de Utris. — 3 PATRON· Don. V. — COLLEGII de Utr., COLLEG Don. V. XV Mur. 717. — LVCVLANA Mur. 717, LVCANA Don. XV, LVCVLLANA reliqui. Eadem mulier videtur nominari n. 4720.

4651 Venafri *nel casino Cimorelli.*

*n· papiu*S· N· L· MENOTHEMIS
*sex v*IR· SIBI· ET
sic E M· L· IRENAE· CONCVBĪNAE
n· TAPIO· N· L· PHILOTIMO· LĪBERTO
N· PAPIO· N· L· FORTI· SEXVIR
AVGVSTALI

Descripsi. Cod. de Utris; Cotugno p. 92.

4652 Venafri *nel casino di D. Gian Vincenzo Mancini.*

D· M· S
A· TERENTIO
FELICI· AVG·
(*in muro latet*) VENAFRI· *patera*
A· TERENTIVS·
FELIX· PATRI·
PIENTISSIMO
B· M F· C

Descripsi. Cod. de Utris; Cotugno p. 283.

4653 Venafri.

L· TIBIVS· ANTEROS
SEXSVIR
*g*AVIA· SECVNDA· VXOR

Mur. 1753, 1 a Como. — 3 C· AVIA Mur.

4654 Venafri olim in pavimento eccl. cath., nunc in seminario.

Q· VĪBIO· Q· L· ANTEROTI
AVGVSTALI
VĪBIAE· Q· L· PRIMIGENIAE
VĪBIAE· Q· L· EVCVMENE
VĪBIAE· Q· L· EROTINI

Descripsi. Mur. 205, 7 a Como; cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 89

4655 Venafri in monasterio Capucinorum.

Q· VIBIO
PINO
SEX· VIRO
AVGVST

Descripsi. Cod. de Utris; Cotugno p. 92.

4656 titulus mausolei rotundi, Venafri in eccl. cath.

M· VOLCIO· SPERATO
AVGVSTALI· ET
VOLCIAE QVINTAE
VOLCIA· M· F· SPERATA· FILIA· FEC

Descripsi. Mur. 205, 8 a Como; cod. Monachetti, cod. de Utris.

4657 Venafri in hortis Capucinorum, ubi frustra quaesivi.

ACCIA
M· F· GALLA
IN· FRONT· P· XII
IN· AGR· P· XII

Cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 284. — Monach. non legit nisi ACCIA· GALLA; Cot. 1 ACCIAE, 2 GALLAE, 3 FR·, 4 AG·

4658 Venafri.

AGRESTI
VITA
FELIX
FVIT

Gud. ms. 43, 9, ed. 313, 23 a Stephanonio per Rycquium; Mur. 1627, 10 a Como.

4659 Venafri *nell' oliveto avanti il Vescovado nella macerie del canonico Monachetti.*

Θ L· ALLIO· Ɔ· L· CORAC///
V ALLIA· Ɔ· L· HILARA
V C· PAPIVS· C· L· EROS
IN· FR P· XII
IN· AGR P· XII

Descripsi. Mur. 1570, 2 a Como; cod. Monachetti; cod. de Utris.

4660 Venafri in villa notarii Iosephi Macchia.

C· ANTILIVS
C· L
SECVNDVS
SIBI· ET· SVIS· ET
SEX· OCTAVIO
Ɔ· L· FELICIONI
IN· F· P· XII

Descripsi. Cod. de Utris; Cotugno p. 288.

4661 Venafri rep. 1705 in via Neapolitana sternenda.

SEX · AVLENVS · SEX · *l*
EROS · SIBI · ET · SVIS
A*u*L*e*NA · *g*LAPIR*a*
SEX · AVLENVS · *p*ROCVLVS
INFR · P · XII
INAGR · P · XII

Monachetti ms. indeque de Utris ms. — 1 in f. L excidit, quam de Utris recte supplevit. — 3. 4 ALINAC · LAP · IR ‖ SEX · AVLENVS · SIROCVLVS Monach.

4662 Venafri *nella masseria di Città nuova al Ponte-Reale.*

SEX · AVLENVS · SEX · L
FVSCVS · FABER · SIBI
ET · AVLENAE · SEX · L
LAINI · ET · SVIS
IN · FRO · P · XII
IN · AGR · P · XVII

Cod. de Utris.

4663 Venafri in villa notarii Iosephi Macchia.

SEX · AVLENVS · SEX · L//
sic PILADES
ALFIA · >· L · ARBVSCVI//
AVLENA · SEX · L · PYLLIS

Descripsi. Cod. de Utris; Cotugno p. 288.

4664 basis Venafri in ingressu hortorum Capucinorum ad sinistram.

D M
BABIANAE ·
FORTVNATAE
VIXIT · ANN · XXIII ·
FORTVNATVS
FRATER · SORORI
OPTIMAE

Descripsi. Mur. 1442, 3 a Como; cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 284.

4665 litteris antiquis, Venafri apud Capucinos.

L · BERIENO · L · F
EX · TESTAMENTo
HS /// · DC

Descripsi. Mur. 1645, 11 a Como; cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 294, qui 3 HS · L · DC, vix recte.

4666 Venafri *al Pontenuovo.*

C · BLASSI · Ɔ · L
PHILOMVSI
SEX · ESSENNI · HILARI

Descripsi. Cod. de Utris; Cotugno p. 289.

4667 Venafri in hortis pone monasterium S. Francisci *de Utr.*; ad Centesimum vulgo *Centesmo Cot.*

SEX · CAESIO · SEX · F · TER · PATRI
PACIAE · C · F · POLLAE · MATRI
SEX · CAESIO · SEX · F · CA......
M · CAESIVS · SEX · F · M.........
V · F · SIBI · ET..........

Mur. 1246, 7 a Como; cod. Monachetti; Cotugno p. 288. — 2 PACIE Cot., PLACIAE Mon. — POLIAE Mon., POLLIAE de Utr. Cot. — 3 CA om. Cot.; SEX · F · CA ‖ M · CAESIVS om. Mur.

4668 Venafri rep. in via Neapolitana statimque fracta.

D · M · S
CALLIOPE
calix VIXIT · AN · XXI *patera*
VENAFRANIA
FESTA · SOROR

Ughelli VI, 581 in add. ed. 2; Mur. 1447, 5 a Como; cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 41 ex schedis Vallae. — 3 ANN Cot., ANNIS Ugh., ANNO Mon. — Eadem nominatur n. 4702.

4669 Venafri alterum exemplum exstat in hortis Lucenteforte, alterum in villa canonici Morra *Cot.*; frustra quaesivi.

M · CLODIO · M · L
QVARTIONI
LIGVSTIAE · L · F · SECV
NDAE · SIBI · ET · SVIS

Mur. 1659, 13 a Como; cod. Monach.; cod. de Utris; Cotugno p. 287. — 3 LIGVSTIAE de Utr.

4670 prope Venafrum rep. 1692 ad pontem supra cauponam *di Ravindola.*

C · COCCEIO
C · L
CHILONI
COCCEIAE · C · L
SEXTVLAE
COCCEIAE · C · L'
DIONISIAE

Mur. 1578, 12 a Como; cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 256 ex schedis Vallae. — 6 COCCEIAIE Mon. — C · L om. sched. Vallae.

4671 Venafri nunc in aed. Michaelis Giannini.

Q · CORNELI · Q · L
ANDRIAE
IN · FRVNTE · P *sic*
XII IN AGRO P · X

Descripsi. Mur. 1663, 8 a Como; cod. Monachetti; cod. de Utris.

4672 Venafri sub turri *nel largo del Mercato vicino al Caffè,* ubi frustra quaesivi.

ORNIFICIO · TEVDASIO
ORNIFICIAE · APOLLONIAE
ORNIFICIA · CLARA
SIBI · ET · SVIS
ORNIFICI · HIPPOLITI

Cod. Orti saec. XVI f. 140a; cod. de Utris; Cotugno p. 289; schedae Riccii Aeserninae. — CORNIF- Orti de Utr. Cot. ubique. — 1 cognomen do ex de Utris; FEVDASIO (F orta ex nexis litteris T et F) Orti; TEVDASIO Cot., TEODASIO Ricci. — 2 A.....NIAE Cot. — 5 CORNIFIC · Cot. — HIPPOLIT de Utr. Cot.

4673 Venafri in hortis Vallae hodie Lucenteforte ad puteum; ego frustra indagavi.

D · M · S
T · DIDIO
ALEXANDRO
calix T · D · TRYPHON · LIB *patera*
BENE
MERENTI

Mur. 1534, 8 a Como; cod. Monach.; cod. de Utris; Cotugno p. 286. — 2 in f. puncta ponunt de Utr. Cot. — 4 DIDIVS Mon.

4674 Venafri in muro equilis Annae Macchia-Neri ad fontem *della grotta.*

phalerae sive decem bullae connexae

EGNATIAE · Ɔ · L · AMOENAE

Anaglyphum vidi, litteris calce obductis. Mur. 1668, 13 a Como; cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 292. — AMONEAE Mur.

4675 Venafri in villa canonici Iohannis Morra.

C · ETHEREIO
C · L · NARCISSO
RVBRIA · Ɔ · L · KALIBE
SIBI · ET · SVIS · IN · FR · P · XV
IN · AGR · P · XV

Cod. de Utris; Cotugno p. 287. — 1 C · om. Cot. — 3 RVBIA · Ɔ · L · IALIBE de Utr.

4676 Venafri in hortis doctoris Thomae Lucenteforte.

L · FABRICIO
L · F · TER · FLACCO
L · FABRICIO
L · L · ARIONI
FABRICIAE · L · L
FELICVLAE
L · FABRICIO
L · F · TER · CASSIOTICO
IN · AGR · P · XXV · N · FR · P · XX *sic*

Descripsi. Mur. 1536, 2 a Como; cod. Monach.; cod. de Utris; Cotugno p. 281.

4677 Venafri duobus exemplaribus varie fractis in villa DD. Civitanova *al Ponte Reale* in anfractu.

...FABRICIO
L · L · PEREGRINO
IN · F · P · XVII
....P · XVII

Cod. de Utris; Cotugno p. 293. — Puncta ad 1. 4 apposui ego.

4678 Venafri in S. Nicandri.

L · FVNDANI · Q · F
TER · SERMONI
IN · AGRVM · P · XII

Cod. de Utris.

4679 Venafri ad portam aedium Cotugni.

GAVIA · L · L · EVPROSI
ET · LIBERTIS · LIBERT
ANTIOCINIS
L · GAVI · Ɔ · L · FAVSTI

Descripsi. Cod. de Utris; Cotugno p. 286.

4680 Venafri *nel vicolo sopra il largo di S. Annunziata Mon.*

HOSTILIAE · Ɔ · L
AMARYLLIDI

Mur. 1686, 11 a Como; cod. Monachetti; cod de Utris.

4681 Venafri nella Madonna Dolorosa di S. Bartolomeo *Mon.*, nella soglia dell' altar maggiore *de Utr.*

INTEREMNIA
IN · FR · P · XX
IN · AGR · P · XXI

Cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 294.

4682 Venafri *nell' arbustato vitato del Dott. Stefano Collicchi.* Frustra quaesivi.

C · LAVTINIO · TI · F
TER

Cod. de Utris; Cotugno p. 290.

4683 Venafri in angulo eccl. S. Nuntiatae *de Utr.*

LOLLIAE · Ɔ · L
EVTICENIS
SIBI ET SVIS
LIBERTIS ET
LIBERTABVS
IN FRONT....
IN AGRO....

Mur. 1702, 5. 1726, 12 a Como; cod. Monachetti; cod. de Utris. — 1 PLOTIAE Mur. 1726. — C · L Mur. 1702 Mon. — 2 FVTICENIS Mon. EVTYCENIS Mur. 1726. — 6 FRON · P... Mur. 1726, FRON... Mur. 1702. — 7 AGRO · P... Mur. 1726.

4684 Venafri in angulo horti Capucinorum Tilivernum versus, ubi modo non extat.

L · LVCILI
L · L · SALVI
ET · LOLLIAE
MATRI · ET · COR
P · L · QVARTAE

Mur. 1264, 6 a Como; cod. Monach.; cod. de Utris. — In vv. div. sequor Mon. de Utr. — 4 CORNEL de Utr.

4685 Venafri in hortis Capucinorum iuxta portam maximam

C · LVFINIO · C · L
MAHETI
C · LVFINIVS · C · L
DASIVS · SIBI · ET · SVIS

Descripsi. Mur. 1588, 11 a Como; cod. Monachetti, cod. de Utris; Cotugno p. 284.

4686 Venafri ad portam monasterii Majellae, quae nunc est domus DD. del Vecchio.

C · MAENATI · C · L · EROTI *sic*
C · MAENATI · C · L · BALB
ET · SORORIBVS · EORVM

Descripsi. Cod. de Utris; Cotugno p. 293.

4687 Venafri *alle Camerelle del Duca di Castel nuovo in una cassa di pietra.*

MAGIA · HAVE · L · F
MARCELLINA
VALE

Descripsi. Cod. de Utris; Cotugno p. 302. — Iunge *have vale.*

4688 cippus nudus Venafri *al Pontenuovo*, ubi non reperi.

L· MVTICVLE*io*
L· F· TER· NASONI
ET· MVTICVLEIAE

Cod. de Utris; Cotugno p. 289. — 1 MVTICVLAE Cot. — 3 MVTICVEIAE de Utr.

4689 Venafri in via extra civitatem *Orti* prope aedes Ignatii del Vecchio in aed. Horatii Valle *Mon.*

NERONIS
LVPERCI SEP
HILARAE
LVPERCI
IN· FR· P· XII
IN· AGR· P· XII

Cod. Orti saec. XVI f. 140 b; Gud. ms. 43, 10, ed. 103, 6 a Stephanonio; Mur. 1670, 6. 2091, 14 a Como; cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 87. — 1 NERONIS unus cod. Orti, ERONIS (ERONI) Gud.) reliqui, effracto marmore puto. — 3 HILARE Orti. — 4 LVPERC Cot. — SEP *(ulti?)* Mon. de Utr. Cot., L pro SEP Mur 2091, om. Orti Gud. Mur. 1670.

4690 prope Venafrum in massa Cosmi Martone *alle falde di Pipirozzi.*

NONIO· P· F· TER· L
X· TESTAMENTO· HS

Cod. de Utris; Cotugno p. 285 qui in vv. extr. puncta non apposuit et dedit 1 (om. TER) LEG..., 2 ...EX· TESTAMEN.

4691 in aedibus Iohannis Bove *de Utr.*, qui ait eam interiisse; vidi lapidem erasum ita ut vix agnoverim nedum legerim in aedibus Mellucci.

C· NVMISIO
SIVE· RATIAGRO
SIBI· ET· SVIS
ET· NVMISIAE· A· F· VINDAE
BENEMERITAE
IN· AG P· XII
IN· FR P· XII

Cod. de Utris.

4692 Venafri all' arco di una porta terranea nell' angolo della strada che dalla parochia di S. Martino conduce alla Porta nuova *de Utr.* prope aedes Io. Bapt. Papa *Cot.*

C· OCTAVI
C· L· TERTI

Mur. 1719, 9 a Como; cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 290.

4693 Venafri *Mur.* 2088; deinde in suburbano Mazzae *Mur.* 1592; nunc extat in mus. Borb. sep. col. 59.

Q· OPPIDIO· Ↄ· L· FAVSTo
Q· OPPIDIO· Ↄ· L· PROBO
V· A· XX· OPPIDIA· Ↄ· L
SPECVLA· V· A· XXI
OPPIDIA· Ↄ· L· PHYLACIVM
SIBI· ET· SVIS· FECIT

Descripsi. Ed. Mur. 1592, 11 a Como; 2088, 7 e schedis Mazzae.

4694 Venafri in villa defuncti primicerii Melucci, *alle case distanti oppur di Costanzo.* Frustra quaesivi.

L· PAPI· L· L· HILARO
LYSIAS· SIBI
ET· HEREDI· SVO· ET
SI· VOLET· PAPIA
IRENA· CONLIBERTA
ALIO· NEMINI
IN· FR XII
IN· AG XII

Cod. de Utris; Cotugno p. 293. — 1 PAPII Cot. — malim HILAR, nempe HILARVS. — 3 HAEREDI Cot

4695 Venafri *nell' arbustato vitato del canonico Rocco.* Nunc sub calce latet.

...PEDANIO· P· F· TE*r*
TOPIAE
IN· FR P· XX
IN· AG P· XX

Cod. de Utris; Cotugno p. 291. — 1 in. puncta non posuit Cot.

4696 Venafri in aedibus Massimilla nunc Carm. Capaldo.

imago fracta
C· PETILLIO
C· F· DEXTRO
C· PETILLIO
C· L· STATIO
PETILLIA
C· L· QVINTA
V· F

Descripsi. Mur. 1488, 8 a Como; cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 285.

4697 Venafri.

D· M
L· PETRONIO
SVCCESSO· FILIO
DVLCISSIMO
QVI· VIX· ANN
VIIII· M· VII· V*lpi*A
VENERIA MATER

Mur. 1200, 1 ab Al. Berti, qui 6 VILTA.

4698 litt. magnis Venafri alla Ferrarella.

C· PLVTI AC
EX TESTAM

Descripsi.

4699 extra Venafrum in massa Macchia, lapis evanidus.

P· POMPONIO· P· L
PHILADESPOT
/IBR QVI TESTAMENTA
SCRIPSIT ANNOS XIV
SINE IVRIS CONSVLT
IL \/////// // //// //LF
//////////////////////////

Descripsi ego et edidi *Zeitschr. f. gesch. Rechtswiss.* XV, p. 370.

4700 Venafri in villula canonici supra numerum adscripti Iohannis Fantauzzi ad Volturnum.

L· POMPONIO· L· L
POLITICO
ET· LOLLIAE· QVARTILL
CONTIBERNALI
ET· POMPONIO· INVEN....
LIB· SIBI· ET· SVIS
IN· FR· P· XII· IN· AG· P· XII

Cod. de Utris; Cotugno p. 295. — 4 CONTVBERNALI Cot. — 5 IN· VEN de Utr.

4701 Venafri in eccl. cath. *al muro del Coretto.*

M· POPILLI· C· F
CICERONIS· VIVVS
SIBI· ET· SVIS· FECIT· ET
CARNIAI· T· F
QVARTAI

Descripsi. Cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 291.

4702 Venafri rep. ad S. Paschalem tribus frustris.

D· M· S
PRISCO
FARNACE*s*
ET· VENAF
RANIAE
FESTAE· FIL
PARENTES
PIISSIMO· VI
XIT· ANN· XVI

Cod. de Utris; Cotugno p. 41. — Eadem Festa nominatur n. 4668.

4703 prope Venafrum in via Neapolitana rep. 1705.

VIV
M· PVBLICI
COLONIAE· L
PHILODAMI· ET
PRIMAE· L· ET· S

Mur. 1120, 6 a Como; cod. Monachetti, inde de Utris; Cotugno p. 295 ex schedis Vallae. — 1 VIV Mon. de Utr. — 4 PHILODAME Mur. Cot.

4704 Venafri sub S. Martini in aedibus canonici Petri Sarracino defuncti *Mon.* Frustra quaesivi.

PVRITAS
FACILIS· SIBI· ET
SEX· FR· ET· SEX· F
SABINI
IN· FR· P· XII
IN· AGR· P· XVII

Mur. 1493, 7 a Como; cod. Monachetti; cod. de Utris, Cotugno p. 287.

4705 prope Venafrum *vicino l'osteria di Montaguila.*

L· SATTI· C· F· TER

Codex de Utris.

4706 Venafri.

Q· SATTIVS· Q· L
ACCEPTVS· V· F
SIBI· ET· SVIS
IN· FRON· P· XXX
IN· AGR· P· XII

Mur. 1741, 2 a Como.

4707 Venafri *in una porta di stalla al vicolo sopra porta Guglielma.*

L· SEIO· Ↄ· L· POTENTI
M· CELITO· Q·
C· ATIL LETOICHE
ET· LIBERTIS
ET· LIBERTAB*vs*
IN· AGR· P· X· IN· FR· P· X

Cod. de Utris.

4708 Venafri ad *S. Vinditto* in massa Coppa.

M· SEPPI· M· F· TER
CANI
C· SEPPI· M· F· F

Mur. 1743, 13 a Como; cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 290. — 3 fin. F Cot., F... de Utr., E... Mur. Mon.

4709 Venafri e regione eccl. S. Iohannis in Platea *de Utr.* in aed. Nicolai de Cicco infra scalam *Cot.*

SERVILIAE· M· F
L· SATTIO· L· F· TER· NIG
C· SATTIO· L· F· TER
FRONTONI
AHIA· C· F· MATER· V
FECIT· SIBI ET· SVIS
H· N· S

Mur. 1214, 9 a Como et ex schedis fr. Iucundi; cod. Orti saec. XVI f. 140 a; cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 289. — 3 G· SATIO Orti. — 5 ACHIA Orti. — V om. Mon. — 7 H· S· H· N· S de Utr.; H· N· S tantum Mon. Cot.; H tantum Orti Mur.

4710 Venafri olim in S. M. *di Rigliano,* nunc in hortis doctoris Thomae Lucenteforte.

SERVILIA· C· L· HILARA
VIVA· SIBI· ET· SVIS· FECIT
HVNC· PV*p*VM· *sua*VEM· AMISIT· LECTISSIMA· MATER
VT· VITA· INSONTEM· SIC· PIETATE· BONVM
AMISSVM· LVXIT· LVGEBIT· ET· VSQVE· SEPVLTVM
NEC· NISI· *cum* FVERIT· DESINET· ESSE· DOLOR

Descripsi. Mur. 1215, 2 et pessime interpolata 1745, 5 a Como (inde Burmann anth. IV, 281); cod. Monachetti; cod. de Utris; Cotugno p. 301. — Quae desunt 3. 6, nemo antiquiorum vidit, nam 3 PV.VM...NEM, 6 NISI ... FVERIT Monachettius, quare qui pleniora exempla exhibuerunt, ut Cot. legens PVERVM· LENEM et NISI· DEFVERINT, suppleverunt ipsi. — 3 ego RVFVM

4711 Venafri apud Capucinos.

S· F AIA
..*a* PRICVLA
v· a XXIII
hav ·· VALE

Descripsi.

4712 Venafri in aedibus Michaelis Giannini.

L· STAIVS· L· L
sic APPOLLONIVS
IN· FRON· P· XII
IN· AGRV· P· X

Descripsi ego.

4713 prope Venafrum ad castellum Tuliverno, in oliveto del Prete.

C· SVELLI· P· F· TER

Descripsi. Cod. de Utris rectius quam Cotugno p. 209.

4714 titulus mausolei rotundi pulcherrimus, Venafri *nel cortile dell' Ospizio a S. Pasquale.*

C· TEI· C· F· TER· CAPITONIS
L· MAI· L· F· TER· PAETI
TILLIAE· MATRI
EX · TESTAMENT

Descripsi. Cod. de Utris melius quam Cotugno p. 282.

4715 Venafri.

C· TETTIVS· C....
SIBI *et*
SOENIAE· T· F· TI....
C· TETTIO· C· F....
TETTIAE· C· F· PR....

Cod. Orti f. 140 b; Gud. ms. 677, 1, ed. 333, 5 e Stephanonianis; Mur. 2083, 3 a Como. — 1 TETIVS Orti. — 2 puncta non ponit Mur. — 3 SELENIAE Orti. — 4 TETIO Orti. — C· F· OF... Gud., ex dittographia? — 5 TETIAE Orti. —. IR Gud., TI Orti pro PR.

4716 Venafri apud Capucinos.

M· TILLI · AMISENI

INFR· P XIIIS
INAGR P XII

Descripsi.

4717 Venafri in gradibus S. Iohannis (S. Ianno) *Mon.*

D· M· S
Q· TILLIO
FAVSTO
TILLIA
FAVSTINA
PATRI
B· M·

'*A S. Maria del Palazzo tra l'aspro paese di Montenigro d'Omo* [in provincia Teatina, distat a Teate XXVII p., ab Agnone XV p., a mari XXIII p.] *e il paesetto di Fallascoso è un bel edifizio romano che pare essere stato Dogana de' vettigali sulla pastorizia. L'area di tal edifizio con portico a mezzogiorno è quadrilunga di circa 30 passi a colpo d'occhio sul lato maggiore. Conserva tuttavia il suo zoccolo, sopra del quale poggiano tutte intere co' debiti intercolunnj due basi o imoscapi di ordine dorico di più di tre palmi di diametro*'; *molti frammenti d'iscrizioni servono di pavimento alla medesima.*' Ita *Michael Torcia* indefessus peregrinator scripsit in eph. Neaph. (*analisi ragionata Giugno* 1792 p. 82). Rudera haec, de quibus apud topographos altum est silentium, inscriptio n. 5188, quam codice Gudiano denuo collato non Introdacquae prope Sulmonem (quod olim Bull. 1846 p. 179 admisi deceptus ab editoribus Gudii), sed ad S. Mariam de Palatio repertam esse iam constat, demonstrat pertinere ad oppidum Iuvanensium, cuius praeterea nulla mentio fit nisi in libro coloniarum, ubi in Samnio p. 260 Lachm. recensetur inter alia *Iobanus ager* et in laterculo militari Marini Arv. p. 326 cf. 328, Kell. n. 101*a*, 3, 28, ubi IVANO nominatur inter oppida longe maxima ex parte Italica. Inscriptiones inde retulerunt *codex Redii* antiquissimus a Gudio adhibitus, *Antinorius* in Aprutinis suis, denique Torcia.

5185 basis inter rudera antiqui tribunalis [quod videtur esse aedificium a Torcia supra descriptum] prope Montem Nigrum Domi.

.....SEVE
RI· AVGVS
TI·FIL· ANTo

Stephaniss. [sic] exscripsit Antinorio.

5186 [in castro Interaqua in agro Sulmonensi] in S. M. de Palatiis prope Turricellam *cod. Red.*, quae sibi ipsa refragantur videturque prior indicatio uncis a me inclusa male ad alteram huius tituli propriam adhaesisse ex vicina Introdacquana. In muro dextro aedificii supra descripti vidit *Torcia*.

Torcia:	*cod. Redii:*
C·VAL·MA...	P· LICINIO· SALO
XIMIANO	NIANO·VALERIANO
NOR CAES	NOBILISS· CAES
CVIVS · DEDICATIONE · DIEM	*reliqua eadem sunt*
LVDORVM· ET· CENAM	
DECVRIONIBVS · ET· FILIIS	
ITEM·QVINQ·AVG·ET·FILIIS·ET	
PLEBI· EPVLVM· DEDIT	

Cod. Redii p. 178 *b* 2 (inde Gud. ms. 950, 1, ed. 94, 5); Torcia l. c. — Miram titulorum et diversitatem et similitudinem ex alterutrius errore explicari posse neganti confugiendum est eo ut Torciam diversa fragmenta male coniunxisse censeat. — Cod. Redii versuum ordinem non observat. — 1 C· VAL stare nequit; debuit esse GAL· VAL, nisi maior error in causa est. — 4 OVIVS Torc. — 5 COENAM, 6 DECVRIONIS, FILIS, 7 FILIS cod. Red.

5187 in aedificio supra descripto *dentro lo specchio.*

fl· VAL· CON
STANTIO...
...NO*b*·CAES

Torcia l. c., qui 1 M pro FL, 3 NOR.

5188 [in castro Interaqua] in S. M. de Palatiis prope Turricellam *cod. Red.*, eadem confusione quam ad n. 5186 notavimus.

FABIO · MAXIMO · RECTORI
PROVINCIAE · RESTAVRATORI
MOENIVM· PVBLICORVM· ORDO
IVVAVIENSIVM· PATRONO

Cod. Redii p. 178 b apud Gud. ms. 950, 3, ed. 122, 10. — 4 IVVANENSIVM restituendum arbitror ex auctoribus in prooemio citatis.

5189 in aedificio in praef. descripto duobus fragmentis, quorum alterum in gradu altaris, alterum in medio pavimento extat, litteris trium digitorum.

FABIVS· MAX|*i*|MVS· V· C
RECTOR·PROV|INCIAE
SECRETARIV|*m*|FECIT
//IT CVRANT|*e*| ORDINE

Torcia l. c. qui recte coniunxit. — 4 Torcia litteras RANT..O fractas exhibuit.

5190 'rep. in Monte Majella in agro vici *Taranta* (qui est in ripa Aventini fluvii ad Sangrum pergentis) in loco dicto l'Inzappina, nunc eccl. parochiali ibidem affixa' *Rom.*, '*nella casa dell' Università a Taranta*' Torcia.

D· M· S
BRINNIAE
PROCVLAE
STALLIVS
NEPOS
VXORI· SVAE
CVM· QVA· VIXI '*sic*' *Torcia*
AN· XX· D· XXIII
'*sic*' *T.* SENE· FRAVDE
VL· B· M· F
ascia

Fabrett. 648, 413; Torcia anal. rag. Giugno 1792 p. 82; Romanelli scov. Frent. II, 17. — 2 BRENNIAE Torc. — 7 VIXIT Fabr. — 9 SINE Fabr. — 10 B· M· P Fabr. Rom. — asciam solus habet Fabr.

XI. TEANVM APVLVM. (*passo di Cività prope S. Paolo*)

Teanum Apulum, quod in postrema Italicarum provinciarum divisione rectori (Samnii), non correctori (Apuliae et Calabriae) paruisse probat n. 5191, quamquam in libro coloniarum p. 210. 261 Lachm. recensetur in provincia Apulia, situm fuit ad fl. Fortore ibi ubi nunc transire solent (*al passo di Cività*). Collegi hoc capite inscriptiones ad S. Paulum et Lesinae et ad S. Severum repertas, duce praesertim *Io. Camillo Rossio* qui in *synodo Severopolitana* (Neap. 1826. 4. pp. 154) p. 129 paucos lapides Apuli Teani retulit.

5191 Lesinae apud aedes Fr. Xaverii Apone vi lacus detecta a. 1815.

FL· VRANIO· V· P· REC
PROV· VINDICI· LEGV*m*
AC· MODERATORI
IVSTITIAE
ORDO· SPLENDIDISSIMV*s*
CIVITATIS· THEANENSI*s*
VNA CVM POPVLARIB*us*
SVIS DIGNO PATRO
NO· POSVERVNT

Rossi p. 129 (qui descripsit a. 1818 et ait primum se edidisse in epistola pastorali mihi non visa pro translatione sua ab episcopali sede Marsorum ad ecclesiam S. Severi p. 4); Romanelli topogr. II, 291. — 2 PROC Rossi, PROV Rom. — 3 MODETORI add. *sic* Rom. — 5 MVS Rom. — 6 NENS· Rom. — 7 LARIB· Rom.

5192 extra Lesinam.

POMPONIAE
C· F· DRVSILLAE
....
M· F· M· N· COR
QVINTIANVS
LAVRENS· LAVINAS
FLAMEN· FLORALIS
PATRONVS · MVNIC
COIVGI· RARISSIMAE
L· D D· D

Michael Torcia descripsit 1789, cuius apogr. reperi in schedis Lucerinis Lombardiorum. — Excidit versus post secundum. — 5 in schedis erat LAVNAS addito *sic*.

5193 Teani Apuli (i. e. ad S. Severi) duo fragmenta eiusdem tituli quorum alterum exstat ad portam occidentalem oppidi S. Pauli, alterum nuper detectum est.

C· ARRIV|*s* | ARRIA· C· F|
| BASSA |
EX· TESTAM|*en*|TO· ARRIAE|
ET S|*ibi*|FECIT· HS L· A|*rb*
| METTIENI |

Rossi p. 129, qui fracturas non indicavit, et inter EX TESTAM et ETS vacuum versum posuit.

5194 S. Severi *Gerv.* Teani Apuli *Rossi*, quod idem significat.

D· M
EVPLIAE ∽ M ∽
VLPI ∽ APOLAVST
SER· DIONYSIVS
CON· ET· THALLIA
MATER·EIVS·B·M·F
V· A· XXXIII

Ed. Rossi p. 129; melius descriptam dedit Gervasius. — 3 VLP pro VLPI Rossi. — 5 THALIVS pro THALLIA Rossi. — 6 B·M·F om. Rossi. — 7 XXXIIII Rossi.

5195 Lesinae in curia.

GEORGIAE
CONSERVAE
V MARSVA· PONDER
V EPAPHRA· SALTVAR
V CONIVGES· FECER
V EPAPHRIONI· PONDER
V ORINE V DELPHIDI
FILIIS
V CLAVD·ARIADINE CLAVD
V HELPIDI· FILIAE

Gervasio iscr. Sip. p. 45 qui descripsit. — 5 in. dele v. — 10 malim FILIAB.

5196 apud S. Severum in Apulia *Mur.* in oppido S. Severo *Mich.*

HERMETI· FILIO· DVLCISS
ET· INCOMPARABILI
VRBANVS· PATER
INFELICISS· FECIT
VIX· ANN· XIII· M· IIII· D·VIII

Kiriacus apud Mich. Reg. p. 96; Mur. 1172, 6 e schedis Cyriaci Stoschianis. — 5 VIXIT Mich. — M· IV Mich.

5197 Teani Apuli i. e. S. Severi olim in domo Matthaei de Ambrosio.

MAIA· 7· L
OPTATA
SIBI·ET·NVMPE
INFR·P...

Rossi p. 129.

5198 S. Pauli ad eccl. S. Augustini.

D· M
OPPIO MA
MIO TERTIO
QVI V· ANN
XX· M·VI

Rossi p. 129.

5199 Teani Apuli, i. e. S. Severi.

REVIDIAE· TITL
AE· QVAE· VIXIT
AS· XIII· FECIT
SESTLIA PROTILA
FILIAE B· M F

Rossi p. 129.

5200 S. Pauli in episcopio.

L· SESTIVS·
L· L· SALVIVS
SITVS

Descripsi. Ed. Rossi p. 129.

5201 S. Pauli in aed. episcopi.

L· SESTIVS·
L· L· SALVIVS·
RVFILLA·
COLIBERTA·
POSVIT·

Descripsi. Ed. Rossi p. 129.

5202 S. Pauli in episcopio.

C· TITIO· ƆL
COMO
PILIAE· ƆL· HILARÆ
INFN· P· XII· I*n* AQ· *p* X

Descripsi. Ed. Rossi p. 129.

XII. LARINVM. (*Larino*)

Larino nullus titulus innotuit ante *Triam* episcopum Larinatem, qui de Larino edidit a. 1744 librum amplum neque indoctum inscriptionesque Larinates sibi notas ei inseruit, inter quas nescio quo errore Patavinam Feroniae dicatam Maff. M. V. 80, 2 recepit. Idem cum *Petro Pollidoro* amico (v. Triam p. 623) ante iam communicarat titulos Larinates, quorum aliquot Pollidorus itemque Comus *Muratorio* miserunt, complures alios in codicem suum Pollidorus retulit. Triae rursus Pollidorum inscriptiones obtulisse etsi non traditur, tamen facillime fieri potuit, praesertim cum aliquot Larinates falsae in schedis Pollidorianis extent; quare videndum est ne apud Triam quoque, etsi ipse sit optimus et incorruptae fidei auctor, Pollidoriana lateant (n. 5212). Post Triam cum nostrae artis studia diu apud Larinates iacuissent, extitit nuper baro *Iohannes Dominicus Magliano* nobilis Montoriensis, qui lapidibus scriptis servandis et describendis operam daret. Ab eo proficiscitur sylloge inscriptionum Larinatium, quam certatim ediderunt *Orti* Veronensis (*Poligrafo* Veron. 1830 t. I p. 101 sq.) a Bonghio acceptam, *Labus* Mediolanensis (*nuovo ricoglitore* Iun. 1831 quaderno 78 *lettera all' Orti intorno ad alcune epigrafi antiche*), *Avellino* (*opuscoli* t. III 1836. p. 30. 67 sq.), denique *Guarini* (*alcuni spigolati archeologici* Nap. 1842. 8. p. 8. 15 sq.); qui pendent omnes ex iisdem exemplis, quorum aliquot inter Kellermanniana etiam missa a Bonghio reperi. Ipse baronis Magliani praesertim humanitate et sollertia adiutus lapides scriptos qui adhuc extant Larini diligenter sive contuli sive descripsi.

5203 Larini, reperta *nella villa Ducale vicino al fondo di de Gennaro in Larino vecchio,* extat apud baronem Magliano.

· RVFVS · *IIII vir*
*iure dic · iteru*M · IIII · VIR · *quinq*
*cast*ORI · ET · POL*luci*
*fac · locavit ide*M Q · PR · O*bavit sic*

Descripsi.

cymbala *tympanum*
mitra Phrygia

5204 Larini penes baronem Magliano, nuper inventa.

C · IVLIVS · EPAE
NITVS · RELGI
OSVS · SIBI · ET · L ·
RAIO · FELICI ·
SACERDOTI
MATRIS · DEVM
B · M · P ·
POSTERISQ
SVIS

Descripsi.

5205 Larini in aedibus episcopi; reperta in vinea Puchetti

IMP · CAESAR
NERVAE · DIVI · NERVAE · F *sic omnia*
TRAIANO · AVG · GER
PONTIF · MAX · TR · P
III · COS · II · P · P p. Chr. 99
D · D

Descripsi. Ed. Orti l. c., Labus l. c. p. 356, Avellino l. c. p. 72, Guarini l. c. p. 15.

5206 litteris non ita malis, Larini rep. in vinea Puchetti, extat in aedibus episcopi.

L · IVLIO · FAVSTINIA
NO · C · M · V · CONS
PATRONO · ORDO
POPVLVSQVE · LA
RINATIVM · OB
AMORIS · EIVS · ET
DIGNATIONIS · ERG
SE · MAGNA · ET · ATSI
DVA · DOCVMENTA

Descripsi. Ed. Orti l. c., Labus l. c., Avellino l. c. p. 73, Guarini l. c. p. 16.

5207 Larini rep. in vinea Puchetti, extat penes baronem Magliano.

C · VIBIO · C · *f*
POSTVMO
PR · PRO · COS ·
MVNICIPES · ET ·
INCOLAE ·

Descripsi. Ed. Orti l. c., Labus l. c., Avellino l. c. p. 73, Guarini l. c. p. 16.

5208 Larini in amphitheatro reperta, ubi adhuc extat; litterae magnae sunt et pulchrae.

cl| · CAPITO
ON · MVNICIP
DARVM · TRIB
QVAESTORI *sic*
MENTO · FIERI

Descripsi. Ed. Guarini l. c. p. 27.

5209 Larini rep. 1834 in curia facienda, extat in aedibus parvis curiae oppositis.

M · VALERIVS · C · F
HISPANVS · DOMO
LEONICA · EQVES · DE
ALA · PATRVI · HIC · SITVS ·
EST

Descripsi. Ed. Kellermann vig. n. 240; Avellino l. c. p. 72; Guarini l. c. p. 17.

5210 Larini rep. 1744 '*nel piano dell' antico spedale del monastero de' Canonici Regolari di S. Antonio Abate, verso la parte settentrionale dell' antico foro di Larino*' *Tria*; extat in domo ducis.

C · PACCIO · C · F · COR ·
PRISCO · AED · II · VIRO
QVINQ · I · D · PATRONO
COLONIAE · VENAFRO

COELIA · M · F · TER
TVLLA · TESTAMEN
PONI IVSSIT ·
L · D · D · D ·

Descripsi. Tria p. 49; cod. Pollidori; Avellino l. c. p. 75; Guarini l. c. p. 13.

5211 Larini rep. 1744 in vinea ducis, extat in eius domo.

C · RAIO · M · F.
CAPITONI ·
PRAEF · FABR · AED ·
IIII · VIR · I · D ·
ITER · IIII · VIR · QVIN

MVNICIP · ET ·
INCOL

Descripsi. Ed. Tria p. 50; Avellino l. c. p. 74; Guarini l. c. p. 14.

5212 Olivolae, qui vicus ad Casacalendam pertinet, 1741 rep.

T · VIBBIO · T · F · OV...
CLEMENTI · AEDILI
IIII · VIR · I · D · ET · IIII · VIR · QVINQ
BABIAE · M · F · PRISCAE · VIBBI · CLEMENTIS
T · VIBBIO · T · F · CRV · PRISCO · AED · IIII · V · I · D · Q
ET · IIII · V · Q · Q · PATRONO · MVNICIPI
HIS · D · D · FVNVS · ET · STATVAS · DECREVER

Tria p. 46; Pollidoro ms. f. 345. — 1 OV om. Poll. — 4 VIBBI Poll. — 5 V om. Tria. — QVAES pro Q Poll. — 6 VIR · Q pro V · Q · Q Tria. — PATR · Poll. — Complura leguntur in hoc titulo sane molesta, ut nota V · pro VIR infrequens in sinceris, vulgaris apud Pollidorum, ut CRV pro CLV, ut ET 3. 5 valde inconcinnum, pro quo si IT · vel II reposueris, non multo melius procedet. Ignoratur omnino utrum a Tria habuerit Pollidorus an a Pollidoro Tria; quare non caret suspicione, etsi mihi corrupta potius videtur quam falsa.

5213 Larini in porta domus cuiusdam capituli.

DI · M
SEX
CERRINVS
) LIB
CHRESIMVS
////ICVS · AVG
VIVOS SIBI
//////P////

Descripsi.

5214 Larini olim in vinea Puchetti; nunc desideratur.

C · MAMMIO
PELASGI · L · FELICI
AVGVST · ITER
HONORATO
BISELLIO

Ed. Orti l. c., Labus l. c., Avellino l. c. p. 73; Guarini l. c. p. 17.

5215 Larini in curia.

CN · PETRONIVS
)L · RESTITVTVS
AVGVST
SIBI · ET
CLVENTIAE
)L · CYPARI
CONIVGI · SVAE

Descripsi. Ed. Guarini l. c. p. 17.

5216 Larini *nel casino del Sig. de Gennaro in Larino vecchio.*

D · M · S
AGATHOPO · ET
SEVERAE PA
RENTIBVS
AGATHOPVS
FILIVS
B · M · F
ascia

Descripsi. Ed. Guarini l. c. p. 22.

delphini et rosae

5217 Larini in aedibus Sorella, rep. 1741.

DIS · MANIBVS
AMOMVS
FRATRI · SVO
TYRANNO
POSI · VIT

Descripsi. Tria p. 78; cod. Pollidori f. 348.

5218 Larini in aedibus Sorella, litteris sequioris aevi; rep. 1741.

ASVBR · A

Q · MINCILIO
ET · FVLVIAE · ERATO

Q · ASVBRIO
ET · Q · MINCILIO
INFELIX
ET · T · VETTIO
CONIVGI

Descripsi. Tria p. 78; cod. Pollidori f. 348.

5219 'in Ripabottone in dioecesi Larinate ante xxx annos inventa' *Tria*.

D · M · S
Q · CAESIO OSOBE
RO · *VerAtiA* · PRIS
CA · AVIA · Et POMPO
NIVS · AMANDVS
AVS · VOLTIVS
PRISCVS · AVS · NE
POTI · PIENTISSI
MO · VOLTIA · TER
TVLLA · FILIO · IN
FELICI · FECERVNT

Genuinum exemplum ed. Trutta p. 522, unde fluxerunt corrupta Comi (apud Mur. 1143, 10) et Pollidori (apud Mur. l. c., Triam p. 24 ex Mur., Romanelli scov. Frent. I, 118, extat denique in ms. Pollidori). — Illud sequor in vv. div. — 1 om. Com. — 2 OSOBERO Poll. in lac. om.; fuerit Q · F · SEBERO vel simile nomen. — 3 VL-BA · I · P · A genuinum ex. (om. Como, ...PA.... Poll.) scripsi VERATIA. — 4 EI ex. gen. (ET Como ex recta corr., ...EI...Poll.). — 5. 6 AVVS Com. — 11 INFELICES Poll.

5220 Larini penes baronem Magliano.

D · M · S
C · CALAVIO
EVODO · QVI VIX
ANN · VI · M · XI · D · III
Q · CALAVIVS

Descripsi.

5221 Larini in aedibus Palma.

D M · S
M COLIO TE
RETI QVI VI
XIT ANN· XII· M
ENS V M COLI
VS TERES PATER
ET GAVIA LIBER
*ta*S MATER FI
lio FECER

Descripsi. Ed. Orti l. c., Avellino l. c. p. 74, Guarini l .c. p. 21.

5222 Larini in turri cathedralis ecclesiae, rotundi sepulchri inscriptio litteris optimis exarata, cuius sepulchri alia quoque marmora cum capitibus bovinis, avibus, sertis affabr esculptis ibidem muro inserta passim cernuntur.

DIDIAE · BARBI · F
DECVMAE
OPPIANICA · ET · BIL
LIENA · MATRI · FEC

Descripsi. Mur. 1254, 4 a Pollidoro et Como; Tria p. 210; cod. Pollidori; Orti l. c., Avellino l. c. p. 75; Guarini l. c. p. 21. — 1 omnes male BARBII pro BARBI · F, unde Guar. ex interpol. BARBIAE.

5223 Larini in aedibus Rocco.

M · DRVSI · M · L · PHILODAMI
SÌBEI · ET · SVEIS
VEIVONT

Descripsi. Ed. non recte Orti l. c., Labus l. c., Avellino l. c. p. 30. 74, Guarini l. c. p. 19.

5224 Larini nunc penes baronem Ioha. Dom. Magliano fracta, integra olim in aedibus Minni.

D *M* *S*
GAVIAE · *APRICVLAE*
CLENTIVS *PRISCIANVS*
CONIVGI · RAR*ISSIMAE*
CVM · QVA VIXIT · *ANN · XXX*
SINE · QVAERELL*A · B · M · F*

Descripsi quod extat. Ed. integram Avellino l. c. p. 74, Guarini l. c. p. 22. — 3 CLVENTIVS coni. Avellino, recte fortasse, sed contra lap.

5225 Larini rep. 1834 in via consulari sternenda.

VEIVOS · SIBEI
FECIT · D · GRAEC
D · L · PRAX · MED

Ediderunt Avellino l. c. p. 71; Guarini l. c. p. 18; Kellermanno misit Bonghius.

5226 Larini *nel casino di Beppantonio Bucci in Larino vecchio*, male scripta.

Q · ITIO · Q · F · CLV
Q · ITIVS · Q · L ·
PATRONO · ET · SIBI
ET. ITIAE · SYMPHERVSAE
ET · Q · ITIO · CELADI · ET
CN · MAIO · CN · L
IN · FR · P · XII

Descripsi. Ed. Orti l. c., Labus l. c., Avellino l. c. p. 73, melius Guarini l. c. p. 24. — 5 ET et totus 6 postea adiecta sunt.

5227 Larini in arcu ad viam novam quae Larinum vetus ducit, in qua sternenda reperta est.

C · LINDI
PVDENTIS

Descripsi. Ed. Avellino p. 72 et Guarini p. 21.

5228 in S. Martino in Pensili in dioecesi Larinati, in eccl. primariae muro exteriore.

D · M · S
L · MOECIVS
ONESIMVS
CHARITE
LIB
KARISSIMÆ
B · M · F
V · ANN · XXIII ·

Tria p. 340; Mur. 1549, 1 a P. Pollidoro. — 2 MOECIV Tria. — 8 XVII Mur. — Non est suspecta.

5229 Larini in aedibus Vincentii Iuliani.

D · M · S
ORIENS · PVB
AR//////////SB
ALVILLAE
//////
////// · B · M
P

Descripsi; titulus passim rescriptus a manu recenti, quae 3 (ubi latet fortasse LARINAT · SER) scripsit CNODIOOB sive CLIODIOOB et 5 sq. ita corrupit: SOR | FRAT · B · M || ANIMO · LIB || P · || H · E · I · V · R · F. — Ita corruptam ed. Orti l. c., Avellino l. c. p. 73 merito de lectione dubitans, Guarini l. c. p. 25.

5230 Larini in curia, rep. in novo coemeterio fodiendo.

C · OTACIDIVS PISIDI
NVS · VIVOS · SIBI · ET ·
ORTORIAE · LOCHIADI
CONTVBERNALI
SVAE M · PONTIO
MARCELLO · SOBRINO
SVO · C · OTACIDIO · FLORO
PATRI · SVO
IN · AGRO · P · XX · IN · FR · P · XX

Descripsi. Ed. Guarini p. 24.

5231 Larini in aedibus Minni.

D ❦ M ❦ S
RAIAE · FORTVNATE *sic*
FLAVIVS · PROCVLVS
CONIVGI CARISSI
MAE · CVM QVA VIXI *sic*
AN XXVIII
ET · SIBI · PO ·

Descripsi. Ed. Avellino l. c. p. 74, Guarini l. c. p. 20.

5232 Larini *casino Sorella.*

D · M · S
RVFO · QVI · VI
XIT · ANN · XXX
RVFVS · PA
TER · ET · SATV
RNIA · MATER
POSIT

Guarini p. 23.

5233 Larini tituli quattuor a. 1834 in via consulari sternenda rep. et illico rupti. Quattuor lapides eodem loco inventos ad idem sepulcrum pertinuisse mensurae ostendunt.

a.
C · SACRIO · FRONTO
FRATRES
IN · FRONTE · P · XII
IN · AGRV · P · X

b.
FECIT · SIBI · ET · C
ANNIDIO · MACHAERA
PATRONO · ET · SVIS
IN · AGR · P · X
IN · FRONT · P · XII

c.
FECIT · SIBI · ET
ANNIDIO · ET · MACHAIRA
PATRONO · ET · SVIS
IN · AGRO · P · X
IN · FRONT · P · XII

d.
SIBI · ET · SVIS · ET
CORDO · P
IN · F · P · XII
IN · A · P · X
H · M · H · N · S

Ed. Avellino l. c. p. 70; Guarini l. c. p. 8. 19 omissa tertia; Bonghius misit Kellermanno. — In secunda 1 C om. Guar. — In tertia 2 scr. ET · C · ANNIDIO · MACHAIRAE.

5234 Larini in curia, rep. in novo coemeterio fodiendo.

VARIA · Ɔ · L
PRIMIGENIA
VARIA · Ɔ · L · AGILE
VIVA · SIBI · ET
M · NVMISIO · CAPITON
CONIVGI · IN · FRO
P · XII · IN · AGR · P · X
H · M · H · N · S

Descripsi. Ed. Guar. p. 23.

5235 Larini in aedibus Minni, ita muro inserta ut legi nequeat.

D · M · S
DIANA · EPAEBIA
VINATRIS
PIENTISSI
MAE · MA
TRI · PO · SVIT

Ed. Avellino l. c. p. 74 et Guarini l. c. qui 1 EPHEBIA.

5236 rep. non longe ab agro qui hodie adhuc dicitur *Gerione, in Montorio nel luogo detto Piano*, ubi saepe sepulcra multique nummi Honorii et Iustiniani inveniuntur; antiquam Geryonem ibi fuisse credunt Extat Larini apud baronem Magliano.

S ·
TE
I · M
NTO
RISIM

Descripsi.

5237 rep. inter Bifernum et opp. Termoli. Ibidem hodie transit callis pecorum (*il tratturo*

AD PRINCIPIS IVSTITIAM PERTINET OMN*em peraeque tollere que-*
RELAM MAXIME VBI DE PVBLICO ET · PRIVAT*o bono agitur et*
INOLITA RENOVARE MANDATA SI *qui homines scelerati fraudulento*
sic ms. GAVDERE BENFICIO MVTATIONIS *cupiunt temporumque lapsu et*
sic ms. VICISITVDINE PROP*rii* COMM*odi causa abuti.*
QVÆ INTIMIVS HAVENTES IN PE*ctore sacra hac maxime op-*
PORTVNA ET NECESSARIA CONSTITVTIONE S*ancimus omni tem-*
PORE PER LOCA PRÆFIGENDO CANCELLARII NRI AVC*toritate edicto*
PROFESSA PECVARIA REGALI DERELICTO TRANSITV *qui tractu in-*
VIO ARBITRALI DIRECTIONE TRANSFERRE *ausi fuerint et ex-*
TRA DESIGNATOS ET STATIONALES CAL*les egressi aliq-*
VAM PASTVRAM ET MANSIONEM FACERE *vel cum sint cer-*
*t*VM · NVMERVM PROFESSI AVGERE PECO*ra nisi quis vel*
DIPLOMATIS ANNOTATIONEM EXHIBEN*tis iusto auxilio*
VEL INVENTA RATIONE DEFENDET*ur criminali id frau-*
DE · ET DOLO FACTVM PENALI · SCIANT *eosque ex legis tenore*
PVNIENDOS PRECIPIMVS COQVE*rcendosque ut praecipit di-*
sic ms. VALIS COSTITVTIO QV*oniam maximopere convenit nostrae*
EQVITATI ET BONI PVBL*ici rationibus ut sacris constitutioni-*
BVS INVIOLATA SER*vetur firmitas* . . . .
SIS BENE COM . . . .
PVBLICI . . . .
TVR . . . .
S . . . . .

Pollidoro ms. f. 105 (inde Guarini comm. XX p. 36): 'sequens edictum vir cl. Virgilius Capriolus Istoniensis iuris peritus atque multiplici eruditione praestans ex fragmento antiqui lapidis inter urbem Termulas et Tifernum effosso descripsit brevibusque annotationibus, quae una cum aliis ipsius opusculis autographis in bibl. marchionum Istoniensium prostant, illustravit. — — — Iulius Nasturtius in tractatu de dogana regia pecudum et doganariis [cuius libri praeterea qui meminerit non reperi] huius legis meminit eamque in Termulensi comitatu e regione antiquae viae consularis aetate sua diminutam et iniuriis temporum magna ex parte oblitteratam extare narrat; praecipua illius capita fideliter et accurate indicat.' — De aetate legis 'censet Capriolus, inquit, ad Gothorum tempora hanc constitutionem pertinere Gothoque ab rege editam, quo tempore Italia illi potiti in Frentanis Samnio et aliis circumpositis regionibus dominabantur. Nam per Cancellarium, cuius aperta mentio in lege est, eos rexisse Samnium liquet ex Cassiodoro, apud quem [var. XI, 36] legitur epistola regis [potius praefecti praetorio] nomine scripta *Anatholico cancellario provinciae Samnii.*' — Quamquam peior auctoritas vix cogitari potest quam harum personarum Pollidorianarum, tamen si quid video, haec genuina est et a Pollidoro certe non potuit confingi. — 3 *inolita*, i. e. vetustate sacrata. — 5 PROPI ms., scriptoris magis quam lapidis compendio. — 8 NRI item vix fuit in lapide. — 13 VM ms., in lapide fuit fortasse VM. — 15 *inventa ratione*, ex iusta causa, puta quod oves pepererint.

XIII. HISTONIVM. (*il Vasto d'Aimone*)

Histonienses lapides apparent iam apud antiquos, ut *Tortellium* in libro de orthographia et *Apianum*, quem excerpsit Gruterus. Ex auctoribus saec. XVI unus *Ligorius* accepit Histonienses quinque, quas quattuor novis ex sua penu auxit; verae eius falsaeque leguntur apud Gudium ms. 1641—1643. Meliores fuerunt copiae quas ministravit Gudio *Phoebonius* (ms. Gud. 256, 3. 257, 1. 879, 6. 880, 1—4. 881, 1—3) ad quem in Marsis sermo redibit, item et Gudio (ms. 43, 3—8. 11. 12) et Donio *Stephanonius*, quae sincerae sunt et Phoebonianae praeterea non sine aliqua diligentia versuumque ordine servato descriptae. Aequalis eorum *Nicolaus Viti* († 1644) de patriis antiquitatibus volumen ms. reliquit, cuius exemplum a librario valde corruptum Histonii usurpavi. Hos auctores Ligorium Phoebonium Stephanonium Vitum ex iisdem interdum exemplis pendere liquido docet n. 5255, unde apparet syllogen a Ligorio visam patuisse etiam posterioribus; quamquam alia hi ex ipsis lapidibus addiderunt. — Hos secutus est *Petrus Pollidoro*, de quo plura disputabuntur in Anxanensibus. Ad Histonienses eius quod attinet, aliae genuinae sunt neque reperiuntur apud Vitum Don. Gud. Mur. schedas Ligorianas Ottobon. quibus et ipsis Pollidorus usus est; aliae ab ipso confictae, quarum auctores laudat plerumque scriptores antiquos Histonienses, inter quos primum locum obtinet *Virgilii Caprioli* iure consulti (1548—1608), qui in *theatro iuris civilis* c. a. 1600 videtur edidisse lapidem n. 5244, *collectio antiquarum inscriptionum spectantium ad urbes et oppida Frentanorum et Samnitium* (ms. f. 383), quam citat modo ex schedis Barberinis (ms. f. 49), modo ex autographo in bibliotheca marchionum Histoniensium adservato (ms. f. 103). Eiusdem generis videntur esse *Lucii Canaccii* Histoniensis mortui inter a. 1623—1627, apud quem vidit lapides aliquot Phoebonius eiusve auctor, liber de *situ et varia fortuna Bucae et Istonii* scriptus secundum Pollidorum ante annos CL (ms. f. 260) et *Sebastiani Rinaldi* Anxanensis Chalcedonis episcopi (quem reperio libros alios edidisse a. 1599 et 1617) oratio de antiquitate et praestantia Anxani, quorum librorum equidem vestigium nullum reperi nisi apud unum Pollidorum et haud scio an nunquam extiterint. Ego quidquid Pollidori vel Pollidoriani auctoris testimonio solo defensum reperi sive apud Muratorium sive in codice autographo Pollidori, inter falsa reieci, rationibus ibi subinde additis. — Pollidorum excepit *Iosephus de Benedictis*, cuius librum de Histonio scriptum a. 1759 vidi Histonii et excerpsi; nova habet perpauca. — *Dominicus Romanelli* (*scoverte patrie di città distrutta e di altre antichità nella regione Frentana* Nap. 8. t. I 1805 pp. 373; t. II 1809 pp. 376; tertio tomo quae parata erant, ad topographiam ornandam adhibita sunt) Pollidori codicem ms. exscripsit, praeterea quos comites Tiberii Histonienses collegerant lapides edidit; idem postea titulos nuper repertos subinde addidit in ephemeridibus Neapolitanis et Gallicis. *Tiberiorum* liber, quo inscriptiones antiquas Histonienses quotquot tum extitissent aeri incisas sibi proposuerant edendas, non prodiit quidem, sed tabulas aliquot aereas ei operi destinatas contuli Histonii. Nuper denique *Ludovicus Marchesani* medicus libro accurato et pleno quem edidit (*storia del Vasto città in Apruzzo citeriore* Nap. 1838. 8. pp. 374 et LXXVII) inseruit titulos patrios omnes diligenter collectos. Eiusdem Ludovici et fratris beneficio vidi ipse et descripsi titulos qui adhuc extant, quorum tamen numerus imminutus est museo Tiberiano, quod postea Genova baro sibi comparavit et auxit, a furibus expilato, qui ad opus tessellatum faciendum marmora secuerunt.

5238 Histonii reperta a. 1740 in villa quadam iuxta silvam rotundam dictam *la Selvotta* versus fluvium Frigno *de Benedictis*; extat *casino Genova*.

(in latere:) III · KL · SETEBR

HERCVLI · EXVOTO · ARAM
L · SCANTIVS · L · LIB · MODESTVS · VI · VIR
AVG · MAG · LARVM · AVGVST · MAG
CERIALIVM · VRBANORVM · L · D · D · D

Descripsi. Cod. de Benedictis; Chaupy nov. fiorent. 1773 p. 75; Romanelli scov. Fr. I, 211; Marchesani n. 15.

5239 columna dimidiata Histonii rep. 1819 prope aedes medici Pietro Murii in aquaeductu Histoniensi; extat in curia.

I · O · M · DOL
PR · S · IMPP
SACRVM

Descripsi. Ed. Giornale enciclopedico di Napoli ann. XII 1818 p. 262, deinde Marchesani n. 4 cf. p. 34.

5240 Histonii tabula marmorea rep. sub eccl. S. M. Gratiarum cum globo magno et columnae fragmento. Extat in aedibus Spataro.

C · ARTENNA · PVDENS
M · CHO $\overline{II}$ · PR · 7 · VALERI
C · VETTIVS · SVPER
M · CHO · II · PR · 7 · LVCILI
L · CORISIVS · SATVRNI
NVS M · CHO · $\overline{II}$ · PR · 7 VESI
S · D · D

Descripsi. Ed. Marchesani n. 3. — 7 lege Soli (?) Dant Dedicant.

5241 Histonii, *casino Genova*. *Caprioli* apud Poll. eam vidisse dicitur in ruinis aedis Iunonis ad aedes Fantini, viditque in aed. Fantini *Bened*.

M · BAEBI
SVETRIV
MARCELL
IVSSV · DEAE ·

Descripsi. Mur. 109, 9 a P. Pollidoro; cod. Pollidori ex Capriolo et Vito; cod. de Benedictis; Torcia Pel. p. 64; Romanelli scov. Frent. I, 209; Marchesai itin. n. 12.

5242 Histonii in atrio S. Petri, ubi olim pro gradu ad aediculam Sanctissimi fuit.

cAPITOLIVm
fABIVS · MAXIMus
V · C ·
iNSTAVRAVit

Descripsi. Ed. Nov. Fiorent. 1773 p. 75; Torcia itin. Pel. p. 93; Romanelli scov. Frent. I p. 39; Marchesani n. 11 cf. p. 34.

5243 Histonii, *casino Genova*.

MVS ..
ICVMI
*fab*IO MAXI*mo?*

Descripsi. Ed. minus plenam Marchesani n. 38.

5244 arca gemina ingens, longa 2.10 metr., larga 1.17 metr., alta 0.67 centim., qua maiorem nullam vidi, integra omnino nisi quod operculum deest; bipertita duobus lectis, cervicalibus expressis in ipso marmore; qui lecti modico margine separantur itaque positi sunt, ut dextra mariti laevae uxoris iungatur. Inscriptiones leguntur non in parte exteriori, sed intus in arca ad laevam mariti, dextram uxoris, incipientes a capite mariti pedibusque uxoris litteris ad eos versis. Extat Histonii in eccl. S. Mariae; Salonae in Dalmatia male *Apian*.

ab una parte:

a. P · PAQVIVS · SCAEVAE · ET · FLAVIAE · FILIVS · CONSI · ET · DIDIAE · NEPOS · / BARBI · ET · DIRVTIAE · PRO · NEPOS
SCAEVA · / QVAESTOR · DECEM · VIR · STLITI · BVS · IVDICANDIS · EX · S · C · POST · QVAESTVRAM · QVATTVOR · VIR
CAPITALIS · EX · S · C · / POST · QVAESTVRAM · ET · DECEM · VIRATVM · STLITIVM · IVDICANDARVM · TRIBVNVS · PLEBIS
AEDILIS · CVRVLIS · / IVDEX · QVAESTIONIS · / PRAETOR · AERARII · / PRO · CONSVLE · PROVINCIAM · CYPRVM · OPTINVIT
sic VIAR · CVR · EXTRA · V · R · EX · S · C · INQVINQ · PRO · COS · ITERVM · EXTRA · SORTEM · AVCTORITATE · AVG · CAESARIS
ET · S · C · MISSO · AD · COMPONENDVM · STATVM · IN RELIQVVM · PROVINCIAE · CYPRI · FETIALIS ·
CONSOBRINVS · IDEMQVE · VIR · FLAVIAE · CONSI · FILIAE · / SCAPVLAE · NEPTIS · / BARBI · PRONEPTIS · SIMVL · CVM · EA · CONDITVS

ab altera parte:

b. FLAVIA · CONS I · ET · SINNIAE · FILIA · / SCAPVLAE · ET · SINNIAE · NEPTIS · / BARBI · ET · DIRVTIAE
PRONEPTIS · / CONSOBRINA · EADEM · QVE · VXOR · P · PAQVII · SCAEVAE · FILII · SCAEVAE · CONSI
NEPOTIS · BARBI · PRONEPOTIS · / SIMVL · CVM · EÓ · CONDITA

Descripsi diligenter; nota virgulas inter cola. Citat Tortell. de orthogr. littera L; ed. Apian. 370 (inde Fabric. 1587 p. 231; Grut. 360, 3) male; Mur. 728, 1 ab Al. Berti; Romanelli scov. Frent. I p. 186; Marchesani n. 6. 7. Dicitur etiam legi in Virgilii Caprioli theatro iuris civilis universi c. a. 1600 f. 21 (Marchesani p. 317). Quod refert Remondinius ex Poll. gentilicium Paquiorum sepulcrum repertum esse Histonii, falsum est; Pollidorus loquitur de eiusmodi sepulcro Romano (Fabrett. 43, 238).

5245 Histonii in aedibus ICti Lucii Canaccii.

CIV....A. DIV.........
REGI · SACROR · FLAM....
PATRIC · LEG · CAESARIS · PRO....
CLAVDI · IN · BRITANNIA · AD....
RO · PR · IN · HIBERIA · AD · BELI....
ORNAMENTA · TRIVMPH.....

Gud. ms. 256, 3, ed. 99, 3 a Phoebonio; ex libro de Benedictis (qui auctorem laudat Vitum apud quem non extat) Marchesani n. 13. — Vv. non divisit neque lacunas indicavit March. — 1 ID pro A. DIV Gud. — 2 SACERD · pro SACROR Gud. — 3 PIO pro PRO Bened. — 4 BRITTANNIA Gud. ed. contra ms. — 5 B · PR pro RO · PR Bened. — SEL pro BELI Gud. — 6 MONVMENTA pro ORNAMENTA Bened.

5246 Histonii *nel cortile del palazzo Tiberio*, litteris optimis.

GETAE · $\overline{IIII}$ · VI
QVAEST · PROVI
I QVAESITORI

Descripsi. Ed. Romanelli scov. Fr. I, 206; Marchesani n. 21.

5247 Histonii, exstat sed non potui videre.

AVG · $\overline{XV}$....
....ERM · IMP · P....
....VEXIL · ARGENT....
..../RVM · ESSET · VTI....
....

Marchesani n. 23, qui notat 4 legi posse et VTI et VTE.

5248 urna simplicissima alta pedem fere, similis columnae brevissimae cavatae; Histonii *casino Genova*. — Canusii *Gud. ed. contra ms.*

OSSA · SITA
SEX · MAGRI
Q · F · ARN
SATVRNINI·
Ↄ·LEG·I·MINER

Descripsi. Ex Stephanonianis Gud. ms. 43, 7, ed. 175, 3, Don. VI, 109 (inde Mur. 831, 7. Donat. 295, 8), cod. Pollidori; Romanelli scov. Fr. I, 204; Marchesani n. 48.

5249 Histonii in aed. Lucii Canacii I. C.

MECVI.......
IIII · ET · IVLIANA
NATA · PANNON....
VIS · PETOVIO.....
....POSITA·H.....

Gud. ms. 880, 4, ed. 131, 7 a Phoebonio.

5250 Histonii in S. Iosephi. Reperta dicitur Viti tempore (?) in platea *dell' Annunziata piccola*, ubi item inventus est titulus L. Valerii Pudentis.

M· BAEBIO· M· F· Q· N· ARN· SVETRIO
MARCELLO· EQVO· PVBLICO·
AED· Q· IIII· VIR· I· D· IIII· VIR· QVINQ· II
PATRONO· MVNIC· FLAMINI· DIVI·
VESPASIANI
M· BAEBIVS· SVETRIVS· MARCELLVS
ET· SVETRIA· RVFA· PATRI· OPTVMO·
HVIC· DECVRIONES· FVNVS· PVBLICVM·
STATVAM· EQVESTREM· CLIPEVM·
ARGENTEVM· LOCVM· SEPVLTVRAE
DECREVERVNT·ET·VRBANI·STATVAM·PEDESTRE *sic*

Descripsi. Ed. Panvin. Rom. p. 358 ed. 1558; Manut. orth. p. 98, 12; Grut. 374, 1 ex Panvinio et ms. cod. Metelli; Camarra Teate p. 92 (inde Fabrett. 463, 92); Gud. ms. 43, 3 a Stephanonio, p. 1108 a Ligorio; Toppi bibl. Nap. p. 199; cod. Pollidori f. 317; Romanelli scov. Frent. I, 194; Marchesani n. 17.

5251 Histonii olim penes comitem Tiberio; nunc desideratur.

M· BAEBIO
SVETRIO· N
AED · IIIIV

Romanelli scov. Fr. I, 206; inde Marchesani n. 5; tabula aeri incisa Tiberiorum, unde fracturae notam adieci.

5252 Histonii in eccl. S. Iosephi (cf. n. 5250). Caput iuvenile laureatum affabre factum, quod huius Pudentis esse volunt, servatur in aedibus Spataro.

L· VALERIO· L· F
PVDENTI
*h*IC· CVM ESSET· ANNO
RVM· XII· ROMAE
CERTAMINE· SAGRO
IOVIS· CAPITOLINI
LVSTRO· SEXTO· CLA
RITATE· INGENII
CORONATVS· EST
INTER· POETAS· LA
TINOS· OMNIBVS
SENTENTIS· IVDICVM
HVIC· PLEBS· VNIVER
SA· MVNICIPVM· HIS
sic TONIESIVM· STATVAM
AERE· COLLATO· DECREVT
CVRAT·REI·P·AESERNNOR·DATO·AB·
IMP· OPTIMO· ANTONINO· AVG· PIO·

Descripsi; vv. 17. 18 postea additi sunt. Tortellius de orthographia v. *Hedera;* Apian. 190, 3. 191, 1; Panvin. fast. ad a. 859 (inde Smet. 152, 22); cod. Waelscapple f. 129; Fabric. antiq. ed. 1549 p. 47 a Lilio Giraldo; Grut. 332, 3 ex Panv. et Lazio (in ed. 2 Gudius supplevit); Camarra Teate p. 229; Toppi bibl. Nap. p. 195 qui descripsit; Mur. 653, 4 ab Al. Berti, 1109, 1 a Phil. Camerinio; cod. Pollidori f. 317; Ignarra de palaestra p. 49 ab Antinorio; Romanelli scov. Fr. I, 177; Marchesani n. 9 cf. p. 312. 313.

5253 Histonii, *casino Genova.*

*coh. . c*ORSOR· C*r.?*
I· PATRONO· *nunc*
ONSTITVTO
O· LARINO· IIII· V*ir*
*d*IVI· HADRIANI· C
*con*SENSV· DEC*r*
PATRON
C I D

Descripsi.

5254 Histonii *casino Genova,* ubi nunc desideratur.

VFO· AED
DIC· HISTON
ECVND

Romanelli viaggio a Pompei II, 260 (repetiit ibi ex eph. *Moniteur universel de France* 4 Oct. 1811; Millin *magasin encycl.* Nov. 1811); Marchesani n. 39. — 1 ...FO March. — 3 SECVNDO Rom.

5255 Histonii olim supra portam eccl. S. M. Gratiarum, unde extracta et in museum baronis Genovae illata cum aliis periit.

CERIALIS · PAHIVS · CANDIDVS · AED
*crepidinem an*TE· MACELLVM· TESSELLA· STRVENDAM
et ....PANARIOS · FABRICANDOS · EX · METR
*etis et ponderib*VS · INIQVIS · SVPPLENTIBVS · AD · EA
*iis ....merc*ATORIBVS CVRAVERVNT

Gud. ms. 257, 1 a Phoebonio, ms. 1641, 4 ex Ligorio, ed. 75, 2. ind. p. IV tribus exemplis, quorum tertium est codicis Kooliani p. 44; Don. II, 54 (inde Mur. 506, 2) a Stephanonio; auct. Histonienses omnes; cod. Pollidori; tabula aeri incisa com. Tiberii; optime vero Bened. Betti (*lettera sulla lapida di Paquio Azmeno a D. Michele Torcia* p. 7), quem secuti sunt Romanelli sc. Fr. I, 202, Marchesani n. 8. — 1 CEREALIS Don. Lig. Kool. Vit. Videtur esse cognomen. — PANIVS Phoeb. Fuitne P· AHIVS? Ahios habemus Aeserniae. — 2 in. L· E Lig., IE Don Kool. pro TE, om. Phoeb. Vit. — TESSEI· LA Kool. Vit., TESSEILLA Lig. — 3 ANARIOS Phoeb. — MEIR Don. Phoeb. Lig. Kool. Vit. — 4 AD· EA Kool., AD· TEA Don. — 5 ..TORIBVS Phoeb. Lig. Kool. Vit. — CVR· MVRRVNI Phoeb., CVR· MVPRVNI Don. Kool., CVR· MVPRINI Lig. Viti, CVR....MV...P· P· VN Pollid., explicans CVRatores MVnicipii Pecunia Publica VNiversitatis.

5256 Histonii rep. 1794 muro adfixa inter ingentes ruinas sub ecclesia S. Petri; hodie non extat.

P· PAQVIVS· P· L· AZMENVS
MAG· CERRIAL·
SANCTVM· REFECIT
PECVNIA· PVBLICA
IDEMQVE· PROBAVIT

Bened. Betti *lettera sulla lap. di Paquio Azmeno a D. Mich. Torcia* 1794 p. 4; inde Romanelli scov. Fr. I, 219 et Marchesani n. 24.

5257 prope Histonium in agro Montis Oderisii rep. 1744.

D· M· S
ACTE
V· AN· X· M
VI· Q· FLA
VIVS· FOR
TVNATVS
PAT· FLAVIA
VESTILLA
MAT·
B· M· F

Cod. de Benedictis; inde Marchesani n. 53.

5258 Histonii in praedio S. Martini in sepulcro eleganti.

AVDAS· EVNOMIE· F

Cod. Viti; Mur. 1136, 6 a P. Poll.; cod. Pollid. f. 327 ex Mur. et Vito, ex eo Romanelli sc. Fr. I, 303. — AVDAS ‖ EVNOMIAE ‖ FIL· DVLCISS Poll.

5259 Histonii *casino Genova.*

D· M
SEX· AVSTI· SEX· F

Descripsi. Ed. Marchesani n. 58 male.

5260 Histonii *casino Genova;* non in tegula ut ait *March.*

C· AVSTIVS· SEX· F

Descripsi. Ed. Romanelli sc. Fr. I, 207; Marchesani n. 59.

5261 Histonii in margine superiori vasis pampinis ornati quod periit.

...*bae*BIVS· A· F· ARN· POSTVM

Romanelli sc. Fr. I, 204; tabulae aeri incisa com. Tiberii.

5262 urna eiusdem figurae ac n. 5248, Histonii olim in eccl. Annunt. min. in fonte aquae sacrae, nunc in suburbano Genovae. — Venafri *Gud. ed.* 43, 4 *contra ms*

Q· BAEBIO
Q· F· ARN·
SILVANO

Descripsi. Extat apud Gudium ms. 43, 6, ed. 43, 4 a Stephanonio; apud Gud. ms. 880, 3 a Phoebonio (a quo videtur accepisse Camarra Teate p. 92, quem exscripsit Reines. XVII, 152); apud Gud. ms. 1643, 3, ed. 316, 4 ex Ligorio; cod. Pollidori; Mur. 1645, 1 a P. Pollidoro; Romanelli scov. Fr. 1, 193; Marchesani n. 20.

5263 urna similis n. 5248, Histonii in eccl. S. Mariae.

CELERIAE· //////\
DIS · ET · ATHENAI
DIS· GEMELLIM
E· CELERIVS· PROBVS
ET RIBBEII CONTV
BERNALIS ET
ASIA ET· NEPSIS
SORORES

Descripsi. Ed. Romanelli sc. Fr. I, 208; ex eo Marchesani n. 28. — 1 CELERIAE· NAI Rom. — 2. 3 *et* mihi est *quae et, gemellina* pro *gemella.*

5264 urna lapidea Histonii in hortis eccl. S. Augustini Eremitae *Phoeb. ap. Gud.*

P · CELERIVS · COMIC
PATER· ET
CELERIA· HELPIS· MATE
FILIO· PIISSIMO

Gud. ms. 43, 5 a Stephanonio, 879, 6 a Phoebonio, 1641, 5 a Ligorio, ed. 231, 9; Mur. 1147, 5 a Petro Pollidoro; cod. Pollidori f. 327 ex Mur. — Supra alios versus deesse indicavit nemo. — 1 COMICVS, 3 MATER reliqui excepto uno Phoebonio. — Pollid. 3 ELPIS; 4 ex interpolatione IVLIO inseruit ante FILIO.

5265 urna male scripta similis n. 5248, Histonii in eccl. S. Mariae. — Canusii *Gud. ed. contra ms.*

OSSA· SITA
C· DIDI· PV
DENTIS· VIXSIT
ANNOS· XXXVII

Descripsi. Gud. ms. 43, 8, ed. 319, 7 a Stephanonio, Mur. 1666, 15 a Pollidoro; cod. Pollid. ex Vito; Romanelli scov. Frent. I, 204; Marchesani n. 46.

5266 Histonii intra eccl. S. Mariae pilae affixa.

D· M· S
C· FIGELLIO
FRONTONI
VIX·AN·IX·M·X·D IIT
C· FIGELLIVS
FRONTO· ET
ARIA· ATHENAIS
PARENTES· FILIO
PIENTISS· ET· SIBI·
ET· APRO· LIB· B· M

Descripsi. Mur. 1164, 9 a P. Pollidoro; cod. Pollid. ex Vito; Romanelli sc. Fr. I, 208; Marchesani n. 29.

5267 Histonii apud Canaccium.

D· M· S
HELVIDIAE
LASCIVAE
P· CRITTIVS
SECVNDIN
VS· CONIVGI
ET· HELVIDIA
VITALIS· FIL
PIENTISSIMAE
FEC

Gud. ms. 43, 12 a Stephanonio, 881, 2 a Phoebonio, 1642, 3 a Ligorio (in ed. non reperi); Don. XII, 95 a Steph.; Mur. 1350, 9 a Bertio et ex Donio; cod. Pollidori f 327 ex Donio; schedae de Benedictis. — 1 om. Steph. apud Gud. et Don. — 2 om. Gud. 881. — 4 CRITIVS Don. solus, C· RITTIVS (om. P·) Mur. de Bened. — 9 PIENTISSIMVS Gud. 881. — Vv. distr., quam dedi, tuentur Steph. apud Don. et Gud. et Phoebonius; reliqui neglexerunt.

5268 Histonii olim in aedibus Canacci.

DIO· NEPO
TI· HOSIDIVS
MAXIMVS
PATRI· OPTIMO
ET· HOSIDIA
APHRODISIA
VXOR
B· M· P

Romanelli scov. Fr. I, 208; inde Marchesani 30. — Fractam esse notavi ego.

5269 Histonii ad fontem alterum extra moenia in porta S. Antonii ad orientem.

D· M· S
HOSTILIVS· EVTY
CES· ET· HOSTI
LIA· FELICVLA· Q
HOSTILIO· STRE
NVO· NVTRITO
QVI· VIX· ANOS· VI
DIES· XXX· HOSTI
LIA· FELICVLA· SIBI
ET· SVIS· FECIT

Gud. ms. 880, 1, ed. 322, 12 a Phoebonio.

5270 Histonii, *casino Genova.*

D· M· S
TI· IVLI· HI
LARI· IV
LIVS· PV
DENS
FRATRI
PIENTISSIM
ascia

Descripsi. Romanelli scov. Fr. I, 206; accuratius Marchesani n. 44.

Histonii olim utraque penes comitem Tiberio; nunc desiderantur.

5271

LEPORAE· HIST *ser*
PRIVATVS· MARTI
B· M· POSVIT

5272

d M
*pri*VATO·
*r·p·*HIST· SER
*m a*RTIALIS
*p*ATRI· OP
*ti m*O· B· M· P

Tabulae aeri incisae com. Tiberii accuratius quam Romanelli sc. Fr. I, 206 (inde Marchesani n. 47. 49). Hic I, 1 HIST·SER, 2 MATRI; II, 1 D·M·S, 2 PRIVATO, 4 MARTIALIS, 5 PATRI, 6 TVMO· B· M· F

5273 tegula reperta nuper infixa operi latericio quadrato Histonii *nel largo de' Barbacani;* extat in suburbano Marchesani.

D· M· S
HIC ABITAT ME
VIA· VICTORIA· QE
AT SVPEROS SINE *sic omnino*
ABEBAT CASSAN
DRA· B· M· F·

Descripsi.

5274 tabula piscibus et avibus insculptis ornata, Histonii.

......SAE· VIX
........IES· XXX
...A.......NNISM..I
.....DVLCISSIMAE· ET
MODIVS· IVSTVS· VIR

Ed. Marchesani n. 55.

5275 Histonii olim penes comitem Tiberio; nunc periit.

D· M·
NERIAE· VICTOR
INAE· OPIVS· CON
IVGI· PIENTIS
SIMAE

Romanelli scov. Fr. I, 206; inde (?) Marchesani n. 41. — 1 om. Rom.

5276 rep. prope Histonium in pago Scerni, extat apud DD. Raimondi.

D· M
P· PAQI.....
...V.......

Marchesani p. 171.

5277 urna similis n. 5248, Histonii *casino Marchesani* rep. 1838.

PONTIAE· P· F
BASSAE
VIXIT· AN· XVII
Q· SVETRIVS
MAXIMVS· VXORI
FECIT

Vidi, non descripsi. Marchesani n. 120; cf. p. 145.

5278 rep. in agro Histoniensi prope vicum *Monte Oderisio;* extat in suburbano Genovae.

RAIAE
NIOBENI
C· FIGELLIVS
C· L· THALL
CONIVGI
B· M

Descripsi quod extat. Integram ed. Romanell sc. Fr. I, 214, inde Marchesani n. 26. — 4 TALLV· Rom.

5279 Histonii e regione S. Petri.

SOPE
DIDIAE
GALLAE· SER
V· ANN· XXII· D· XXX
EVVENVS
CONSERVÆ· B M
ET· SIBI

Descripsi. Legitur plus minusve corrupta apud Malvasiam marm. Fels. p. 302 e sched. Vat., Gud. ms. 43, 4 a Stephanonio, 880, 2 a Phoebonio, 1642, 4 a Ligorio, ed. 355, 15; Don. XVIII, 7 a Steph.; Mur. 1601, 15 ab Al. Berti; cod. Pollidor. a Como; Romanelli sc. Fr. I, 205; Marchesani n 45.

5280 Histonii rep. *negli Inforzi,* extat penes comitem Ricci.

D· M· S
THALLIAE
DVLCISSI
MAE· FILIAE
PRIMVS· ET
VICTORIA

Marchesani n. 122

5281 Histonii in aedibus I.C. Lucii Canacii.

Q· TIN*ei*O· DORO· PATRI
PVLCRIIE· DOMNI· .*m*ATR*i*
PARENTIBVS· DVLCISSI
MIS· AC· PIENTISSIMIS· Q
TINEIVS· PRIMIGENIVS
FILIVS FECIT

Gud. ms. 881, 3, ed. 260, 10 a Phoebonio. Reliqua exempla (Pollidoro ms. f. 327; Mur. 1281, 11 a Pollidoro; de Benedictis in schedis; Romanelli scov. Frent. I, 207; Marchesani n. 43) pendent a Viti exemplo, sed diverse exscripserunt, Romanellius etiam interpolavit. In Viti codice quem ego vidi ita perturbata erat haec inscriptio, ut nihil inde proficerem. — In vv. div. sequor Gudium, Phoebonius enim in ea re lapidem repraesentare solet. — 1 TINNODO RO Gud. et ita habuit etiam Vitus testibus codice meo et Poll. Rom. March.; TINNIODORO de Bened. Mur. Correxi TINEIO· DORO· — 2 do ex Gudio; PVLCHRIAE (PVLCHRAE Poll. Mur.) DOMNI MATRI de Bened. Mur. Poll.; PALCHE DENN MATRI Viti codex ut vid. (om. ET); ET· PVLCHRAE MATRI Rom. March. ex interpolatione. — 4 ET pro AC Rom. March. — 5 TINEIS Gud., TINICVS Poll. Rom., TINNIVS de Bened. Mur. March., FVNICVS cod. de Viti mihi visus. — PRIMICENIVS Viti codex de Bened.

5282 Histonii penes comitem Tiberio, urna.

P· VERATIO· Ɔ· L· OPTATO
ET· P· VERATIO· P· F· LABEONI
FILIO
AVCTVS· ET· SALVTARIS· L·

Descripsi. Romanelli in Millini *magasin encycl.* 1811 Nov.; *moniteur universel de France* 4 Oct. 1811; viaggio a Pomp. 2, 260; Marchesani n. 121.

5283 Histonii, *casino Genova.*

MO· CVM
VESVLLIA· NE
MESIDE· MA
TRE
B· M· P

Descripsi. Romanelli scov. Fr. I, 206; Marchesani n. 40.

5284 Histonii in aedibus Canacci.

D· M· S
VICTORIE
CONIVGI
PVDICE· IN
COMPARAVILI
QVAE· VIXIT· ANNIS· XVIII
VICTOR· MARITVS· FECIT

Gud. ms. 881, 1, ed. 289, 6 a Phoebonio; Mur. 1420, 14 ab Al. Berti; de Benedictis ms. — 1 om. Mur. de Ben. — 2 VICTORIAE iidem, VICTORIE Gud. — 4 PVDICAE Mur. de Bened. — 5 AVILI 'sic' Gud. ABILI reliqui. — 6. 7 om. Gud. — 6 ANN· Mur. — Praeterea versuum distributio differt.

5285 Histonii.

....
CVM· QVO· VI
XIT· ANNIS· XXXX·
MEN· SI· BVS· VIII
DI· EBVS· VII· FECIT

Marchesani n. 54; tabula aeri incisa com. Tiberii.

5286 Histonii rep. in viciniis S. Martini una cum asbesti fragmento insigni, cuius magna pars visitur in museo Borbonico.

......VLIAE
....VM

Marchesani n. 19 cf. p. 172.

5287 Histonii.

....S
....IAE
...I· II· DI
....D

Marchesani n. 51.

5288 Histonii *cas. Genova*

...S· VI
...AES

Marchesani n. 57.

XIV. ANXANVM FRENTANORVM. (*Lanciano*)

Acc. *la Roma* et mons *Pallana*.

Anxanensi epigraphiae varia fraudum genera tam penitus insederunt, ut viri periti Neapolitani non immerito suspectum proclament quidquid inscriptionum affertur ex oppido in hac re iure infamato. Antiquiores auctores non exhibent Anxanenses, nisi quod n. 5292 legitur in schedis Ambrosianis. Desunt item auctores municipales, excepto quod medicus *Iacobus Fella* edidit *de Anxani insignibus* (Venet. Ciotto 1606. 8.) librum a Toppio (bibl. Neap. p. 108) Pollidoro Romanellio laudatum, mihi et ipsi diligentissimo talium librorum indagatori Giustiniano (*diz. topogr.* V p. 197) frustra quaesitum; quo factum est ut quae unica inde apud Pollidorum affertur inscriptio n. 5295 quodammodo non Fellae, sed Pollidori valde suspecta fide adhuc stet. — *Petrus Pollidoro* Anxanensis abbas et cardinalis Hannibalis Albani auditor († 1748) fuit primus per quem Anxanenses lapides vulgo innotescerent. Scripsit primum *examen antiquarum inscriptionum quae nunc in Frentanis extant et aliarum quae superioribus temporibus vel extitisse vel repertas esse scriptores memorant* (ms. mox citandi f. 179), quam syllogen Muratorio (quem v. ad 1050, 7) concessit utendam; deinde inchoavit amplum *de antiquitatibus Frentanis* commentarium, quem manu auctoris foliis 445 scriptum versavi Neapoli apud virum optimum et humanissimum Michaelem Tafuri, libri iam post cardinalem Garampium dominum. Quem librum scripsisse quidem Petrum, sed editurum fuisse sub nomine Io. Baptistae fratris ex multis indiciis apparet. Eum ante me excusserunt *Romanellius* (*scoverte Frentane* t. II; peculiarem eius tractatum de Anxano in eph. encyclopaed. Neapolitanis antea editum non adhibui) et aliquanto accuratius *Corcia* (*storia delle due Sicilie* t. I Nap. 1843) mihique fuit magnae utilitatis ad faeces Pollidorianas penitus secernendas et eiiciendas; quamquam vix opus est monere genuinas quoque patriae inscriptiones eo tempore repertas in eius codice reperiri. — De auctoribus a Pollidoro citatis dixi p. 274 ad Histonienses. — Post Pollidorum fraudes continuatae sunt genere mutato; non in charta enim, sed in marmoribus iam et tegulis scripta sunt quae c. a. 1780 nescio qui *Homobonus della Bucache* confinxit; quae omnia *Michael de Giorgio* Anxanensis comparavit sibi atque deinceps quidquid sive veri sive falsi afferebatur museo inferre non destitit. Neque enim extincta est cum Homobono qui instituerat falsorum titulorum officina. Homoboni istius fraudes inveniuntur iam apud Romanellium; posteriores latius grassatae et Guarinium praesertim editorem nactae in optimas quasque syllogas nescio quomodo se insinuaverunt ipsumque corpus inscriptionum Graecarum recepit n. 5878 foederis Frentani monumentum, quod ipse vidi non scalpro incisum sed stilo leviter exaratum in marmore versicolori. Omnino quicunque lapides musei Giorgiani tegulasque et litterarum forma et interpunctione et nexibus plane non Romanis examinaverit inscriptionesque eius honorarias in tegulis expressas, fraudem statim deprehendat necesse est; ut omittam absurda titulorum argumenta, qualis est *Antoninus Pius paganis et Christi fidelibus carus;* de qua re qui falsas n. 803*—811* evolverit ipse poterit iudicare. — Remotis falsis restant paucissimae genuinae Anxanenses, quarum maiorem partem ipse vidi. Addidi paucos et exiguos titulos repertos in pago *la Roma* prope Casoli, quam antiquam Romuleam fuisse autumant, et in monte *Pallana* prope Bombam, ubi volunt olim Pallanum oppidum fuisse.

5289 Anxani penes Mich. de Giorgio.

DRACO· MAG· AEDICVLAM
SIGILLA · ORNAMENTAQVE · OMNIA
LAR· FAM· D· S· P· F· C· E|DEMQVE· DEDICAVIT

Descripsi. Genuina est omnino.

Anxani fragmenta penes Mich. de Georgio.

5290 DIVI NERV

5291 II PII PA
NI· PAR
ADDITO OPT

Descripsi.

5292 Anxani in turri eccl. cathedralis; subscriptum est inter alia: 'civis Oliverus vates invenit (ab annis mille dei centum quinque decem quoque bis nesciit hunc čivis) qui rus ex urbe latentem transtulit ad Iustae parva sacella dicans; Alfonsus Belmontis iussit in urbe reponi praetor, quem genuit regia Parthenope.' Unde apparet titulum latuisse usque ad a. 1520, tum repertum esse Anxani intra muros ab Oliverio poeta Anxanensi eiusque cura Anxano ad S. Iustam (in colle Castellare primo ab Anxano lapide) translatum indeque postea a Belmontio Anxanum reductum esse. Quare quod vetus Anxanum ad S. Iustam fuisse vulgo tradunt, certe ex hac inscriptione locove ubi inventa est minime efficitur.

VG· ANXIANO ADSTANTE ORDINE *sic*
RIBVS· AVIONIVS IVSTINIANVS RECTOR
I TAM QVAM ETIAM COLLEGIA
torum collegiorum o|MNIVM PVBLICE INCIDI PRAECEPI VT
VCVNDVS FAVSTINVS SALVTARI *sic*
ISCOLIVS PRIMVS CVM FF LEO
IX PROCVLO ET
ISCOLIVS HERCLANIO YPPASIVS
RVS CVM FF SATVRNINVS CVM FF PROBVS
NO MARC LLINVS
VICT INVS
FAV
EPO ER
TIVS

Descripsi. Ed. Mur. 566, 1 qui et invenit in schedis Ambros. et accepit cum falso titulo n. 795* confusum et corruptum a Pollidoro; Pollidoro ms. f. 126 similiter; melius Romanelli sc. Fr. II, 96. — Aliquot litterae in lapide suppletae sunt, ut 2 TRIBVS.

5293 Anxani rep. in colle dicto Castellare, nunc apud Michaelem de Giorgio.

BENE*f*ICIARIO· TRIBVNI· COHOR· V· *p*R
C· ATTIO· C· F· ARN· CRESCENTI
AED· ANXANI· ET· CLVVIS· AED· IIII· VIR· I· D
T I VII

Descripsi; genuina est. Ed. Romanelli scov. Fr. II, 100 qui male legit 1 BENNACIARIO, unde titulus hic vulgo audit lapis Bennaciarii.

5294 in limine inferiori ecclesiae S. Iohannis in Venere ad IV lap. ab Anxano.

RIO· P· F· PRA
S CAESARIS· G
III· VIR· QVINQ· TR
TORI· AVGVSTO· P

Ex Brunetti marmòribus Aprutinis ms. schedae Antinorianae, de quibus vide in Aputinis.

5295 Anxani in aquaeductu extra urbem.

Q· CASSIVS· LONGINVS· SVA· PEC· F

Referre dicitur Fella in historiā Anxanensi, unde videtur habuisse Pollidoro f. 116, a Poll. Mur. 473, 9, a Fella et Poll. Romanelli II, 124. Non caret suspicione.

5296 rep. 1747 ad eccl. S. M. Imbaro III p. ab Anxano, ubi propter n. 804* male antiquas Cluvias fuisse arbitrantur.

D· M
FLAVIA· COMICE· FECIT
L· CAESIO· METRODORO
CONIVGI· BENEMERENTI· ET
CAESIA· METRODORA· FILIA· ET
L· CAESIVS· METRODORVS· ET· L· CAESIVS
PROBVS· FILI· FECERVNT· PATRI· DVLCISSIMO
ET· SIBI· ET· SVIS· LIBERTIS· LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE· EORVM H· M· D· M· A

CONIVGI · KARISSIMO
MARCIA · IVSTA
PATRI · PIENTISSIMO

Phoebonius in libro p. 128 (inde male Mur. 1481, 9) et apud Gudium ms. 255, 3, ed. 308, 2; Marini iscr. Alb. p. 31; Hoare I, 368; Brocchi; schedae Avezzanenses, Valla qui ed. in litt. ad Kestnerum n. 8. — 1 om. Val. in ed., non in litteris ad me datis. — 2 EVTHYCETI Val. in litt. (ed. male EVTYCETO); EVTHICETI Mar.; EVTHGETI Gud.; EVTNETI Phoeb., FVTICETI sched. Avezz., EVTYCHETI Brocchi, Hoare. — 5 MARCIA · RESTITVTA Gud. Valla, MARCIAE · RESTITVTAE Phoeb. — 6 CARISSIMO Hoare, MERITISSIMO Gud. Phoeb. — 8 MATRI Phoeb. solus. — PIENTISSIM Phoeb. PIETISSIMO Gud. — In fine add. P · solus Phoeb. — Iidem homines nominantur n. 5630.

5656 Massae in aed. Pace *Brocchi,* in hortis Blasetti *Rossi.*

L · MARCIVS · L · F
FAB
MORDAX

Descripsit Brocchi; Cardinali n. 379 e Rossianis.

5657 Albae in via pone aedes Blasetti.

L · MARCLEIVS · L · L ·
PHILARGVRVS
GLADIARIVS

Hoare I, 362; Cardinali n. 381 e Rossianis. — 3 GLADIARIV*s* Hoare.

5658 Avezzani in eccl. S. Bartholomaei in pavimento sub concha aquae lustralis.

D · M · S
Q · NAEVIO · TRO
PHIMO · MAR
CIA · AVGENDA
CONIVGI · B · M
POSVIT · ET · ET · SIBI
CVM · QVO · VIXIT
ANNIS · XVI · M · V

Hoare I, 368; exscripsit Antinori. — 3. 4 Ant. MAR|A pro MARCIA. — 6 ET · ET · SIBI Ant., ET · FI · SIBI Hoare.

5659 Albae in eccl. S. M. in pavimento.

D //////
*p*OMPEIA · Ɔ · L · M///////
*a*LFIA · Q · F · QVINT/////
*n*EPOTIS · AMICA · //////////

Gud. ms. 259, 2, ed. 312, 4 a Phoebonio; Promis p. 86; exscripserunt Antinorius et Gualterius. — 1 solus Promis habet. — 2 M Ant., M Gud. Prom. — 3 ..EIA · Q · F · QVIN... Gud. Promis. — 4 NEPOTIS Gud. Prom.

5660 Albae in eccl. S. Petri.

POPPVLEIAE · TI · F
EX · TESTAMENTO
GAI · FILI
'sic' Br.

Ed. Promis Alba p. 86; descripserunt Brocchi et Kellermanno Bunsen. — 1 POPVLEIAE Bunsen.

5661 Tagliacozzi in aedibus Mastroddi *Brunn*; in agro Teatino male *Brunetti*.

Q· QVINCTIVS· Q· F
GALLVS· SAL

Descripsit Brunn. Antinorius excerpsit ex Brunetti marm. Aprutinis.

5662 Albae in domo Orlandi ante plateam *Antin.*



speculum

SEPTIMIAE ✿
LYDE ✿
SEPTIMIA · SÆVRA *pecten perula*
ET·SEPTIMIA·PRIMI *soleae guttus*
GENIA · PATRONAe
B· M· D· S· P

Chaupy III, 227; Cardinali n. 406 e Rossianis; descripserunt Brocchius Antinorius Gualterus. — 3 SAVRA Rossi, SATVRI Brocchi. — 5 PATRONAE Ch., PATRONE Ant., PATRONE Rossi. — 6 D· S· P Ant., D· S· F Ch. Rossi.

5663 Albae.

C· SERVILI
C· L· INFEC
patRI· D

Descr. Brocchi; lacunae notam addidi ego.

5664 in vico Cappelle prope Albam Marsorum in burgo ad septentrionem.

D· M
STRABONILLAE
SEPTIMI· STRABO
ET· FELICVLA· F
FILIAE
PIENTISSIMAE
VIX· ANN· XX· M
XI

Giovenazzi p. LVII; Cardinali n. 410 e Rossianis; extat etiam in sched. Antinorii, qui descripsit. — 3 STRAB Rossi. — 4 FELICIVLAE 'sic' Ant. FELICVLAE Rossi. — 7 AN· Rossi. — 8 II pro XI Ant.

5665 rep. in agro Celani in pago Porciano 1827, nunc Celani in aed. Venditti.

D· M· S
sucCESSO· C· IVL.....
...ANI· SER· ACtori
helPIS· EIVSD· COniu
gi BENEMERENti
cuM· QVO· VIXIT· Ann
...M· VIII· D· IIII

Ex schedis Avezzanensibus aliisque, quas item habui Vallae beneficio; in his legebatur 3 LANI SER CAC, 5 VBENTMERE.

5666 Avezzani in fronte domus Ios. Seraphini.

rosae
TITVCIA· M· F
porta

Antinorio exscr. Gualterus.

5667 alle Forme prope Albam Fucensem in eccl. paroch.

P· VET· TI· O· P· F· F· AL

Antinorio exscr. Minicucci; Rossi l'arco Trajano di Benevento III p. CXCIV. — Fuitne FAB pro FAL?

5668 Tivolare M. p. a Scanzano *Phoeb.*; nunc extat pars prior Tagliacozzi in aedibus Mastroddi.

L· VIBI|VS· L· F
STAB|ILIO
VIVVS· FE|CIT
ET· OFILLIA E· M· L
EPISTO|LIONI

Partem priorem descripsit Brunn; integram dedit Phoebonius p. 148 (inde Mur. 1540, 3, qui correxit, et Antinorius qui habuit ex exscriptore Phoebonii de Matteis). — Phoebon. vv. male divisit. — 1 in fine puncta ponit Phoeb. — 2 STAT... Brunn. — 3 fortasse excidit SIBI. — 4 OFILIO· AE· M· L Ph.

5669 Albae in aedicula S. Leonardi.

C· VOLCEIVS· C· F· L· MARO
P· L· TIVMO

quod est fortasse:

C· VOLCEIVS· C· F L· MARO.......
POSTVM

Phoeb. p. 170, inde Corsignani V. I. p. 71 absurda hac interpolatione: C· VOLCEIVS· C· T· L || MARO· P· L· T· T· V· M· O || N· O· Q· Wgæ || I· V· L et Mur. 1767, 14 non accurate.

5670 litteris maioribus, Albae in eccl. S. Angeli.

T· M· F· SALVE

Gud. ms. 879, 3, ed. 337, 2 a Phoebonio.

5671 Avezzani rep. 1805 M. p. ab emissario Claudiano.

HVIC· MONVMENTO
TERRA· CEDIT
IN· FR· P· XXXV· IN· AG· P· IX

Cardin. iscr. ant. n. 423 e Rossianis.

5672 Albae in muro viridarii domus de Gifallo.

....
....L PVEL..AE· QVI
...M· MARCEIVS· N·
...RANTE· C· IVLO..VIR

Exscr Antinori.

5673 Avezzani in ostio septentr. domus orat. Paschalis.

....
...ET......
...ONIO....
...BASSO....
...NONI....
...MANI...
....O.....
....

Antinorio exscr. Gualtherus.

5674 Albae in eccl. S. Angeli, nunc Antrosciani in domo de Pace.

....
MARC....
GALL.....
FAVSTO· FI...
....
VIXIT· ANNOS....
....

Antinorio exscr. Gualter.

5675 Albae olim in S. Angeli, nunc Antrosciani.

....
....
OL............ .
N..TITIELLIXS· L...
ATRONOSTEDIM

Antinorio exscr. Gualter.

5676 Albae, *serve di sedile in un trivio.*

D· M
...NSIEDIAE· A...ILE
...F· S......VELINVS
....

Exscripsit Brocchi.

5677 Tagliacozzi in aedib. Mastroddi.

// o M·
//NIO VIC//
I//AS· P//
VI N·
III ENI//
ELIESAN
B// M
P

Descripsit Brunn.

5678 Tagliacozzi in aedibus Mastroddi.

AVARIS
LES· VNI
O· NIA
IBZO

Descr. Brunn.

5679 in Marsis.

D· M· S
C· MODIO· ATIMETO
SEVIRO· AVG
TVRVLLIA· PRIMI
TIVA·CVM·QVA·VI
XIT· ANNOS· XXX
B· M· P

Misit Valla.

5680 in Marsis.

IVS· SEV· AVG· P· VAR· I
IS NI· SIBI

Ex ms. Avezzanensi.

5681 in oppido Civitellae; quodnam intelligatur cum plane ignorem, interim retuli inter Marsas incertas.

D· M
EGNATIAE · IANV
ARIAE
C· COMINIVS· PRIS
CVS· COIVGI· B· M

Mur. 1339, 3 a Revillas.

5682 loco incerto.

T· VETVRIVS
LVCIFER· SIBI· ET
OCTAVIAE· SICEN
ET· OCTAVIAE
CINIDIAE
T· VETVRI· COMMVNIS

Ex schedis Avezzanensibus, quibus continentur inscriptiones Marsae et agri Aquilani.

5683 ad ripam lacus Fucini.

VICTORI· QVI· VIX· AN· XVII· M· VI
VICTOR· PATER· FILIO· CARISSIMO· B· M
P· ET· SIBI· CVI· RELIQVIT· LACRIMAS

Fabrett. 235, 621 ex ms. III. Severolii.

IX. CARSIOLI. *(prope le Celle di Carsoli)*

Carsioli siti fuerunt inter miliarios antiquos XXXVIII et XXXIX viae Valeriae inter pagos *Riofreddo* et *le Celle di Carsoli* M. p. post cauponam *del Cavaliere* Roma venienti (Fabretti de aquis p. 88; Chaupy III, 222; Westphal röm. Camp. p. 121), hoc est in ipso regnorum Neapolitani et Romani confinio. Quare quae de eius ruderibus accepimus, traduntur a Romanis magis quam Neapolitanis antiquariis, ut non immerito excusatum me velim si qua in hac parte minus perfecta et plena exhibentur quam in quibus versatus sum. Arsulanos lapides quos novi, cum Carsiolanis coniunxi, etsi ita extra fines paullo egredimur. Praeter Phoeboniana, quae non sunt multa, et Rossiana usus sum sylloge quadam Carsiolana, quam offendi et inter schedas Amadutianas bibliothecae Savignanensis neque loco ubi extent neque auctore addito, et apud Vulpium in Latio veteri (t. X 1745 p. 678 sq.), ubi exhibentur inscriptiones quas Antonius Vindittus Marsus Pereti in aedibus suis collegit. Martelliana quaere in falsis n. 858*—860*.

5684 Pereti apud Vendittium olim, nunc in mus. Vaticano in diis col. I.

PHILARGVRVS· VILICVS· CORRI
AED· LAR· D· S· P· F· C

Ex schedis Carsiolanis Amadutii; Vulpi X p. 681.

5685 tabella cum tympano inter Carsiolos et cauponam del Cavaliere in loco dicto *la fonte di Cività*, in vinea Ant. Ferrari de Oricula.

SACR

infra stant mulier stolata ad tripodem, homo tibias sonans, alius bovem ducens; in lateribus a dextra est urceus et infra scrofa, a sin. patera et aries. In parte postica est truncus lauri vel quercus.

Gualterus dedit Antinorio.

5686 locus non indicatur.

P· PESSCENITI......
A.ES∪ER· CORR/.....
HILAR/S· VIVAT/.....
ANTIOCVS· PVQ· S...
M· R/BRIVS· M· L· N
A. E S N E R· S A.
F· C· C

Ex schedis Carsiolanis Amadutii.

5687 Carsiolis rep. (Arsulis nuper effossam ait Mur., vix recte); deinde in mus. Veronense illata.

HERENNIAE
CVPRESSENIAE
ETRVSCILLAE· AVG
CONIVGI· D̄· N̄· DECI
AVG· MATRI· AVGG
N N· ET· CASTROR
S· P· Q· C

Mur. 1036, 4 a Rodulphino Venuti; Maffei M. V. 102, 4; sched. Carsiolanae Amadutii Mur. et Maff. sequor in vv. distr. — 2 CVPRESSINIAE Mur. — 3 ITRVSC – Mur. — AVG om. Mur. — 6 CASTRORVM Mur.

5688 Pereti apud Vindittium.

.ITIIEDIO· FLACCO
FIL· TR· MIL· II· LEG· X· GEM
PRAEFECT· FABR· BIS
IIII· VIR· IVR· DIC· QVIN

Ex schedis Carsiolanis Amadutii; Vulpi Lat. vet. X, p. 679.

5689 Pietraseccae prope flumen Turanum in praedio Iohannis de Angelis in Vallevito.

AVRVNCVLEIAE· I· L·
SOCRATIA· C· APPVLEIO· C· F
ANI· FIRMO· C· LEG· III· SCITICAE
AVRVNCVLEIO· D· L· LATRONI
AVGVSTALI

Cardin. iscr. ant. n. 336 e sched. Rossi. — 1 lege AVRVNCVLEIA· L· L· — 3 C debuit esse ?.

5690 Pereti apud Vindittium, deinde in museo Vaticano mag. I.

Q· AVILLIENVS· FEL......
M· OLIVS· SECVNDV...
IIII· VIR· I· D
PARIETEM· BASILICAE· REF...
AB· FVNDAMENTIS· ET· ARCV..
EX· D· D· P· P· F· C

Ex schedis Carsiolanis Amadutii; Vulpi X p. 680; Visconti mon. Gabini p. 93. — 2 SECVNDVS Visc. — 3 VIRI Visc.

5691 extra Peretum Carsiolos versus in eccl. S. Petri *Phoeb.*; Pereti in hortis Maccafani *Card.*

*Q· AVIL*LIENVS· Q· F· *BASSVS*
MAGISTER· *IVNIVS*
IIII· VIR· AED· *POT*
IIII· VIR· IVR· *DIC*

Phoebon. p. 210 (inde Corsignani de viris ill. p. 320 et Mur. 679, 5), fractam dedit Cardinali n. 308 e sched. Rossi. — Quae Card. non habet inclinatis dedi. — 2 num IVNIOR*um*?

5692 Carsiolis in muro ecclesiae S. Mariae in Cellis.

T· DOCETIVS· T· F· FL...
IIII..V...
CVRIAM· REFICIVNDA..

Cardin. iscr. ant. n. 304 e sched. Ross.

5693 in sepulcro nuperrime detecto sub *Poggio Ginolfo* prope Carsiolos *Gud.* in saltu Sisarae in ruinis Carsiolorum III. p. ab opp. Rivi Frigidi *Phoeb.*

TREBONIVS
RVFVS· IIII· VIR

Phoebon. apud Gud. ms. 225, 4, ed. 140, 3; item in hist. Mars. p. 203 (inde Mur. 751, 4). — Ph. dat TRIBONIVS· RVF· et vv. ord. neglexit.

5694 Peretii apud Vindittium.

INPER.... ....E R V M
L· TITIEI.... ....CVTILVS
L· EGN..... ...R R I M
EX· S· C.....

Ex schedis Carsiolanis Amadutii; Vulpi X p. 680. 681, qui 3 PRIM.

5695 Carsiolis *nella osteria del Cavaliere.*

M· METILIO· SVCCES
SO· M· METILI· REPEN
TINI· PATRONI· COLO
NIAE· FILIO· PATRO
NO· ORDINIS· AVGVS
TALIVM· MARTINOR
COLLEGIVM· DENDRO
PHORVM· CARSIOLA
NORVM· PATRONO
OB· MERITA· EIVS
L· D· D· D

Don. IX, 32 (descr. Stephanonius); Mur. 515, 2 (a Philippo Camerinio et Didaco de Revillas); Chaupy III p. 223; Hoare classical tour I, 384; Vulpi vet. Lat. X p. 683 qui descripsit. — 2 REGEN Don. — 6 MARTANOR Don. — 8 PHORORVM Don. Vulpi. — CARSEOLA unus Mur. — Frustum eiusdem tituli repetiti fortasse videtur esse quod exhibent schedae Cars. Amad. et Vulpius X, 682 a Vendittio: COLLEGIVM· DENTROF.... (DEN...Vulpi) || SIOINV (N Am.) OA (A Am.)... [i. e. SIOLANOR] || OB· MERITA· EIVS (EIV Vulpi)....

5696 Peretii apud Vindittium.

Q VARIO IVCANO SIVIRO
AVC· MART· PAT· COLNA
BRVIVII CN ANN FRVM
POIVIT QVIX· ANN· IXXVIIII
MENS VIII DIES XV HOR IXX SI
CII SIB ET LOLLIAE MATIDIAE
COIVCI SVAE EX COMMVNEPAV

ita restituenda:

Q· VARIO· LVCANO· SEVIRO
AVG· MART· PAT· COLL· FA
BRVM· CVR· ANN· FRVM
POPVLI· Q· VIX· ANN· LXXVIIII
MENS· VIII· DIES· XV· HOR· IX· FE
CIT· SIB· ET· LOLLIAE· MATIDIAE
COIVGI· SVAE· EX· COMMVNIBVS?

Sched. Carsiolanae Amadutii et Vulpi X p 681. — 2 MAR· PAI, 3 BRVI..VI, 4 POI..VII, 6 SIBI..F LOLLIAE, 7 COIVGI Vulpi.

5697 Pereti apud Venditttium.

IHORIA INGENVA
corona
H C
C· PETIDIO· PRIMIONI· MAG· MART

Sched. Carsiolanae Amadutii (inde Marini Arv. p. 252); Vulpi X, 682 qui male ex 3 titulum separatum fecit. — 1 IHORIA Vulpi, HORIA Am. — 3 MAR Vulpi.

5698 Arsoli in porticu aed. DD Massimi.

L· ANINIVS· L· L· EROS
LICTOR
AVGVSTI· CAESARIS
EX· TESTAMENT· ARBITRATV
THIASI· L

Mur. 886, 10 a Didaco de Revillas; vidit etiam Brocchi.

5699 Carsiolis in S. Mariae in Cellis infra pulpitum rep. 19 Mai. 1808.

CVRTIVS· M· L· HILARIO
TITINIAE· L· L· FAC....
CRYS....CVLINAE
IN· FRON· P.....
AD· CIPP· TREBONIOR
IN· AGR· PED· XX

Cardin. iscr ant. n. 350 e schedis Rossii.

5700 Carsiolis in turri eccl. S. Mariae.

Q· LISIVS····A.....
L· LISIVS ·NI....
PATREI ATRI·I....

Gualterus exscripsit Antinorio.

5701 propo Paganicum in ingenti lapide qui vulgo *Pietra scritta Gud.* in lap. magno M. p. a Marcetelli prope Carsiolos *Ant.* prope Carsiolos *incontro la terra di Pelesce* prope Toranum fl. *nel locale detto Monte a Iano Martelli.* — Marcetellum nescio ubi sit, Paganicum neque Aquilanum neque prope M. Reale situm Carsiolis vicinum est, quare an recte Carsiolis tribuerim dubito.

P· MVTTINIVS· P· F· PATER
CLODIA· MATER
P· MVTTINIVS· P· F· SER· SABINI

Gud. ms. 229, 4, ed. 240, 6 nescio unde. Pessime descriptam habuit Antinorius a Livio parocho Marcetelli sic:

IMMOTTINVS· PATER
CLODIA· MATER
IMMOTTINVS SI SER SABINI

unde fluxit Martellii exemplum n. 59:

IMMVTINVS· PATER
CLODIA· MATER· IM
MVTINVS· FIL· SER
SABIN

5702 Carsiolis in S. Mariae in Cellis.

D· M
SALVIE· FELICIS
SIME· CVRBISIVS
SVCCESSVS
COIVGI· DIGNISSIME

Cardin. iscr. ant. n. 403 e Rossianis.

X. AEQVICVLI. *(il Cicolano)*

In Aequiculis simpliciter quae collocantur inscriptiones apud Panvinium Manutium Ligorium, ut Grut. 304, 4; 449, 1; 471, 6; 487, 9; 491, 2; Gud. 4, 11; 143, 6; Mur. 1088, 3 et si quae aliae reperiuntur sive verae sive falsae, pertinent ad Trebulam Mutuescam prope Monteleone regni Romani oppidum neque huius libri finibus comprehenduntur. Contra res publica Aequiculorum quae fuit aetate Romana complexa est tractum ad Saltum fl. inter agros Carsiolanum Albensem Aveiatem Amiterninum Cliterninum et Trebulanum villis pagisque innumeris qui hodie nomine paullum immutato dicitur *stato di Cicoli.* Inscriptiones eius regionis aliae innotuerunt cum Marsis Phoebonii, aliae cum Antinorii et Leosinii et Vañae Aquilanis; proprios auctores hic habemus praesertim *Bunsenum*, qui in annalibus instituti archaeologici t. VI (1834) p. 111 sq. diligenter exposuit quae ibi data opera investigavisset, et *Felicem Martellium*, qui post libellos aliquot brevissimos quos non omnes vidi postremo edidit librum inscriptum *le antichità de' Sicoli primi e vetustissimi abitatori del Lazio e della provincia dell' Aquila* (Aquila vol. I 1830 pp. 284; vol. II 1835 pp. 198), in cuius secundo volumine p. 159—182 inscriptiones et huius tractus et viciniarum proponuntur. Qui liber mihi harum rerum adhuc rudiusculo neque usu edocto, quanto rectius diffidatur quam credatur, cum primum in manus incidisset, inter sordes multas (Ianum enim quartum huiusque nominis ultimum et eius generis alia quis non riserit?) optima quaeque tenere mihi videbar, quod longe secus esse monuit olim Borghesius magister meus atque patronus iamque ipse plane perspicio. Ut mittam Ligorianas quas suis infersit et interdum ipsum se vidisse simulat (Gud. 4, 11 Martelli n. 51; Grut. 19, 3 = Mart. n. 83), inter proprias eius aliae sunt male translatae (ita Orell. 1428 Veleias luxata et ad Trebiam prope Arcinazzum Aequorum traducta legitur apud Mart. n. 88), aliae interpolatae incredibili amentia (ita ex Forulana n. 5769 ....CAESARI ‖ ...RVLIS · LVDOS ‖ ...P · CORNELIO effecit FORVLVS LVDOS· *Saeculares* CN· CORNELIO *et l. mummio achaico cons.;* ex IVRID· PICEN in titulo Bull. 1833 p. 64 rep. Marcosimone, quae Martellio Ficulea est, IVRID · FICVL, ut alia complura exempla in libro meo sparsa praetermittam), aliae denique plane confictae, quamquam plerumque ita ut ad sincerum titulum quodammodo applicaret se indeque monstra sua exornaret; cuius consuetudinis optimum exemplum est titulus Corfiniensis n. 835* ad genuinos n. 5361. 5363 ridicule conceptus. Vel sic tamen insunt in hac farragine male ordinata genuinae quaedam neque ex libris editis exscriptae, sed ex Antinorianis ut videtur aliae (v. n. 5701), aliae eaeque plures ex ipsis lapidibus ipsaeque falsae eius magna ex parte originem videntur duxisse ex titulis adhuc ineditis perperam lectis et peius interpolatis. Quod etsi ita esse suspicor, tamen retinere me neque potuit neque debuit, quin paucissimis exceptis quae sine ulla offensione legerentur, Martellianas omnes alia auctoritate non defensas sive falsas sive interpolatas in suspectarum ordinem amandarem.

5703 in opp. Torani M. p. a vico S. Anatoliae *Phoeb.* Torani in hortis DD. Cattivera *Mart.*

IOVI · O · M
SABIDIVS
TAVRVS

Phoebonius et apud Gudium ms. 246, 4, ed. 11, 1 et in hist. p. 177 (inde Mur. 6, 4.). Martelli n. 6. Holstenius ad Cluver. p. 114 ait Torae fuisse se 1645 die 13. Mai. et invenisse in ecclesia columnas et inscriptiones fractas. — Gud. et Martelli consentiunt; Phoeb. ita: IOVI· MAXIMO ‖ SABIDIVS· TAVRVS.

5704 in Cicolano, Nesce apud baronem Antonino.

PRO· SALVTE· ORDINIS· ET· POPVLI· SIGNA
SERAPIS· ET· ISIDIS·CVM·ERGASTERIS·SVIS
ET · AEDICVLAM · IN · SCHOLAM · PERMIT
TENTE · ORDINE
APRONIANVS · R · P · AEQVICVL · SER· ARK
CVM · AEQVICVLA · BASSILLA · ET · AEQVI
CVLO · APRONIANO· FIL· PEC· SVA· FECIT
L· D· D· D

Descripserunt Simelli (unde ed. Petit-Radel Annali IV 1832 p. 8); Bunsen (qui dedit Kellermanno, ipse ed. Ann. VI 1834 p. 111); Martelli n. 15. — 2 ERCASTERIIS Simelli. — 3 AEDICOLAM Mart. — PERMI | TENTE Kellerm. PERMITTENTE | ORDINE Mart. — 5 APPRONIANVS Simelli. — REI Mart. — P om. Simelli. — SIR Kell. — ARI Kell, ART (unde fecit ARC) Mart. — 6 BASSILLA Kell., BASILLA Buns. ed., BASILIA Simelli, BASSTLLA Mart. — AQVI Kell. AEQVICV|LO Mart. — 7 APPRONIANO Simelli.

5705 Nesce in aed. baronis Antonini, longa 3° 1½'; larga 1° 6'.

INVICTO· MITHRAE
APRONIANVS· ARKAR
REI · P· D· D
DEDICATVM· VII· K· IVL
MAXIMO·ET·ORFITO·COS p. Chr. 172
PER· C· ARENNIVM· REA
TINVM· PATREM

Descripserunt Rossi (qui citat in libro suo l'arco Traiano di Benevento Nap. 1816 vol. III p. CCCLXXII) et Bunsen, ad quorum exempla edita est Ann. dell' Inst. 1834 p. 112, Bunsenii inveni praeterea inter Kellermanniana; Martelli n. 13. — 1 MITHRA Bunsen. — 2 ARAM Bunsen, ARCAR Mart. — 3 RII Rossi. — DECRETO· DEC Mart. — 4 DEDICAVIT Mart. — 5 MAXIIMO · ET· OREITO (om. COS) Bunsen. ORVILO · COSS Mart. — 6 CAREANIVM Bunsen. — 7 PATREM Rossi, PATRPI Bunsen, FAB· MAG Mart.

5706 Nesce. Possidebat Martellius una cum statua numinis affabre sculpta

.....*sacellu*|M · SOLIS · INVIC|*ti*
.....*pro salut*|E · ORDINIS · ET · POP|
........*arka*|RIVS· REIP· VETVSTATE|
collap|SVM
permittente ordine|SVA · PECVNIA · RESTIT|

Martelli n. 11. Eo magis genuinam puto, quod 3 editor inscite supplevit *mu*RIVS.

5707 Nesce.

SALVTI
FORTVNATVS RE*publ*
ARKARIVS

Leosini misit Instituto. — ARBARIVS Leos.

5708 Nesce in aedibus rusticis Petri Domitii.

T· POSTVMIVS· T· L
ANTIOCVS· D· D
L· M

Gualterus exscripsit Antinorio.

5709 in oppido Nescae in Aequiculis vocabulo S. Silvestri iuxta aedes rusticas Petri Domitii.

IMP· CAESAR
DIVI· CLAVDII
F· AVGVST· TI
NERONI

PONTIF· MAX
TRIB·POT·IIII·CON·III p. Chr. 58

D· D

Antinorio exscripsit Dominicus Gualterius imperfecte.

5710 in ruinis Torae oppidi ad fl. Toranum in eccl. S. Anatoliae in pavimento ante altare.

IMP· CAES
M· AVRELIO · ANTONI
NO· AVG· PONTIFICI· MAX
IMP· CAES· L· SEPTIMI· SEVERI· PII
PERTINACIS· AVG· ARABICI
ADIABENICI· PARTHICI· MAXIMI
FILIO · COS· III p. Chr. 208

Gud. ms. 242, 2, ed. 92, 3 a Phoebonio ut videtur. Si est genuina, quod credo, certe delendum est 3 MAX vel potius scribendum PONTIFICI· [ARAB· ADIABEN· PARTHICO] MAX

5711 *Torre di Taglia* in ponte parvi rivuli *Ph.* ibi in eccl. S. Helpidii *Ant. Mart.*

rosa
T. RAIO· T· F· POL
CRISPINO
DRVSI· CAESARIS· BENEFIC
MILITAVIT · COH · VI · PR
AN· XVIII· V· AN· LXX
HER· POSVER
II..................AL· Q
IN· F· P· X· IN· A· P· XII

Phoebon. p. 178 (inde Mur. 801, 4); Gualterus exscripsit Antinorio; Martelli n. 33. — 1 CAIO Ph. — 3 BENEF Mart. — 4 VII· PR Ant. — 7 ....AL· Q Ph., II........ Antin. — 7 om. Mart., si recte notavi. — 8 IN· PR pro IN· F· P Ph.

5712 Corbarae ante portam oppidi rep. ad viam qua Roma per Aequos ad Vestinos itur *Phoeb.* Corbarae in foro. *Mart.*

........BIDIVS· C· F· PAP· PRIM· PIL
........S VET LEG· X· ET· LEG· VI· ITA· VT· IN
leg X· PRIMVM· PIL· DVCERET· EODEM
TEMPORE· PRINCEPS· ESSET· LEG· VI· PRAE*f*· *qVinq*
c·CAESAR·DIV*i*·AVG·*f*·ET·TI·CAESARIS·AVG·DEM...SVA
.................A· DON....VT
CORNELIA· AG· N· P· PVPILLA V...S.....
CRISPIN· NEPTIS

Descripsit Phoebonius, cuius exemplum legitur apud Gud. ms. 260, 2 melius quam in libro Phoebonii p. 177 (inde Mur. 848, 7); Martelli n. 1. — Lacunas nullas notat Phoeb. versusque paullo aliter div. — 1 SABIDIVS Phoeb. — 2. 3 VT ‖ IN · X Phoeb. — 4 ESSE Gud. — 4 PRAEB· GV Gud., PRAEB· GV Phoeb.; scripsi PRAEF· QVINQ. — 5 CAESAR· DIVS ('sic') AVG Gud., item Phoeb. nisi quod DIVVS Scribe C· aut L· CAESAR· DIVI· AVG· F — 6 sq. A DONAVIT | CORNELIA· AVG· N· P· PVPILLA· V |S· R· CRISPIN· NEPTIS Phoeb. — Martellius ita Phoebonii exemplum corrupit et interpolavit: SABIDIVS· TAVRVS· C F· PRIMIPIL ‖ VETERAN· LEG X· ET· LEG· VII ‖ TRAI· IN· X· PRIMIPILVM ‖ DVM· ET· EODEM TEMPORE ‖ PRINCEPS· ESSET· LEG· VI ‖ PRAET· B· DIVI· IVLI· CAES· DIVVS | AVG· ET· TIB· CAESAR. AVG· ‖ DOM· SVA· PECVN· DONAVIT | CORNELIA· PVPILLA· M· P· V· S· K | CRISPINI· NEPTIS.

5713 non longe a Reate ad S. Petrum collis Roscii tab. marm.' *Grut.*; 'prope Reate in aede S. Petri collis Roscii' *Don.*; 'in colle Roscio agri Reatini' *Mur.*; in Cicolano, Fiamignani in monasterio Capucinorum, quo venitur a S. Petro de Radicaro' *Mart.* Aequiculana potius quam Reatina, quamquam frustra quaesivi Collem istum Roscium in tabulis meis.

M· M· LARTIENI · SABINI
PATER· ET· FILIVS
QVINQVENNALES· AQVAM
IN· FANVM· SVA· IMPENSA
PERDVXERVNT· SALIENTES
QVADRIFARIA· SVO· LOCO
RESTITVERVNT· CANALES
VETVSTATE· CORRVPTOS
ET· DISSVPATOS· RESTITVERVNT
FISTVLAS· OMNES· ET· SIGILLA
AHENEA· POSVERVNT· TECTA· REFE
CERVNT · OMNIA · SVA · IMPEN
SA· FECERVNT

Grut. 1020, 4 (ex schedis Ursini Gustenst.) 5 (ex iisdem), Don. II, 17 (vidit et exscripsit Naudaeus); Mur. 478, 1 (misit Antinorius); Martelli n. 31. — In vv. ord. sequor Mur. — 1 LARTIENSI Gr. 5. — 3 QVINQVEN Mart. — 6 QVADRIFARIAM Mur. — 9 ET om. Gr. 5. — DISSIPATOS Don. Mur. — 10 ONNES Mart. — 11 AENEA Gr. 5. Mart. — 13 FVERVNT Gr. 5 err. typ. (cf. Add.) — Grut. 1020, 4 legitur sic interpolata: M̄· M̄· LATRIEN̄· SAB· P· ET· F· QVINQ̄Q̄· AQVAS· SALIENTES· IN· PLANVM· PERDVXERE....IA· SVO· LOCO....ALES· VETVSTATE· CORRVPTOS· DISSVPATOSQ· RESTITVER · FISTVL · NOVAS · CVM...LIS· AENEIS· POSVERE PORTICVS· OMNES· REFECERE· CVNCTA· IMPENSA· SVA· FECERE.

5714 Nesce, in rupe incisa.

C · CALVEDIVS · PRISCVS
VI · VIR · AVG · SIBI · ET
ARRIAE · POETHADI
CONIVGI · SVAE · ET
SILVESTRI · FIL · V · A · V ·
POSTERISQ · SVVIS · FEC '*sic*' *Bunsen*

Dodwell in Bullettino dell' Inst. 1831 p. 46 (e schedis Martellii?); Martelli n. 14; Bunsen Ann. 1834 p. 117, qui vidit; denique Leosinius misit Instituto archaeologico. — 2 V· Dodw. Mart. pro VIR. — 3 APRIAE Bunsen. — POETIADI Dodw. Mart., PCET(vel I)HADI Buns. POERIADI Leos. — 4 CONIVG· Dodw. — ET om. Buns Leos. — 5 SILVESTRO Leos. — AVG Leos. pro V· A· V Leos. — 6 do ex Buns., POSTERISQ· SVIS (om. FEC) Leos., IOSIHN· POSVET Dodw., POSVET tantum Mart. — Fasces esse in lapide ait Dodw., negat Bunsen.

5715 in Ciculano in aed. Mozzetti, rep. *alle Campetelle.*

L · AEMILI P
ARTHENI

Descripsit Valla 1838 sic: LIAEMILP || ARTHENI

5716 in Cicolano, '*in una vigna detta del Sartore nella scesa che si fa da Peschiorocchiano al ponte del monumento.*'

Q · APELLIVS · Q · F
PHILOTIMVS
SIBI · ET · APELLIAE
ACATE
MERIMI

Martelli n. 21. — 5 scr. AGATEMERIDI, quo errore aliquatenus firmatur inscriptio.

5717 in Ciculano prope Nesce, in duobus saxis, long. 2°, larg. ½°.

C BETVINVS
SPVRIVS
L · ASINIVS · L · L
ALNXSAN . .
BETVINA · C ·
SECVNDA

Reperit et descripsit Bunsen, ediditque Annali 1834 p. 118, notans formam litterae N singularem. Do ex schedis Kellermanni. E Bunseno sumpsit Martelli n. 16.

5718 urna lapidea prope Toranum rep., extat apud Camerasci-Marsilium.

FLAVIVS
ATTICVS

Palma storia I p. 35. Bullett. 1836 p. 109.

5719 in Cicolano, in limine altaris eccl. Peschiorocchiani.

Q · GAVIVS · Q · F
QVINTIO · SIBI · ET · SOSSIAE
Ͻ · L
SELENIONI

Martelli n. 18. Videtur genuina.

5720 in Ciculano in aed. Mozzetti.

D · M
IANVARIO · L · IVLI · FRONTONIS
HeLIVS · ACTOR · ET · LECAS · SER
FILIO · PIENTISSIMO · FECERVNT
ITeMQVE COLLegIVs
ACELLANVS
BENE · MERENTI

Descripsit Valla 1838 mecumque communicavit. — 3 HPLIVS Val. — 5 I· T· F· M· EQVE COL· L· F· CIVI Val., de Aequiculanis cogitans.

5721 prope Risciolo in agro Albensi vel potius Aequiculano in eccl. monasterii S. M. in Valle in operculo sepulchri.

LVPICINO
FELICIA
CONIVGI
BENEMERENTI
POSVIT
CVM · QVA · VIXIT
ANN · XVIII

Phoebon. p. 176, inde Mur. 1370, 3.

5722 rep. in S. Giovanni de' Staffoli, delata Capradossum in aed. Mozzetti delle Pagliare di Mareri *Mart. in casa de' sigg. Mozzetti del Cicolano Leos.*

P · PESCENI
P · T · L · HILARV
NATIONE
GALLVS

Martelli n. 37. Leosinus misit Instituto. — 1 PESCENNIO Mart.; vid. suppl. PESCEN*nius*. — 2 P · F · L · HILARVS Mart. — Lacunae notam ego addidi.

5723 in Ciculano, Peschiorocchiani in turri campanaria.

L · SEPTVMIVS · Ͻ · L
PAMPHILVS

Martelli n. 19. Videtur genuina.

5724 in Ciculano, M p. a Peschio Rocchiano prope Nesce in eccl. S. M. de Monte Falce.

L · TITIENVS · C · F
C · N · CLA
NONIA · TARENTINI
L · F · VXOR

Antinorio exscripserunt plures; Martellius n. 20. — 1 L Ant. om. — 4 L· F Mart. ad 3 reiicit.

5725 prope Nesce in agro dicto *le due lesche* vel Arrinca.

LVALVAIVSP
CALVPNAOLIN
IECL

Dom. Gualterus exscripsit Antinorio.

5726 in Ciculano, in eccl. vici S. Luciae *Mart.* in eccl. patriarchali S. Luciae in Aequicolis in Samnio *Don.* Torre di Taglia (non Corvari) in eccl. S. Elpidii *Phoeb.*

C · VETTENVS · C · L · APHRODISIVS
C · VETTENVS · C · L · TERTIVS
C VETTENVS · C · L · SEXTVS
VETTENA · C · L · HILARA
VETTENA · C · L · MAXIMA

Don. XV, 31 e sched. bibl. Vat.; Phoebon. p. 178 (inde Mur. 1606, 4); Martelli n. 29. — Phoebonius et Mart. ubique VETTEN-, Don. VETTIEN-. — 1 C· L· om. Mart.

5727 in Ciculano, in palatio ducis Peschii Rocchiani.

T · VIBIENVS · T · F
CLA
CRASSIANVS
AEQVISIA · C · F
VXOR

Gualterus exscripsit Antinorio; Mart. n. 22. — 3 GRASS- Mart., qui 4. 5 cj.

XI. CLITERNIA. (*Capradosso*)

Acc. *Interocrium* (*Antrodoco*)

Cliterniae, quam prope Capradossum fuisse innuit titulus n. 5732, tribuimus lapides Borbonae et Borghetti repertos et ad dextram Velini Antrodoci et Monte Reale et Civita Reale in ruinis Falacrinis et ad Civita Ducale oppidum, quos praeter auctores in Aequiculanis et Amiterninis commemoratos collegit *Felix Maria Donarelli* Antrodocianus, ex cuius schedis edidit Amatius apud *Augustinum Cappello* (*osservazioni geologiche e mem. storiche di Accumoli in Abruzzo* Roma 1825 P. 1. 2. 3, quae exempla separatim edita sunt ex Giorn. Arcad. vol. XXIX n. 85. 86) p. 55 sq. Conferendus est denique libellus Antonii Ludovici *Antinorii* iunioris (*osservazioni sull' interpretazione di una lapida letterata Romana del Martelli.* Aquila 1832. 8 pp. 14). — Cliterninis finibus haec omnia comprehensa fuisse tantum abest ut contendam, ut potius Reatinum agrum ad Velinum et ultra pervenisse crediderim; cum tamen Reate oppidi lapides arcendi essent, nolui exiguam et imperfectam partem aliquam Reatinorum separatim proponere.

5728 Borghetti in ianua eccl. SS. Rustici Dionysii et Eleutherii *Ant. nella facciata della ch. di S. Antonio al Borghetto Mart.* Male Aquilae in S. Dionysii *Mur.*

LVMPHEIS · DIAN . . . .
REDVCIS · SACR . . . . .
IMP · CAESARE · XII } Cos u. c. 719
L · CORNELIO · SVLLA }
SYNHISTOR
SABIDIAE · C · F · DISP . . .

Exscripsit Lupacchinius Antinorio, a quo accepit Mur. 298, 1; Donarellus apud Cappellum Accumoli p. 55; Martelli *lettera al principe Zurlo* 1830, iterum Sic. n. 78 (cf. err. typ.). — Neque Mart. lac. notat neque Donar., nisi quod hic ante LVMPHEIS puncta posuit. — 1 LYMPHEIS Mur. contra Ant., Mart. — DIANAE Mur. — 2 SACR Mur., SACRVM Mart. — 3 CAESARI Mart.

5729 in vico S. Rufini prope Città Ducale.

CINVRA
VILICO
SILVANO
V S L M

Antinorio exscripsit Malatesta.

5730 *sasso gettato in un fosso di acqua corrente poco lontano da Cerdomari in Sabina*, de quo loco nihil comperi et huc retuli cum accuratius de loco non constaret.

SILVANO · SANCTO
///INPERATVM · FECI
////PROBVS · VILIC
///FLAVI · SA
EPSI

Lupacchinius descripsit Antinorio, in cuius schedis reperi et praeterea in litteris quas ad Amadutium dedit 15 Sept. 1773, unde ed. est in anecd. litt. II p. 461. — 5 EROS Antinor. in litt. ad Am.

5731 Borbonae.

..VGVSTO....
...L· LICIN· LV...
...P· ANTOnIn....
...ICIS · AVG....
...TRORVM....
...VS· AC· P....
...RIAE....
...ANCTISS· IA...
.....NI.....
....VICTORI...

Donarellus apud Cappellum Accumoli p. 55. — 3 ms. PANTOMIM; emendavit Amati. Sed sic quoque fragmentum valde impeditum est.

5732 prope Capradosso in eccl. rustica S. Andreae.

DIS· MANIBVS
T· SELLVSI· C· F· CLA
CERTI
AEDILI· REATE· QVAEST· IV
DVVMVIRO · CLITERNIAE
PRAEF· FABR· COS· II
IVDICI· EX· V· DECVRIS
VIXIT· AN· LXXXVII
SINE· AERE· ALIENO

Primus edidit Martelli sulla scoperta del sito di Cliternia 1819. 8. p 7 Sic. n. 34, unde sumpsit Liberatore opusc. I p. 62, item (quod monstrant lectiones) schedae Avezz.; aliunde Donarellus apud Cappellum Accumoli p. 55 et schedae Cassittii. Genuina est omnino, quamvis ab auctoribus non satis certis veniat; eiusmodi enim lapides tales homines fingere minime potuerunt. — 2 SELLVS· C· F· Capp. Cass. — LA pro CLA Capp. — 4 AEDI Cass. — 5 VIRO om. Cass. — 6 COH· pro COS Mart. sch. Avezz. — 7 DECVRIIS Capp. Cass. — 8 VIX Cass. — ANNOS Capp. Cass.

5733 in oppido Traduci [Antrodoci?] agri Aquilani.

POLA
APONIA
VXSOR

Mur. 1389, 4 e sched. suis.

5734 in Monte Regali agri Aquilani in porta.

Q· CAESELLINVS· T· F
QVI · COLOMINAEVS
METIDIENA· L· F
SECVNDA· VXSOR

Mur. 1648, 12 ex schedis suis; Martelli n. 54. — Vv ord. neglexit Mart. et dedit 1 CESELLINVS; 2. 3 COLVMINAE· MEDITIENI; 4 VXOR.

5735 Antrodoci in turri camp. eccl. S. M. D p. ab oppido.

DIS· MANIBVS
T· FLAVIVS· AVG· L
CLYMENVS· SIBI· ET
ANTISTIAE· EROTICE
CONIVGI· BENEME
RITAE· POSTERISQVE
SVORVM· FECIT

Mur. 1003, 9 e sched. suis; 1345, 5 ab Antinorio; Cappelli Accumoli p. 55 e ms. Donarellii; schedae Brocchi. — 2 AVC (om. L) Mur. 1345. 3 S.... Br. — 4 ANTISTAE Capp. — EROTICI Mur. 1345 Capp. Br. — 6 POSTERISQV... Br. — 7 EORVM Capp

---

5736 Antrodoci in vinea Blasettorum *Url.* '*sopra Antrodoco nella via che sale alla Madonna per andar a Rocca di Corno*' *Mart.*

P· LAELIVS· LVCIFER· SIBI· ET
P· LAELIO· P· F· ENTELLO· VIXIT· AN· XXIIII
EGNATIAE · C · F · MEGISTENI · CONIVGI
ANTISTIAE· L· L· SABINAE· CONIVGI
LAELIAE· P· L· ATTICENI· LAELI· ENTELLI
C· EGNATIO· CEREALI· FILIASTRO
C· ALBIO· C· L· DIADVMENO· AMICO· OPTIMO
POSTERISQ· SVIS· FECIT
IN·AGRO· P· XXXVI· IN· FR· P· XVIII· H· M· H· NON· S

Donarellus apud Cappellum Accumoli p. 55; Martelli n. 90 (videtur sumpsisse e ms. cod. Donarelli); Urlichs Annali X (1838) p. 307, cuius exemplum reperi etiam inter Kellermanniana. — Martelli vv. ord. neglexit. — 1 L· LAELIVS Mart. — 2 P· F om. Mart. — INBILO Url. pro ENTELLO. — ANNO Don. — XXIII Don. XXIV Mart. — 3 G · F · MAGISTENI Don. Mart. — 4 LAELI · LVCIFERI Don. pro L· L·. — 5 ARSCCENI Url. — ENIELLI Url. — 6 CIRIATI Url. — 7 CLABIO Don. — DIADYMENO Url., DEVDOMENO Mart. — 8 QVE Don. Mart. — 9 PASSVS bis Don. pro P. — XXXVII Don. Mart. — FRONTE Mart., FRONT· RVR Don. pro FR. — N pro NON Don. Mart.

5737 Monte Regali in domo de Guarneriis.

D M
C· LICINIO· C· F· APRO/
·CINIA· PRIMIG/
·ETI P· VI/

Vidit Antinorius.

5738 Antrodoci in lap. tufaceo.

NICEPHOR
IANICVS

Urlichs Ann. X (1838) p. 307.

5739 Capradossi.

SATVR · SIBI
ET· DOTICINI
FILIAE· PIAE· ET
MARIONI · FRATRI

Amaduzzi anecd. IV, 528 a Riccomannio; Donarellus apud Cappellum Accumoli p. 55; Martelli sulla scoperta di Cliternia 1819 p. 6; iterum Sic. p. 171 n. 35, qui ipse exscripsit; schedae Avezzanenses. — 2 DOTICINI Amad. sch. Avezz., DODICINI Mart Sic., DOTICINAE Mart. Cl. Capp. — 4 MARION· sch. Avezz.

5740 Cività Reale in eccl. paroch. S. Silvestri, ex ruinis Falacrinis.

SEX· STAATIVS· SEX|

Antinorius ex Brunetti marm. Aprut.

5741 inter Reate et Civ. Ducale, in loco dicto Vallopaco rep.

P· TITIVS· P· L	P· TITIVS· P· L
V· CHRESTVS	V· CHRESTVS
TITIA· P· L· HILARA	TITIA· P· L· HILARA
IN· F· P· XV	IN· A· P· XVI

Bullett. 1831 p. 130; Martelli n. 86, qui ex duabus unam fecit.

5742 rep. in loco Vallopaco cum via instauraretur qua a Civita Ducale itur Reate. Schulze vidit in dogana Civ. Duc.

C· VRVINO· C· L·
AGATHEMERO
VRVINAE· C· L· FLORAE
C· VRVINO· C· L· STABILIONI
C· MVCIVS· C· L· MELANTHVS

Bullettino 1831 p. 129; Martelli p. 187 n. 85; schedae Avezzanenses; Schulzius descripsit Kellermanno. — 2 AGATH· Sch. Bull., ACATH rel. — 5 M· MVCIVS· M· L· Mart., C· MVTIVS· C· L Bull.

5743 Antrodoci in eccl. S. Mariae

AMVRIVS· P....
QVIR

Descripserunt Brocchi et Kellermanno Kramer.

5744 Antrodoci in eccl. S. Mariae

ANINIO

E schedis Brocchii.

5745 Antrodoci in eccl. S. M. in solo.

....
...VAEVS· T· F· QV....
...AVAEVS· T· F· QVI...
..VARIA· L· F

Lupacchinius et alii dederunt Antinorio, descripsit item Brocchius sic: ...EVSTIQ...||...VS· EVSTIQV...|| VARIA· L· F

5746 Borghetti prope Antrodocum in fronte eccl. SS. Rustici Dionysii et Eleutherii (in S. Antonii coll. Antinorius iun.).

D· M
...ORIPOM
...IAAMA
...S· ET SIBI
...Q· SVIS· F·
...·T· L·

Exscr. Lupacchinius Antinorio. — Edita est e schedis Donarelli Cappello Accumoli p 55; iterum ab Antinorio oss. sull' interpr. di una lap. lett. rom. del Sig F. Martelli Aquila 1832. 8. p. 10 ex iisdem Antinorii schedis, unde habui ego; sed ex interpolatione 2 scribitur ..HISTORI· POM, praeter minora quaedam. Donar. a Lupacchinio non recedit nisi quod om. 1 et 4 dat. S...ET· SIBI, 5 P· SVIS· F

5747 Paterni prope Civ. Ducale in ruder. Cutiliae, mur. in hortul. Mutii Pirri.

D· M
PNI NCS

Lupacchinius exscripsit Antinorio.

5748 Antrodoci in eccl. S. Mariae.

CVSTAN
TINA BIBAS
IN DEO

Mur. 1855, 7 ab Ant.; sched. Brocchi. — CVSIAN Br

5749 Antrodoci in eccl. S. Mariae.

OLIMPI
VIXS
IN DEO

Mur. 1918, 5 ab Antinorio; descripserunt Antinorius Lupacchinius, Brocchius. — 1 OLYMPI Mur.

XII. AMITERNVM. *(S. Vittorino prope Aquilam)*

Vallis Aternina spatiosa et felix et aetate Romana et deinceps ante Aquilam splendidam urbem a Friderico II conditam non tam oppida habuit quam vicos innumerosque pagos, qui aetate Romana tres neque plures civitates vel ut proprio vocabulo utamur tres praefecturas videntur effecisse, Amiterninam Aveiatem Peltuinatem. Quae ubi fora communia aedesque publicas, id est quasi caput et sedem principalem habuerint etsi satis constat, praesertim post luculentum de Aveiae situ et finibus Giovenazzii commentarium, tamen quos quaeque praefectura vicos contributos habuerit, non tam difficile est definire quam omnino definiri nequit; quod etsi cadit in universum huius disputationis genus, tamen peculiarem in his regionibus habet difficultatem quae vicatim olim habitabantur. Equidem perpensis inscriptionibus quae certae alicuius civitatis indicia prae se ferrent et re intellecta quae aliquantùm momenti in hac quaestione habet, scilicet octo viros municipales (cf. Grut. 1106, 4) et tres viros Augustales proprios esse Amiterni ibique neque duumviros vel quattuorviros neque sexviros vulgares ullos reperiri, dioecesis Aquilanae divisionem in XII districtus *(foranie)* meae distributionis ita fundamentum feci, ut ad Amiternum revocarem districtus *Pizzoli* (qui complectitur vicos *Pizzoli, San Vittorino, Preturo* cum villa *Cese, Barete* s. *Lavarete, Forcella, Cagnano, Arischia*); *Sassa* (in quo sunt vici *Sassa, Civitatomassa* olim Foruli celeber pagus, cum villis *Collettara* quam fuisse in agro Amiternino diserto testimonio comprobat Giovenazzi p. 132 et *S. Mariae di fonte pianura, Scoppito, Coppito*); *Lucoli* (quem efficiunt vici *Lucoli, Collefracido, Roio, Colle di Roio*); *piè la Costa* (qui habet vicos *Rocca San Stefano, Poggio S. Maria, Foce, Tornimparte*); *Paganica* (in quo commemorandi sunt vici *Paganica Intempera Bazzano*). Borbonam, quae dioeceseos est Reatinae, et totam ripam dextram Velini ad Cliterniam ita reieci, ut in incerto relinquerem Reatini Cliterninive agri fines circa Velinum attigissent Amiterninos. Lapides scripti qui per Aquilam urbem reperiuntur dispersi, item huc relati sunt, quippe quos longe maxima ex parte ex vastissimis ruderibus Amiterninis deductos esse constet, quamquam inesse possunt Aveiates etiam, cuius ager ad ipsam Aquilam pertinuit. — Alia ratio est collectionum lapidariarum, quae Aquilae sunt fueruntve. Apud *Mariangelum Accursium* Caroli quinti comitem qui floruit c. a. 1524 qui fuerunt lapides scripti in aedibus eius Aquilanis (quas habuerunt deinde DD. de Alexandro), plerosque eum traxisse Roma, ubi multum vixit et rebus antiquis in Capitolium convehendis haud infructuosam operam dicitur navasse, in aliis diserto testimonio comprobatur, in aliis ipso argumento, quod ad columbaria Romana et officia domus Augustalis et similia pertinet; quare exclusi praeter unum n. 5847, quem sequens titulus Amiterno vindicat. — Maioris momenti est et unico quantum compererim lapide Romano excepto ex solis vallis Aterninae lapidibus composita sylloge lapidaria publica nunc Aquilanorum, quam collegit Franciscus Caraccioli princeps Marani. Qui cum primum in feudum suum Barisciani in agro olim Peltuinate lapides scriptos ex locis vicinis comportasset, postea ne vel perirent vel laterent, Aquilae urbi eos dono dedit (Giovenazzi Aveja p. 36. 37. 132. 140). Ex hac musei origine facile intelligitur cur in eo insint Peltuinates et Aveiates non minori et fortasse maiori numero quam quo sunt ibi Amiternini; quare lapides in museo repertos de quorum origine non constabat, nolui referre inter Amiterninos, sed separatos inde, paucis additis, quos agri Aquilani esse constabat omissa vel confusa accuratiore loci indicatione, Amiterninos sequi iussi. — Ad auctores ut pergamus, quibus acceptae referendae sunt inscriptiones, antiquissimus et Accursio illi ni fallor fere aequalis est is qui confecit *schedas Ambrosianas* a Muratorio excussas plenas et egregias, quem huius rei causa totum agrum Aquilanum diligentissime perlustrasse res ipsa docet. Vellem sane ipse adhibuisse codicem adhuc extantem, sed standum fuit excerptis Muratorii. Tam praeclara sylloge cum extaret, tamen per complura saecula in collectionibus nostris Aprutina tantum non desiderabantur. Ex *Manutii* libris schedisve vix una et altera harum partium inscriptio (n. 5991., 6041) innotuit, abiectis scilicet Ligorii commentis quibus Amiternum satis liberaliter inquinavit et Manutium quoque affecit. Unam n. 5792 novit *Waelscapplius* nescio unde arreptam. Paullo plures sumi potuissent ex libris *Bernardini Cirilli (gli annali della città dell' Aquila, con l'historia del suo tempo.* Rom. 1570. 4) et *Salvatoris Massonii (dialogo dell' origine della città dell' Aquila.* Aquila 1594. 4. pp. 158.) viri diligentis, qui confecit etiam '*un raccolto delle iscrittioni antiche ritrovate da me dentro e fuori dell' Aquila*' (p. 37), nisi utrumque librum ignoravissent et neglexissent collectores epigraphici. *Gruterus* igitur agri Aquilani titulis plane destitutus est; *Donius* (5766. 6030. 6033. 6040) paucissimos addit, incertum unde nisi quod in unica auctor citatur Stephanonius, et locorum indicationibus plerumque perturbatis; *Gudius* praeter Stephanonianam duas 5986. 5987 a Phoebonio, tertiam n. 6011 legem Furfonensem nescio a quo accepit. Denique *Iohannis Marangonii acta S. Victorini episcopi Amiternini et martyris illustrata* (Rom. 1740. 4. pp. 184), adhibita a Muratorio, aliquot Amiterninas exhibuerunt. — Uberiores copias primus nactus est *Muratorius,* quarum praeter antiquissimam de qua diximus syllogen Ambrosianam restat altera non minoris auctoritatis Antinoriana. *Antonius Antinorius* archiepiscopus Aquilanus († d. 1 Mart. 1778) eximium ad antiquitates Aprutinas omnis aevi apparatum congessit, de quo ne quis iudicet ex prima parte edita quattuor voluminibus, historiam antiquissimam tantum et vitam Ovidii complexis. Eius apparatus tria volumina inscriptionibus Aprutinis destinata sunt, cui operi inter libros de inscriptionibus regni Neapolitani et editos et ineditos quos vidi meo quidem iudicio nullus potest aequiparari; ea diligentia et perseverantia vir et doctrina et honoribus clarus per quadraginta fere annos trium provinciarum Aprutinarum inscriptiones aut ipse descripsit aut describendas sibi curavit per amicos, inter quos eminebant *Vitus Maria Giovenazzi* et Graecam linguam professus in collegio Aquilano *Venantius Lupac-*

chini, digni uterque summi Marinii consuetudine familiari, item *Franciscus Xaverius Gualtieri* episcopus postea Aquilanus, deinde Casertanus laudatus a laudato viro Giovenazzio in Aveia p. 133 (cf. Annali VI. 1834. p. 146). Excussit denique Antinorius libros et editos et ineditos, quorum hic tantum commemorabo *Sabbatini* inscriptiones regni, cui splendido titulo parum respondet unicum et exiguum frustum n. 5934 ab Antinorio inde exceptum, et *Brunettii* marmora Aprutina ne ea quidem magno cum fructu adhibita, cum de subsidiis quae ad Marsa et Paeligna et Peltuinatia Antinorio ad manus fuerint suis locis dictum sit. Ex hoc tanto labore restant inscriptionum secundum litteras dispositarum duo volumina ex tribus quae fuerunt (primum enim continens litteras A — F sive delitescit sive interiit), quae scripta manu auctoris servat marchio Dragonetti Aquilanus exhibueruntque mihi iuvenes optimi et generosa stirpe digni Dragonettii filii. Restant praeterea quae Antinorius communicavit primum cum Muratorio, saepe corrupta editoris negligentia praesertim in locis indicandis, sive etiam secundis curis suis vel amicorum emendatius postea in schedas relata, cum impigre coeptam telam perficeret, deinde cum *Amadutio,* ad quem datas ab Antinorio epistolas reperi Savignani in bibliotheca publica Amadutiana, unde lapides edidit Amadutius in novellis Florentinis et in anecdotis. — Addenda sunt Antinorianis et quasi cum iis coniuncta quae in Aveia edidit *Giovenazzi* 1773 quaeque a Lupacchinio praesertim accepit *Marinius,* inter quae sunt quaedam praeclara; minorem utilitatem habent quae *Gorius* edidit in symbolarum dec. II Romana vol. 2 (1751). — Copiae recentiores non ita multum mihi profuerunt. De *Martellio* dixi p. 303; *Liberatoris* liber *(opuscoli varj.* t. I *navigazione della Pescara* Aquila 1834. pp. 146) raro profuit. Quos titulos in museo Aquilano descripserunt *Brocchius* Borghesio et *Kellermanno* amici complures, aliunde satis iam noram. Utiliora fuerunt exempla *Carlii* et *Leosinii* Aquilanorum, quorum ille et data opera c. a. 1834 Amiterni effossiones instituit non sine rei epigraphicae fructu et cum Kellermanno complura communicavit in schedis eius plenius a me inventa quam prodierunt in Instituti annalibus, et syllogen Avezzanensem (v. p. 290) egregie auxit; hic cum mihi tum Instituto Romano archaeologico complures titulos misit perite et diligenter a se collectos. Ipse quidem descripsi lapides musei Aquilani, sed paucis horis vespertinis rem absolvere coactus non potui exempla ita ut vellem emendare, ut etiam Antinoriana propter temporis angustias non ita excussi, quin fortasse quaedam utilia praeterviderim. Denique Amiternum adii lapidesque ibi descripsi. Plura tamen restant facienda totusque ager Aterninus denuo lustrandus est inscriptionum causa, quod si cui aliquando licebit, velim me ne desidiosum neve obliviosum reputet, sed multis et gravibus curis obstrictum non plene perfecisse sciat id quod instituueram.

5750 maior pars, quae complectitur sex menses posteriores, inde a saec. XVI proposita fuit in S. Victorini Amiterni, unde baro Laurentius Alferi Arischiae et S. Victorini dominus a. 1675 tabulam transtulit in domum suam Aquilanam. Ibidem mansit manetque adhuc, possidetque eam nunc domina Bonjour nata Alferia. — Pars minor ad menses Maium et Iunium pertinens reperta est demum a. 1703 inter ruinas portae Aquilanae orientalis *di Lavarete* adservaturque cum altera parte apud Alferios, non in curia ut ait Fogginius.

Mai.

22 R

23 *feriae volc*ANO

25 RI

IN VELIA

26 *fer ex s c quo*D EO DIE
*a senatu c c*AESAR
c f appellatus INVICTVS EST

28 OD EO DIE

Iun.

18 A XIV C
19 B XIII C MINERVAE IN AVENTINO
20 C XII C SVMMANO AD CIRC MAXIM
21 D XI C
22 E X C
23 F IX C
24 G VIII C FORTI FORTVNAE TRANS TIBER AD MILLIAR PRIM ET SEXT
25 H VII C
26 A VI NP FER EX S *c q*VOD EO DIE *imp* AVGVS*tus adop*TAV*it sibi* FILIV*m ti caesarem* AELIO *et sentio cos*
27 B V C

1 F K· IVL· N
2 G VI N
3 H V N
4 A IV NP FER EX S C Q E D ARA PACIS AVG IN CAMP MAR CONSTITVTA EST NERONE ET VARO COS
5 B III POPLIF· NP FERIAE IOVI
6 C PR N LVDI APOLLIN COMMIT
7 *D N*ON· N LVD
8 *E VIII N LVDI*
9 F VII N *LVDI*
10 G VI *C LVDI*
11 *H* V *C LVDI*
12 *A IV* NP *LVDI FER QVOD e*O DIE *C CAESAR EST N*ATVS
13 *B III C LVDI in CIRCO*
14 C PR C
15 D EID· NP MERK
16 E XVII F MERK
17 F XVI C MERK
18 G XV C MERK DIES ALLIENSIS
19 H XIV LVCAR· NP MERK
20 A XIII C LVD VICTOR CAES DIVI IVL COMMIT
21 B XII LVCAR· NP

1 E K· AVG· NP FERIAE EX S C Q E D IMP CAESAR DIVI F REM PVBLIC TRISTISSIMO PERICVLO LIBERAT
2 F IV NP FER*iae q*VOD EO DIE C CAES C F IN H*ISPAN CITER ET* QVOD IN PONTO EOD DIE RE*GEM PHARNAC*EM DEVICIT
3 G III C
4 H PR C
5 A N*ON· F SALVTI IN COLLE*
6 *B VIII F*
7 *C VII C*
8 *D VI* C
9 *E* V NP SOLI INDIGITI IN COLLE QVIRINALE FER Q E DIE C CAES C F PHARSALI DEVICIT
10 F IV NP FERIAE QVOD EO DIE ARAI CERERI MATRI ET OPI AVGVSTAE EX VOTO SVSCEPTO CONSTITVTA*e* SVNT CRETICO ET LONG C*os*
11 G III C HERCVLI INVICTO AD CIRCVM MAXIM VENERI VICTRICI
12 H PR C HON VIRTVT FELICITATI IN THEATRO MARMOREO
13 A EID NP FER IOVI DIANAE VORTVMNO IN AVENTINO CASTORI POLLVCI IN CIRCO FLAMINIO
14 B XIX F
15 C XIIX C
16 D XVII C
17 E XVI PORT· NP FER PORTVNO PORTVNO AD PONTEM AEMILIVM
18 F XV C DIVO IVLIO AD FORVM
19 G XIV VIN· FP DIES TRISTISSI

1 D K· SEPT· F IOVI TONANTI IN CAPITOLIO
2 E IV NP FER EX S C QVOD EO DIE IMP CAES DIVI F AVGVSTVS APVD ACTIVM VICIT SE ET TITIO COS
3 F III NP FER ET SVPPLICATIONES APVT OMNIA PVLVINARIA QVOD EO DIE CAES DIVI F VICIT IN SICILIA CENSORIN ET CALVIS COS
4 *G PR* C LVDI ROMANI MAGNI COMMIT
5 *H N*ON· F LVDI
6 *A VIII* F LVDI
7 *B VII C LVDI*
8 *C VI C LVDI*
9 *D V C LVDI*
10 *E IIII C LVDI*
11 *F III C LVDI*
12 G PR N *LVDI*
13 H EID NP FER EX S C Q E D NEFARIA CONSILIA QVAE DE SALVTE TI CAES LIBERORVMQ EIVS ET ALIORVM PRINCIPVM CIVITATIS DEQ R P INITA AB M LIBONE ERANT IN SENATV CONVICTA SVNT
14 A XIIX F EQVOR PROB
15 B XVII N LVD ROM IN CIRC
16 C XVI C LVD IN CIRC
17 D XV NP LVD IN CIRC FER EX S C Q E D DIVO AVGVSTO HONORES CAELESTES A SENATV DECRETI SEX APPVL SEX POMP COS
18 E XIV C LVD IN CIRC
19 F XIII C LVD IN CIRC

Vidi ego et ectypon confeci. Ed. partem maiorem Purpurinus de Faventia (*ad calendarium Romanum Amiterni effossum minuscula commentaria* Neap. 1680. 4. quam ed. non vidi, repetita in Sallengri thesauri vol III p. 865, sed omissa tabula, quae sola aliquam utilitatem hodie haberet) et Mur. 150, 2 ab Antinorio acceptam; eandem quatenus hodie superest excepto parvo fragmento ad d. 8. 9. 10. 11 m Iulii spectante ad accuratissimum exemplum ab Antinorio et Lupacchinio et Giovenazzio communi opera perfectum Fogginius optime in aere incidit; idem quae in mensibus Iul. Aug. Sept. deerant ad exemplum antiquum a Giovenazzio sibi traditum supplevit. Partem minorem quae spectat ad Maium et Iunium edidit primus Mur. l. c., ubi male adhaesit ad m. Dec., melius Fogginius l. c. Citant denique qui lapidem viderunt Chaupy *maison d'Horace* III p. 68 et Giovenazzi Aveia p. CXXXI not.; ipse collato archetypo quae corrigenda esse videram praesertim in iis quae non exhibet tabula Fogginii, indicavi apud Gerhardum *Arch. Zeitung* N. F. I p. 107, ubi tamen quae supplementa in m. Maio proposuissem, defendi non posse iam intellexi. Tabula ita disposita ut kalendae nonae idus omnes e regione collocarentur, dies qui idus sequuntur aequabiliter adderentur (certe in parte maiori post singulas idus exhibentur seni vel ad summum septem dies), dies mensis Maii iuxta 21 m. Iun. positus non 21, quod tum statui, sed aut 23 (quod placuit Fogginio) aut certe 22 fuerit necesse est, item diei 23 Iunii respondit 25 aut 24 Maii et sic deinceps. — Mai. 22. 23 R legitur in intervallo inter litteras nundinales C et D supra hanc, \NO ad mediam eandem, eo intervallo ut non eiusdem notae has particulas fuisse appareat, sed ..R ad 22, ..\NO ad 23 Mai. rectius referatur. — Mai. 25 in. legi olim ..VR in ectypo, Fogg. Mur. ...RI; iterum ectypo consulto R quidem luculenta apparet, sed V est valde incerta potestque fuisse I post R, quare malui sequi priores. Contra versu sequenti idem Fogg. male dedit ...PVBL· IN..., cum in ectypon clare legatur IN· VELIA idemque fere (nempe NVFLIA) apud Mur.; quamquam quomodo explicem haereo. — Mai. 26 Marinius (in censura libri Fogginiani p. 49) de Germanici triumpho cogitans suppleri iussit *quo*D EO DIE *germanicus* CAESAR *appellatus* INVICTVS· EST. — In sequentibus dabo v. l. Fogginianae tabulae et in ea parte quae hodie non extat (Iul. 7—13, Aug. 2—8, Sept. 5—12), v. l. Purpurinii Muratorii Fogginii. — Iul. 7 LVD om. Fogg. tab. — Iul. 12 QVOD..DIE Fogg., QVOD· EO· DIE Mur. — CAES pro CAESAR Mur. — Iul. 13 LVDI...CIRCO Fogg., LVDI· IN· CIRCO Mur. — Aug. 2 notam om. Mur. — Aug. 9 Q EO D Fogg. tab. pro Q E DIE. — Aug. 10 CONSTITVTAE et LONG COS Mur. — Aug. 13 FLAMINTO Fogg. tab. — post Aug. 19 H add. Mur. — Sept. 2 IV post E om. Fogg. tab. — Sept. 3 SVPLICATIONES et APVD Fogg. tab. — Sept. 4 G PR om. Fogg. tab. — Dec. 20 XII pro XIII Fogg. tab.

1 B K· OCT N
FIDEI IN CAPITOLIO
2 C VI F
3 D V C
4 E IV C IEIVNIVM CERERIS
5 F III C LVDI DIVO AVGVSTO ET FORT REDVCI COMMITT
6 G PR C LVDI
7 H NON F LVDI
8 A VIII F LVDI
Descripsi. Mur. 202, 4 e sched. Ambr.; Phoebon. apud Gud. ms. 644, 4, ed. 100, 6 et in hist. p. 95 (inde male Mur. 785, 7).

5991 S. Eusanii in agro Aquilano.

CAESIENA· T· L· NAPE
VIXI· VIRO· CASTA· CVSTOSQ· FIDELIS
SVPREMAQ· DIE· VIR· ME· DECORAVIT· HONESTE

Fabrett. 644, 90 e sched. Vatic., quae etsi non probae sunt in paucissimis agri Aquilani quas exhibent (v. n. 882*. 888*), tamen de hac non videtur recte dubitari.

5992 in agro Aveiate in pago S. Eusaniae olim, nunc in museo Aquilano.

D· M· S
T· CESENO
AMETISTO
V· A· XX P P
MATER· FO
RTVNATA· S
OROR· FRATR
I· B· M· D·
T· P·

Descripsi. Ed. Giovenazzi Aveia p. CXLII — 9 Giov. P· P.

5993 Civita di Bagno.

DIS· MANIBVS
CLAVDIAE· GEMINAE
TI· CLAVDIVS· EPAPHRODITVS
VXORI· SVAE· B· M· F

Mur. 1326, 1 ab Antinorio.

5994 Civita di Bagno.

D· M
M· COCCEIO· M· F· PAP
ASIATICO
VIXIT· ANNIS· XXXIIX· MEN· VII
AELIA· IANVARIA· CONIVGI
BENE· MERENTI· FECIT

Mur. 1331, 6 ab Antinorio.

5995 in pago S. Felicis de Ocra.

C· CVRIO
SVRO
BVCLEIAE
EDVLIONI

Giovenazzi p. XLI qui descripsit.

5996 inter Ripam [villam Fagnani] et S. Eusaniam.

DAPHINO
VIBVLENAE
QVARTILLAE· ET
APONIAE· TERTVLLAE
VILICO
ARESCVSA· BENE
duae manus iunctae
MERENTI
CONSERVO· ET
SIBI· F

Mur. 949, 3 e sched. suis.

5997 Civita di Bagno apud DD. Oliva. Vide ne sit Romana.

L· FLAVIVS· CHRESIMVS
AEDICLA· EMIT· OLLAS· VIII
SIBI· ET· SVIS

Mur. 1676, 7 ab Antinorio.

5998 antea Fossae prope Aveiam, nunc in museo Aquilano.

LVCCEIA· P· F· PRIM
LA· VIXIT· ANNOS· XX

Descripsi. Extat etiam inter Antinoriana.

5999 litt. vetustis, antea Fossae prope Aveiam, nunc in museo Aquilano.

P· LVCCEI P· L
PHILARGVRI
IN· FR· P· XXIIX
IN· AG· P· LI

Descripsi. Extat etiam inter Antinoriana. Ed. Marini iscr. Alb. p. 3 n. 3.

6000 Civita di Bagno [quod nomen a gente Pagnia derivat Giovenazzius] in villa DD. Oliva, in fronte fontis ad piscinam.

L· PAGNIO· L· F
QVI· SEVERO·

Giovenazzi p. XXXVI qui descripsit. Vidit etiam Antinorius.

6001 olim in vico Civita di Bagno *sched. Ant.*, nunc in museo Aquilano.

REMMIA
·P· L· ARBVSCVL

Descripsi. Extat etiam in Antinorianis.

6002 Cività di Bagno adservabatur cum n. 6001.

REMMIA
P· L· SALVIA

Ex Antinorianis.

6003 S. Eusaniae in fronte eccl. parochialis.

Mur. sched.:	*Antinori:*
RESTITVTAE· PROCV	RESTITVTAE· PROCV
LAE· FIDELIA· SEVERA	LAE· FIDELIA· SAERVAE
VIX· A· ET· M· VIII	...X A· ET· M· VIII
FILIAE· MATER	. . . E· MATER
P	P

Mur. 1208, 7 e schedis suis; differt exemplum Antinorii, quod reperi in eius ms. et apud Mur. 1494, 7

6004 duobus exemplis olim in vico Civita di Bagno apud Porcinarios, nunc in museo Aquilano.

Q· SALVIDENVS· Ɔ· L
GETA
SALVIDENA· Ɔ· L
PALAESTRA
NISI QVORVM· NOMINA
INS· S· INFERETVR· NEMO

Descripsi. Ed. Mur. 1740, 4 ab Antinorio.

6005 S. Eusaniae in gradu altaris eccl. S. Petri.

IONIAE· I
IERTIAI
HILARIOI·
TYCHEI

Ex Antinorianis.

6006 Ocrae inter villas S. Felicis et Vallis in angulo eccl. S. M. de Aprico.

....F OCTAVIO
.........VII
.......IVS..
......DONATA
....
....
....

Exscr. Gualtierus Antinorio.

---

fr. in vico S. Eusaniae

6007 ...M· S
...NOIVDII

6008 ....
IN· F· P· L...

6009 ...OR....

Ex Antinorianis.

6010 in S. Eusaniae in eccl. parochiali.

YNEROTI
DI BASSI S*er*
/ANNACRYS
P

Ex Antinorianis.

XV. PELTVINVM VESTINORVM. *(Civita Ansidonia inter Pratam et Castelnuovo)*

Sub Peltuinatium titulo composui inscriptiones repertas in districtibus dioecesis Aquilanae quattuor: *Prata* (cuius sunt vici *San Nicandro s. Leporanico*, ad quem pertinet *Sanizzo* vel *Sinizzo* villa, *San Demetrio, Prata, Fagnano); Barisciano* (cuius vici *Barisciano* et *Castelnuovo)*, ubi inter Bariscianum et Ansidoniam binis inde milibus p. distaps ad ecclesiam S. Mariae de Furfona fuit Furfo vicus Peltuinatium; *Navelli* (cuius vici *S. Pio delle Camere, Bominaco, Caporciano, Civita retenga, Navelli, Colle Pietro); Fontecchio* (cuius sunt vici *Fontecchio, S. Maria del Ponte, Goriano delle valli, Beffe)*; item in agro ad sinistram Tirini (nunc Tritani) fl. Carapelliano et Capestranensi, qui ex parte paret episcopo Sulmonensi, ex parte exemptus est a iurisdictione episcopali, ubi sunt vici *Calascio, Castel del Monte, Castel vecchio di Carapelle, Ofena* (ubi Aufinates cismontanos *iunctos* ut ait Plin. III, 12, 107 *Peltuinatibus* collocare solent topographi), *Carapelle, Capestrano* cum abbatia S. Petri. — Auctores iidem sunt quos recensuimus in Amiterninis; addendus est *Carlius* nescio qui, cuius *memorie storiche di Peltuino* manu scriptas vidit et excussit Antinorius.

6011 litteris non vetustis aetatis Tullianae, sed optimis saeculi Augustei. Olim in oppido S. Nicandri VIII p. ab Aquila in aed. baronalibus, deducta e ruinis Furfonis *Mur.*; nunc Aquilae in museo.

L · AIENVS · L · F · Q · BAEBATIVS · SEX · F · AEDEM · DEDICARNT
IOVIS · LIBERI · FVRFONE · A · D · III · IDVS · QVINCTILEIS · L · PISONE · A · GABINIO · COS · MENSE · FLVSARE u. c. 696
COMVLA · TEIS · OLLEIS · LEGIBVS · ILLEIS · REGIONIBVS · VTEI · EXTREMAE · VNDAE · QVAE · LAPIDE *sic*
FACTA · HOIVSQVE · AEDIS · ERGO · VTEL · QVE · AD · EAM · AEDE · SCALAS · QVELAPIDES//AVCTVENDO
COLVMNAE · STANT · CITRA · SCALAS · AD · AEDEM · VERSVS · STIPITES · QVE · AEDIS · HVMVS · TABVLA
MENTA · QVE · VTEI · TANGERE · SARCIRE · TEGERE · DEVEHERE · DEFIGERE · MANDARE · FERRO OETI
PROMOVERE · REFERRE · FAS · QVE · ESTO · SEI · QVOD · ADEAM · AEDEM · DONVM · DATVM · DONATVM · DEDICATVM
QVE · ERIT · VTEI · LICEAT · OETI · VENVM · DARE · VBEI · VENVM · DATVM · ERIT · ID · PROFANVM · ESTO · VENDITIO
LOCATIO · AEDILIS · ESTO · QVEM · QVOM · QVE · VEICVS · FVRFENS · FECERNT · QVOD · SE · SENTIVNT · EAM · REM
SINE · SCELERE · SINE · PIACVL · ALIS · NE · POTESTO · QVAE · PEQVNIA · RECEPTA · ERIT · EA · PEQVNIA · EMERE
CONDVCERE · LOCARE · DARE · QVO ID · TEMPLVM · MELIVS · HONESTIVS · SEIT · LICETO · QVAE · PEQVNIA · ADEAS
RES · DATA · ERIT · PROFANA · ESTO · QVOD · D · M · NON · ERIT · FACTVM · QVOD · EMPTVM · ERIT · AERE · AVT · ARGENTO
EA · PEQVNIA · QVAE · PEQVNIA · AD · ID · TEMPLVM · DATA · ERIT · QVOD · EMPTVM · ERIT · EIS · REBVS · EADEM
LEX · ESTO · QVASEI · SEI · DEDICATVM · SIT · SEI · QVI · HEIC · SACRVM · SVRVPVERIT · AEDILIS · MVLTATIO · ESTO
QVANTI · VOLET · ID · QVE VEICVS · FVRF · M//ARS · FIFELTARES · SEI · APSOLVERE · VOLENT · SIVE · CONDEMNARE
LICETO · SEI · QVEI · AD · HVC · TEMPLVM · REM · DEIVINAI · FECERIT · IOVI · LIBERO · AVT · IOVIS · GENIO · PELLEIS
CORIA · FANEI · SVNTO


Descripsi. Extat iam nescio unde apud Gud. ms. 109, 1 quamvis praetermissa ab editoribus; ed. Antonini in Aegyptii litteris ad Langletum (ed. pr. 1738), p 98 ed 1750 (cf. eius Lucaniam II p. 27. 58 not.); Mur. 587, 1 ab Antinorio; d'Orville Sicula Amst. 1764. T. II p. 595. Quaedam ex lapide correxit Giovenazzi Aveja p. CXXXIX. Optimum exemplum est Antinorii, cuius v. l. et Giovenazzii totam dabimus. — 3 OVAE lapis Gud., QVAE Mur., DVAE d'Orville. — 4 VTEI omnes praeter me. — TAVCTVENDO Gud. Mur., INVCTVENDO d Orville, ideo quod secunda littera recedit a solita forma. — 9 FECERINT Mur., sed mecum Giov. et d'Orville, FECFRENT Gud. — 10 PIACVLO omnes me excepto. — 11 QVOD· ID Mur. contra me et d'Orv. et Gud. — 15 MI · PARS · FIFELTARES omnes; solus Gud. MAI, Giov. ΛΙ.

Titulum ex evanido archetypo a lapicida ignorantissimo et neglgentissimo exceptum esse apparet, ut longe corruptior ad nos pervenerit quam pleraque quae codicibus tradita accepimus. Restitutionis liberae ne dicam licentiosae periculum feci, quod apponam ut alios moveat ad proponenda probabiliora.

L. Aienus L. f. Q. Baebatius Sex. f. aedem dedicarunt Iovis liberi Furfone a. d. III idus Quinctileis L. Pisone A. Gabinio cos. mense Flusare[1]) *comulateis olleis legibus*[2]) *illeis regionibus utei extremae undae ouae (?)*[3]). *Lapide facta hoiusque aedis ergo [i]te[m]que ad eam aede[m], scalasque lapide st[r]uct[as, et quae]*[4]) *columnae stant citra scalas ad aedem versus, stipitesque aedis hu[i]us tabulamentaque utei tangere sarcire tegere devehere defigere mandare*[5]) *ferro oeti promovere referre [liceat ius] fasque esto. Sei quod ad eam aedem donum datum donatum dedicatumque erit, utei liceat oeti venum dare; ubei venum datum erit, id profanum esto. Venditio locatio aedilis esto, quemquomque veicus Furfens(is) fecer[i]nt, quod se senti[a]t eam rem sine scelere sine piacul[o vendere locare*[6]) *]; alis*[7]) *ne potesto Quae pequnia recepta erit, ea pequnia emere conducere locare dare, quo id templum melius honestius seit*[8]), *liceto; quae pequnia ad eus res data erit, profana esto, quod d(olo) m(alo) non erit factum. Quod emptum erit aere aut argento*[9]) *eā pequniā, quae pequnia ad id [e]m[end]um*[10]) *data erit quod emptum erit, eis rebus eadem lex esto quasei sei dedicatum sit. Sei qui heic sacrum surupuerit, aedilis multatio esto quanti volet; idque veicus Furf(ensis) mi. pars fifeltares (?)*[11]) *sei apsolvere volent sive condemnare, liceto. Sei quei ad h[o]c templum rem deivinam fecerit Iovi libero aut Iovis genio, pelleis coria fanei sunto.*

1) i. e. mense Florali, Sabino; vide librum meum *unterital. Dial.* p. 340. 343. — 2) i. e legibus quae in postrema aedis instauratione placuerunt relatis aliisque additis. Certe non reperio meliora. — 3) templi limites qui fuerant eosdem in posterum futuros esse hic significari videtur, etsi verba non assequor; de regionibus undique extremis cogitavit Nipperdey. — 4) STAVCT scriptum esse pro STRVCT probabilis mihi videtur coniectura; reliqua posui ad sententiam, quoniam non adsequor litteras. — 5) MANDARE vix sanum est. — 6) eiusmodi quid aut in lapide aut cogitatione supplendum est. — 7) i. e. aliter. — 8) malim SIET. — 9) intelliguntur vasa et sigilla aerea et argentea ad saros usus comparata. — 10) TEMPLVM deleveram, audacissime quidem, sed *pecuniam ad id templum dari* quis recte dictum defendet? Contra optime dicitur ut supra iam legimus pecuniam ad rem, rem ad pecuniam dari in emptione venditione. Lenius quod supra dedi remedium proposuit O. Iahn; fuerit in archetypo ITEMENDVM. Temptassem *ad it emptum*, nisi deterruisset me nimius sermonis horor. — 11) vulnus desperatum. MAIOR· PARS Giov. ex ingeniosa sive lectione (quamquam ΛΙ est *ami*, non *mai*) sive emendatione, sed quae minime sufficiat. Latere potius videtur mentio partis Peltuinatium neque tamen audeo reponere quod mihi in mentem venit MI*nor* PARS R· P· PELT· VEST.

6012 Carapellis in agro in via ad Capistranum ducente.



Mur. 114, 2 ab Antinorio. Lupoli inscr. Corfin. ed. 2 p. 367, qui in latere legit EX· VO PRO SEX· ARO, in ipso titulo DIIS· ANCITIBVS || SV· TRINORVM || et in fine V· S· L· M; sed Lupoli fides nulla est, praesertim emendantis. — Chaupy III, 236 in titulo musei Aquilani ait legi DIIS · ANCITIBVS, quo hunc significari arbitror.

6013 in Gordiano [rect. Goriano *delle valli*] in S. Iustae.

ANNEIA · ALBA
NA · LARES · ET
ARAM · DE · S · P

Mur. 115, 3 e sched. Ambros.

6014 Peltuini.

SILVANO · SANCTO
V · S · L · M
. . . .
. . . .
inter reliqua evanida apparet
PARTIS · PELTVINATIVM

Lupacchinius exscripsit Antinorio.

6015 Romenaci *Mur.*, rectius Bominaci.

SILVANO · SACRVM
P · ARRIVS · Q · L · LEMN
VI · VIR · AVG
V · S

Mur. 67, 6 e sched. Ambros.

6016 in valle Tritani, olim Tirini fl. sub castro Capistrani quindecim passus a sin ripa Tirini, M. p. a *Capodacqua*.

*silvano sancto sa*CRVM
ATHE*nio*· LATERANI· LIB· PROC· ET· EVTYCHES· DISP
MAGNE· DEVS· SILVANE· POTENS
SANCTISSIME· PASTOR
QVI· NEMVS· IDAEVM· ROMANAQVE· CASTRA· GVBERNAS
MELLEA· QVOD· DOCILIS· IVNCTAST· TIBI· FISTVLA· CERA
NAMQVE· PROCVL· CERTE· VICINVS
IVNGITVR· AMNIS· LABITVR
VNDA· LEVI· PER· ROSCIDA· PRATA· TIRINVS
GVRGITE· NON· ALTO· NITIDIS· ARGENTEVS· VNDIS *Ovid. met. III*, 407.
ET· TENERAM· AB· RADICE· FERENS· SILVANE· CVPRESSVM *Virg. Georg. I*, 20.
ADSIS· HVC· MIHI· SANCTE· FAVENS· NVMENQ· REPORTES
QVOD· TIBI· PRO· MERITIS· SIMVLACRVM· ARAMQ· DICAVI
HAEC· EGO· QVAE· POSVI· DOMINORVM· CAVSA· SALVTIS
ET· MEA· PROQVE· MEIS· ORANS· VITAMQ· BENIGNAM
OFFICIVMQ· GERENS· FAVTOR· TV· DEXTER· ADESTO
DVM· TIBI· QVAE· REFERO· QVAEQ· ARIS· INCLVTE· REDDO
EX· VOTO· MERITOQVE· LIBENS· MEA· DICTA· RESOLVO
ILLE· EGO· QVI· INSERVI· NOMEN· IN· ARA· MEVM
NVNC· VOS· O· LAETI· BENE· GESTIS· CORPORA· REBVS *Virg. Aen. IX*, 157.
PROCVRATE· VIRI· ET· SEMPER· SPERATE· FVTVRVM 158.

in latere dextro
SILVANO
ET· AVGVRINO p. Chr. 156
COS
XVI· K· APRIL

Marini papiri diplomatici p. 332, cui descripsit a. 1800 abbas de Costanzo; Liberatore opuscoli I p. 112; Carli Annali dell' Instituto VI (1834) p. 150 cuius typum sistunt etiam schedae Avezzanenses. — Sequor Marinium, expertus in inscr. Asisinatibus fidem Constantii. — Ad Marinii exemplum vv. divisi. — 1 SILVANO· SANCTO· SACRVM Ann., SILVANO· S· SACRVM Lib. — 2 ALBC... pro ATHE... Lib. — 3 DEVM Mar. Ann.; DEVS Lib., quod probavit Lachmannus. — 5 DEVM Ann. pro IDAEVM. — 6 IVNCTA· EST Lib. Ann. — TIBI om. Ann. — IVGITER pro IVNGITVR coniecit Lachm. — 10 NITIDVS· ARGENTEIS Ann. — 11 AT maluit Lachm. quam ET. — 12 NV MENQVE Ann., NOMENQVE Lib. — 13 ARAMQVE Ann. Lib. — 14 QVAE...C Mar., QVAE· HIC Ann., HIC· POSVI Lib.; QVAE· POSVI scripsit Lachm. — 15 QVOQVE (pro PROQVE) Lib. — VITAMQVE Lib. Ann., ...AMQ· Mar. — 16 OFFICIVMQVE Lib. Ann. — 17 QVAEQVE Lib. Ann. — INCLITE Lib. — 18 ET· VOTO Lib. — 21 GRATVM pro SEMPER Lib. — In latere CONS Lib. Ann.

6017 in Castro veteri [*Castelvecchio di Carapelle* ita alias etiam apud Mur. significatur] agri Aquilani.

SILVANO· SANC
PRO· SALVTE
BAEBIAE· P· PVLL
EVS· PAPHII· VILL
IC· QVEM· VOT
PATRI· SVO· P· B

lego:
BAEBIAE· APRVLL
AE·V·S·PAMPHIL·VILL
IC

Mur. 70, 1 e sched. suis.

6018 olim Beffis in eccl. S. Sabinae, nunc in museo Aquilano.

LVANO· SANCT
V S L M
RHESTVS CR
SIAE IVLLITTAE
SALTVARIVS PR
SALVTE DOMN
P

Descripsi; extat praeterea in Antinorianis et apud Mur. 70, 3 e sched. Ambros. — 3 in fine CRS Ant. — 4 IVLLITTAE Ant. recte; mihi septima littera dubia fuit utrum C esset an T. — Mur. dat ita: SILVANO· SANCTO ‖ V· S· L· M ‖ CHRESTVS· ORO ‖ SIAE· IVLITTAE ‖ IANVARIVS· PRO ‖ SALVTE DOM· N ‖ P.

6019 in agro Peltuinate in pago S. Nicandri olim, nunc in museo Aquilano.

SILVANO
SACRVM
CN· DOMITIVS
ERASTVS

Descripsi. Ed. Mur. 68, 2 e sched. suis.

6020 litt. antiquis, olim in vico S. Pii (iuxta Fontecchio) prope Peltuinum, nunc in museo Aquilano.

RESTITVTVS
DOM*ITIAE*
AVG· *SER*
SIL· V· *S· L· M*

Descripsi quod restat; integram exhibuit Antinorius, pleniorem quam ego vidit Brocchi, qui 2 DOMITIA..., 3 SEI......

6021 in museo Aquilano, rep. Furfone 1759.

SILVAN...
D· D
VARIASI....
NATAL....
VARIASI...
GENIAL....

Descripsi. Est etiam inter Antinoriana.

6022 olim in oppido Carapellis S. Severini, nunc in museo Aquilano.

SALVIDIA· T· F· SECVND*a*
QVINCTIA· SEX· F· SECVNDA
CASNASIA· Q· L· RVFA
CASNASIA· Ɔ· L· SPERATA
SPERATA· MVNATIDIAE
SER· VENERI· D· D·
MAGIS VENE

Descripsi. Ed. Mur. 174, 3 ab Antinorio.

6023 Torfone [rect. Furfone] in agro Aquilano.

P· ATENVS· V· F M////L· LVCIDIVS· L· L· BILLO
Q· CAESIENVS· C· F· POST· C· OPISIVS· C· F
MAACI*streis* DE· V· S· F· C· I· Q· P

Mur. 1723, 6 ab Antinorio. — 1 PATENVS Mur.; fortasse P· AIENVS. — 3 MA//ACI// Mur.; scripsi MAACISTREIS· — solve DE *vici sententia*.

6024 prope Castrum vetus Carapellis pone chorum eccl. S. Cypriani. In loco distante inde II p. visuntur ruinae pagi antiqui dictae nunc *Sessante* vel *Sestante*.

C· FAESASIVS· T· F
P· APPAEDIVS· P· F
AQVILA· CVR· FANI
PORTICVM· ALAM
D· PAG· S· F· C· IDQ· P

Antinorius qui vidit posuit in litteris ad Amadutium Savignani in bibl. publ. adservatis, unde edidit Amaduzzi anecd. litt. III, 467.

6025 in oppido Fontecchio infra aedem S. M. Collis Maji *Mur.*, in opp. Collis Petri prope Peltuinum *Ant.*, nunc in museo Aquilano.

C·SVELLIVS·T·F·AEMILI
P· BAEBIVS· L· F
C· SVELLIVS· Q· F
MAGISTRI· CELLAM· ET
CVLINAM· FACIVNDA
CVRARVNT

Descripsi. Mur. 485, 8 e sched. suis; sched. Antinor.

6026 olim Navellis in S. M., nunc in museo Aquilano.

PHILEROS· DISPEN
MELANTA· CELLAR
MAG· L· F· D· D

Descripsi. Ed. Mur. 970, 7 e sched. suis. — MAG*istri Larum Fecerunt Decr. Dec.* vel MAG*istri Larum Familiarium Donum Dedere* Marini atti p. 543; malim *Ludos Fecerunt Decur. Decr.*, v. n. 5566.

6027 in valle Tritanae in fronte eccl. S. Petri ad oratorium *Ant.* in agro Capistrani *Mur.*

Mur.:
....
ORFIDIAE
PROCVLAE
D·S·P·EX·VIS·D

sched. Ant.:
OFFIDIAE
PROCVLAE
DESP·EXVIS·D·

Exscripsit Gualterius Antinorio; Mur. 139, 6 ab Antinorio diverse. — 3 malim DISP·

6028 Carapellis in S. Cypriani *Ant.* Castro veteri in S. Cypriani *sched. Mur.*

D· M· S
P· QVINTIO· SEX· F· QVIR
TIRONI· MIL· COH*o*R· XI
VRB· 7 SCAEFI· ET· SEX
QVINTIO· SEX· F· QVIR
FIRMO· MILITI· COH
XI· VRB· 7 SABINIANI· EX
COLLEGIO· I· O· M· SEX
QVINTIVS· SEX· F· QVIR
FIRMVS· AED· PATER
P

Mur. 544, 4 ab Antinorio, 847, 4 e sched. suis. — QVR Mur. 544 ubique pro QVIR. — 3 COHR Mur. 544. 847. — 4 SCAETI Mur. 847. — 8 PO· M Mur. 544 pro I· O· M. — 10 S· ATER Mur. 544.

6029 Ofenae in S. Marci.

SEVERO
MISSO· HONESTA
MISSIONE
EX· COHORTE· IIII
PRAETOR· HEP//////
T· FLAVI

Mur. 853, 8 e sched. suis.

6030 Capistrani in muro arcis.

MIL· LEG· V ≈ ALAVDAE
MILITARIB·DONATO·A·TI·CLAVDIO
V·PL·PR·TESTAMENTO·FIERI·IVSS

Don. V, 67 auct. non indic.; Mur. 880, 8 ab Antinorio, ut ait, sed potius ex Donio. — 3 fuerit *tribu*N· PL·

6031 in S. Silvestri Castri novi (prope Pratam) *Mur.* Nunc in museo Aquilano.

BALINEVM· REFECTVM·
DEC· DECR· PECVN· PVBLIC·
PARTIS ≈ PELTVINATIVM

Descripsi. Mur. 482, 1 ab Antinorio; Giovenazzi Aveia p. CXXXVIII; Kellermanno descripserunt Ambrosch et Kramer. — 1 BALNEVM exemplum meum.

6032 S. M. de Forfona in turri ecclesiae *Antinori*, non, ut ait *Mur.*, Aquilae in turri. Nunc in museo Aquilano.

L· CAESIENVS· FIRM
QVAEST· PRAEF· I· D· Q*uinq*
L· CAESIENVS· FIRM
L· PRON· QVAEST· QVINQ
TRIB· MILIT· FLAM· AVG· Q
*bal*NEVM· D· S· P· FEC

Descripsi vel potius contuli Brocchii apographum cum lapide; Mur. 473, 2 ab Antinorio. — 1 litt. dimidiatae sunt; ....RAN.... Mur. pro FIRM... — 2 in fine C addidi ex Mur. — 5 MIL· ET exemplum meum male.

6033 Navellis.

P· CAESIENVS· VIB· F
AED· PRAEFEC· IV*re die*
TARASVNA· L

Mur. 684, 2 e sched. suis; ex sched. Stephanonii Donius V, 131; Gud. ms. 664, 1, ed. 119, 3. Lacunae notam apposui ego. — 2 post AED lac. notant Gud. Don. — 3 Don. om. in lac., Gud. ....SVNA....L...

6034 tabula aenea Tarracone apud Ant. Augustinum archiepiscopum, qui unde sibi comparaverit non constat.

C· VETTIO· ATTICO· ET
C· ASINIO· PRAETEXTATO· CoS
PR· IDVS· APRIL

p. Chr. 242

PELTVINI· VESTINIS· IN· CVRIA· AVG· ORDINEM· HABENTIBVS· T· AVIDI
ACCO· RESTITVTO· ET· T· BLAESIO· NATALE· AEDD· QQ· SCRIBVNDO· AD
FVERVNT· QVOD· VNIVERSI· VERBA· FECERVNT
NVMMIAM· VARIAM· C· F· SACERDOTEM· VENERIS· FELICIS· EA· ADFECTI
ONE· ADQVE· PRONO· ANIMO· CIR (CA)· NOS· AGERE· COEPISSE· PRO· INSTITVTO
BENIVOLENTIAE· SVAE· SICVT· ET· PARENTES· EIVS· SEMPER· EGERVNT· VT
MERITO· DEBEAT· EX· CONSENS· VNIVERSORVM· PATRONA· PRAEFECTVRAE
NOSTRAE· FIERI· QVO· MAGIS· MAGISQVE· HOC· HONORE· QVI· EST· APVT· NOS· POTISSI
MVS· TANTAE· CLARITATI· EIVS· OBLATO· DIGNATIONE· BENIGNITATIS· EIVS· GLORI
OSI· ET· IN· OMNIBVS· TVTI· AC· DEFENSI· ESSE· POSSIMVS· Q· D· E· R· F· P· D· E· R· I· C·
PLACERE· VNIVERSIS· CONSCRIPTIS· NVMMIAE· VARIAE· C· F· SACERDOTI· VENERIS
FELICIS· PRO· SPLENDORE· DIGNITATIS· SVAE· PATROCINIVM· PRAEFECTVRAE· NOS
TRAE· OFFERRI· PETIQVE· AB· EIVS· CLARITATE· ET· EXIMIA· BENIGNITATE· VT· HVNC
HONOREM· SIBI· A· NOBIS· OBLATVM· LIBENTI· ET· PRONO· ANIMO· SVSCIPERE
ET· SINGVLOS· VNIVERSOSQVE· NOS· REMQVE· PVBLICAM· NOSTRAM· IN· CLI
ENTELAM· DOMVS· SVAE· RECIPERE· DIGNETVR· ET· IN· QVIBVS CVMQVE
RATIO· EXEGERIT· INTERCEDENTE· AVCTORITATE· DIGNITATIS· SVAE· TVTOS· DE
FENSOSQVE· PRAESTET· TABVLAMQVE· AENEAM· HVIVS· DECRETI· N· VERBA· CONTI
NENTEM· OFFERRI· EI· PER· AVIDIACCVM· RESTITVTVM· ET· BLAESIVM· NATALEM· QQ
ITEM· NVMISENVM· CRESCENTEM· ET· FL· PRISCVM· PRIMORES· ORD· N· VIROS· CENSVER

Ed. 1—6 Panvin. fast. ad a. 995, integram exhibent Ursin. ad Ant. August. de legg. n. 26, Lips. auct. p. 34 ab Ant. Mureto, ex utroque Grut. 443, 6. Ectypon charta factum, ad quod perpetuo redii, extat in cod. Pighii Berol f. 140 una cum apographo diverso ab eo quod adhibitum est in ed. 2 Gruteri. — 5 T· excidit Lipsio. — 10 CONSENSV Urs. Lips. male. — 16 DEFERRI Pigh. apud Grut. male. — 21 NOS ante PRAESTET add. Pigh. apud Grut. male.

6035 Romenaci [rectius Bominaci] v p. a Peltuino in eccl. S. M. in choro iuxta altare maius.

IN· *Honorem*
NVMMIAE· VARI
AE· C· F· M· NVMMI
O· IVSTO PLEBS
PELTVINAS· PATRO
NO· OB· EXIMIAM
ADFECTIONEM
EIVS· QVAM· VNI
CE· EXERCVIT· HVIC
SPLENDIDISSIMVS
ORDO· BISELLIVM
DECREVIT· QVBI
TVMQVE· CONCES
SIT· L· D· D· D

Mur. 544, 1 e sched. suis; Antinorio exscripsit de Paulis citatque ille praeterea Carli mem. stor. (ms., puto) di Peltuino p. 14. — Principium ita dat Antinorius:

IN· H..............
......IVECEM· NVMMI
AE..... ...M NVMMI
O· IVSTO.......PLEBS

Sequor Mur., nisi quod 1 H recepi ex Ant., omissam ab illo. — In fine addit Mur. hunc versum:

O· S· F· P· S F

quem additum esse a manu recenti notat Antinorius.

6036 'rinvenuta in un terreno del V. Brē (?) di S. Nicandro nel piano di Caporciano nel mese di Giugno 1826, dove stava con molte altre lapidi non ancora scavate in sito orizzontale in faccia ad uno scheletro.' *Carli.*

C· PAVSCVLANO
C· F· QVIR·
MAXIMO
AEDILI
QVINQ· PRAEF·
IVRIS· DIC· QVAESTORI
ALIM· FLAMINA*LI*· AVG·
HIC· OB· HONOREM· QVINQ
SPECTACVLVM· GLAD· TRIDVO
DEDIT· ET· NOXEOS· QVATTVOR
ITEM· ANNONAE· CVRATOR
VIX· AN· XXXIIII· DIES· IIII·
C· PAVSCVLANVS· RVFVS
FILIO· KARISSIMO
HIC MONVM P ENTVM EMTOR
NON CEDET SIC VT LICIAT
ADITVM AMB ITVM

IN· AGRO· P· LXX· IN...

Miserunt Instituto archaeologico et Romualdus Carli litteris datis d. 12 Aug. 1833 et Guarinius, sed tamen nescio quo casu non edita est nisi demum in Annal. Inst. XXI (1849) p. 236. — 7 FLAMINAEI traditur; FLAMIN· R· ET· AVG coni. Borghesi, FLAMINALI ego. — 8 QVIN Carli. — QVATTOR Carli — 11 om. Guar.

6037 in agro Peltuinate in pago S. Nicandri in eccl. S. Mariae.

D· M· S
T· POMPVLENO
T· F· QVIR· IVVENI
AEDIL· Q· ALIMENT
OR· P· PELTVINAT
DESIG· DOMITIA
PHOEBE· CONIVGI· SANC
TISSI· CVM QVO· VIXIT· SI
NE· VLLA· ANIMI· EIVS· OF
FENSA· ANNIS· XXVI· ET· SIBI
POSTERISQVE· SVIS· SIMVL
CVM· FILIS P ET· COHE
REDIBVS EIVS

Mur. 1067, 2 e schedis suis; Giovenazzi p. CXXXVII qui emendatam dedit ex lapide descripto sibi a Gualtierio (v. p. CXXXIII), extat denique in schedis Antinorii qui vidit. — 1 habet solus Ant. — 3 IVVEN Mur., IVVENA... Ant., IVVENI Giov. — 4 ALIMEN... Ant. — 5 PELTVINATI... Ant. — 10 XXVIIII· SIBI Mur. — 12 FILIIS Mur. — 13 EI... Ant., EIVS om. Mur

---

6038 Caputaquae sub Capistrano.

T· SABIDIVS· T· F
FACIVNDVM· CVR

Mur. 483, 4 ab Antinorio, 1739, 8 e sched. suis.

6039 Ofenae in turri camp. eccl. S. Nicolai *Giovenazzi* p. CXX *Lup.* Male Ameriae *Mur.*

Q· STATIO· Q· F· QVIR· SYRO· AED
QVAEST· ALI*m*· QVAEST· MVN· PELT· PRAEF· IVR
DIC· MVN· PELT· VIOC· VIAE· CLAVD· FLAM· DIVI
AVG
P· STATIVS· Q· F· QVIR· SEVERVS· PATRI
PIENTISSIMO

Mur. 747, 1 e sched. Ambros.; sched. Antinor.; Lupoli inscr. Corf. ed. 2 p. 131 a prioribus, ni fallor. — Lup. vv. aliter divisit. — 2 ALIV Mur., quod ipse emendat; de Ant. non constat; ALIM Lup. — 3 VIOC· VIAE Ant., RIOC· RIAE Mur., CVR· VIAE ex interpol. Lup.

6040 in basi arcus iuxta portam S. Valentini oppidi Ofeni, laevorsum in ingressu eiusdem ecclesiae *Don.* Nunc in museo Aquilano.

D M S
Q· STATIO· P· F *QVI· VEREC*
AEDILI· PRAEFEC*TO· QV*
CVR· VIAE· CLAVDI*AE*
FLAMINI· DIVI· AVG· *AE*(*dili*)
ITERVM· QVINQ· STAT*IS*

Descripsi. Ed. aliquot litteris auctiorem Don. IV, 24 qui vidit (?); ex Donio Mur. 747, 2. — 1 om. exemplum meum. — 6 Don. non habet nisi ....TIS.

6041 Senitii IX p. ab Aquila in S. Petri *Mur.* Aquilae *Manut.*, inde Aquileiae *Grut.* '*nella via Salara passato Antrodoco alle falde di Nuria*' *Mart.*, quod fictum puto.

T· ATTICO
DOMITIAE
AVG· LIB
VI· VIR· AVG
DOMITIVS· SOLLERS
VI· VIR· AVG
ATTICVS· DOMITIAE· AVG
S· S· Q· P· P

Manut orth. 728, 1 ex eo Grut. 368, 2; Mur. 194, 5 e sched. Ambros.; Martelli n. 77 (e Muratorio?). — In vv. div. sequor Mur. — 1 debuit saltem esse CN· ATTICO, sed vulnus altius videtur inesse, neque sine causa de fraude cogitabitur; certe Manutii auctoritas in hac parte pessima est. — 4 IV· VIR err. typ. Mur.; VI· VIRO Man. Mart. — 5 SOLERS Mart. — 7 om. Mur. Mart. — pro 8 ET· S· P· Q· S Mur., SIBI· POSTERISQ· SVIS Mart.

6042 apud opp. Carapelle in S. Victorini.

C· BETVTIO
EVTYCHETI
SEVIRO· AVGVST
HVIC· ORDO· DECVR
PELTVIN· OB· MERITA· EIVS
BISELLIVM· DECREVIT
BETVTII· PAL
MAXIMVS· ET
MAXIMA· PATRI

Mur. 1067, 1 ab Antinorio.

6043 Sidoniae in S. Petri.

Q· PAPIO· Q· L
NATALI· VI· VIR
AVG
INSTACIDA· POENA
CONIVGI· CARISS
ET F SIBI

Mur. 202, 5 e sched. Ambros. — 4 scr. ISTACIDIA.

6044 rep. prope pagum Sinizzo IX p. ab Aquila, deinde in museo Aquilano.

soleae pecten speculum
SEX· SINITIVS
MEMOR· VI· VI
AVG· VIV· SIB· ET
NONIAE LVCVST
CONIVGI SVAE· F

Descripsi. Ed. Giovenazzi p. XXXVI, inde derivans nomen pagi Sinizzo.

6045 Sinitii in turri camp. S. Petri.

APPONIOLEN
I· F· MAXIM
ARBAIANO
EMINO· FILIO· S
IXSIT· ANNOS· XX
IN· F· P· XX
IN· AG· P· XX

Antinorio exscripsit Bulzejus 1760.

6046 olim Senitii in S. Petri, nunc in museo Aquilano.

P· ARRIVS
SEVERVS
P· ARRIO
MARSO· FRAT
PIENTISSIMO
POSTERISQ
SVIS
P

Descripsi. Ed. Mur. 1436, 8 e schedis suis.

6047 Ofenae in S. Marci.

SEX· ATTIEDIO
SEX· L· APOLLONIO
SENTIAE· SEX· L· PRIMAE
C· T· ATTIEDI· SEX· FILI
P

Mur. 1573, 14 e sched. suis.

6048 Castelvecchio [prope Carapelle] in agro Vestino in S. Cypriani.

AVEIAE· T· F· IVSTAE
VIXIT· ANNIS· XVIII
T· AVEIVS· PROBVS
PATER· ET
STATIA· PAVLA
FILIAE· DVLCISSI
P

Mur. 1136, 5 e sched. suis.

6049 in oppido [? v. n. 6063] S. Marci agri Aquilani *Mur.*

D· M· S
CAECILIAE· Ↄ· LIB
TERTVLLAE· MATRI
ET· FELICITATI· FILIAE
OBSEQVENS· ET
SIBI
F

Mur. 1245, 7 ab Antinorio.

6050 in S. Stephani prope Castrum novum *Mur.*, nunc in museo Aquilano.

sic COSIDIAE· T· L
CIVITATI· MATRI
P· AIANIO· P· L
FESTO· FRATRI
CONSIDIAE
AIADIN· SOROR
T· CONSIDIVS
IVVENIS

Descripsi. Ed. Mur. 1253, 4 e sched. suis. — 6 ARIA DINE Mur.

6051 prope Ofenam in finibus agri Aquilani.

DECLIAE· L· L
ARBVSCVLAE

Mur. 1666, 6 e sched. suis.

6052 olim in vico S. Nicandri prope Peltuinum, deinde in museo Aquilano, ubi ego non reperi.

DICTYNNAE| *ser*
SEPTIMIEN| *ae*
POLLAE· SPEN| *du*
SA· SOROR· E| *ius*
V· A· XVI
mundi muliebris vestigia

Vidit Antinorius, qui misit etiam Amadutio.

6053 Navellis.

IVCVNDO· CAE
SIENAE· VESTI
NAE· SERVO
CAESIENA
PRIMIGENIA
CONIVGI· BE
NEMERENTI
ET P SIBI

Mur. 1353, 12 e sched. suis.

6054 in S. M. de Ponte in turri.

D· M· S
IVSTINVS· QVAR
TAE· CONIVGI· SVAE· CA
RISSIMAE· BENEME
RENTI· ET· HERMI
ONE· NEPOTI
Q· VIXIT· AN· XXI
M· III· D· VII

Mur. 1363, 11 e sched. suis.

6055 Capistrani apud DD. Muscas.

C· IVLIVS· C· L
MENESTRATVS· MEDIC
VETTIENA· Q· L· ILIONA
VXOR
HOC· MONVMENTVM· HEREDI
NON· CEDIT

Mur. 960, 1 ab Antinorio.

6056 'prope Busutrum (nunc Bassi) in eccl. S. M. Cartinian. in muro exteriori ad occidentem' *Ant.* Busutrum, quod oppidi antiqui nomen ex sola n. 6012 effecisse videtur Antinorius, collocavisse eum prope Ofenam sub Castello del Monte aliunde constat (v. n. 6063); *Bassi* vicum ignoro.

LEONI
VIXSIT· ANNOS
VIII
PRIMILLA
MATER
ET· HYMETVS
PATER
P

Vidit Antinorius.

6057 Ofenae in baronia S. Marci.

LICINIAE· P· F
PAVLLAE
PARENTES· P
V· A· XVII
CASTA· PVDICA
PVDENS· CONGE *sic' Mur.*
CARA· SVO

Mur. 1183, 3 e sched. suis.

6058 antea in castello Fontecchi XII p. ab Aquila, nunc in museo Aquilano.

corona
D· M· S
MAXIMVS ET LASCIVS
DVO FRATRES CONVE
NIENTES IN VNO· HVNC
TITVLVM NOBIS POSV
IMVS VIVIS· VT POSSE
MVS AT SVPEROS· SECV
RIVS VITAM BONAM GER *sic*
RE QVA FINI· FATA VOLE
BANT QVI QVA VITA VI
XIMVS VNA NVMQVAM
INTER NOS· FECIMVS· VER
BVM AMARVM· VOLVN
TATES SECVTI SIMVS *sic*
OMNES· VITAE· NOSTRE *sic*
A NOBIS NVMQVAM QVIT
QVAM NEGATVM EST· I
tA TV QVI LEGIS BONA
VITA VIVE SODALIS
QVARE POST OBITVM
nEC RISVS NEC LVSVS
nEC VITA VOLVPTAS
ERIT· HAVE· M· ANIMAE
MENTEN· HABAE QVOD LEGERIS QVAERE· VITA
MORTI PROPIOR· FIT· COT· TI· DIЯAE· VALE

Descripsi. Ed. Amadutius ad exemplum Antinorii (quod inveni etiam Savignani in litteris eius ad Amad. 24 Mart. 1766) Nov. Fiorent. 1766, p. 362, inde Donat. 464, 8.

6059 S. M. del Ponte ad Aternum a Peltuino meridiem versus in turri eccl. paroch.

D ❦ M
MAXIMO· ET
PRIMILLAE
MAXIMO· FILIO
QVARTVS· ET
MONTANA· ET
PELORIS ❦

Mur. 1190, 1 e sched. suis; Antinorius et in schedis descripsit et ad Amadutium perscripsit litteris datis 24 Mart. 1766, unde ed. est nov. Fior. 1766 p. 517. — Apud Antinorium 1 deest; idem 3 PRIMILLE; 4 MAXIMO· E.......; 5. 6. 7 QVARIVS.... MONTANA. .... LORIS.....

6060 olim Navellis, nunc in museo Aquilano.

D M S
L· NONIO
L· F· QVIR
NIGRO· L
NONIVS· *L*· *F*
VESTINVS
ET FAESASIA
BASSILLA
INFELICIS
SIMI· PARE
NTES· F· DV*L*
CISSIMO· Q· *V*
A· VI· M· III· D· II
H· VI

Descripsi quae dantur rectis; ed. Mur. 1193, 2 e sched suis. — 3 omisi in lac. L· — 5 omisi ego L· F neque lac. notavi, fortasse recte; nam in matris nomine item deest patris praenomen — 6 VESTINVS Mur., ego ///SIL///V// — 7 8 ego ///FAESASI// || BASSILLA, Mur ET FAESAS· L· || ABASILLA. — 9 sq. Mur. INFELICES· SEMPITERNI FIL· DVL cet. — 14 om. Mur.

6061 a pago Castri novi *Mur.*, nunc in museo Aquilano.

VICO
NOVELLED| *iae*
PRIMIGEN| *iae*
NOVELLEDIA
PATRONIS OPTIM| *is*
MERENTIBVS· ET· S| *ibi*
·S· ·V· ·T· ·L·

Descripsi. Ed. Mur. 1550, 9 ab Antinorio. — Quae minusculis dedi, Mur. tanquam e lapide protulit, male credo.

6062 in eccl. S. Marci prope Castrum Montis, prope quod Busutrum antiquum fuisse credit *Ant.*

P· PAPPEDIO· NEP
I· PAPPEDIA· PA

Vidit Antinorius.

6063 in eccl. S. Marci inter Calascium et Castrum Montis non longe a Busutro *Ant.* Ofenae in abbatia S. Marci *Mur.* '*alla ch. di S. Marco sotto Castel di Monte, dove si dice esser stata una città antica col nome delle Tre Corone*' *Lib.*

PECVLIARI· ET
PRIMIGENIAE
C· PVMMIDIVS
AMARANTVS· SER
CARIS· POS

Mur. 1553, 2 e sched. suis; vidit Antinorius; Liberatore opuscoli I p. 95. — 1 P· F· CVLLARI Lib. — ET om. Mur. — 2 PP· LENGENIAE Lib. — 3 PVMMIDVS Ant. Lib. — 4 S· FR Lib. — 5 CARISS· POS Mur. CARIS...POS Lib.

6064 olim Peltuini in eccl. S. Pauli de Prata, nunc in museo Aquilano.

M| PETICIO· PRIMO· B· M
P| RIMVS· ET· *c*HARITINE
PARENTES

Descripsi; initia supplevi ex schedis Antinorianis, quae dant praeterea ET· KARITIAE | PARENTES P

6065 in villa S. Nicandri.

QVARTILLA
QVINTIA
MATERTERA
PVERO·L

Mur. 1493, 10 e sched. suis.

6066 Sidoniae in S. Pauli loco altaris *Mur.* nunc in museo Aquilano.

C· RAIVS · C· L· EROS· VIVOS
FECIT·SIBI·ET·LVCVLLIAE
Ɔ· L· VRBANAE· ET· RAÍAE
L· L· PRÍMAE· ET
SVEIS

Descripsi. Ed. Mur. 1598, 5 e sched. Ambr. — 2 LV-CILLIAE Mur. — 3 VRBAN///E ego.

6067 in opp. S. Stephani VI p. a Busutro in domuncula iuxta portam publicam orientalem.

P· RVFRIO· T· F· FILIO· QVI· PIO
PVDENTI · VIXIT · ANNOS· XXIII
V CASINIAE· P· F· SECVNDAE· VXORI
RISNACIDIAE· A· F· MATRI
V· T·RVFRIVS· T· F· PARMENO·FECIT

Mur. 1494, 13 ab Antinorio, in cuius schedis quoque legitur. — 1 FILIO om. Mur. — 2 XXIIII Mur.

6068 Castronovi prope Peltuinum.

SALVOLE
THISBE
SALVOLEI
PRIMILIA I
TRI PIISSI

Ex Antinorianis. Ed. Mur. 1275, 8 ab Antinorio. — 2 TIISBE Ant. ms. — 4 MA Mur. ex suppl.

6069 olim Castronovi prope Peltuinum, nunc in museo Aquilano.

SEMINIACCÆ
NEREIDI
SEMINIACCA
PRIMIGENA
ET

Descripsi. Ed. Giovenazzi Aveja p. LIX. Extat etiam inter Antinoriana. — 1 SEMINIACCIE ego. — 4 PRIMIGINA Giov.

6070 Goriano *delle valli* prope Secenaro in eccl. S. Iustae extra moenia in descensu ad Aternum.

D · M· S
T · SEXTIO
I V V E N A L I
I V V E N A L I S
ET R E S T I T V
TA · FILIO · DVLC
*IS*SIMO · ET · FRAT
ER·ET·SORORES·QVI
*VI*XIT· ANNIS· XXIII
P · M
*FE*CIMVS· HVNC· TIT
*VL*VM · MISERI · DVL
*C*ISSIMO · NATO · *VT*
*DO*LEAT· PLVS. . . .
. . DONEC · *MORS*
F I N I A T · V *N A*

Mur. 1216, 3 (inde Burmann. anth. IV, 301) e sched. suis pleniorem dedit quam Antinorius, cui exscripsit Gualterius. — Quae non habet Ant., inclinatis dedi. — 6 FIL· Mur. — 8. 9 SORORES· VI ‖ . . . XIT Ant. — 11 sq. Mur. non ex lapide divisit, sed ad metrum. — 12 MYSERI add. *sic* Ant. — 14 . . . LLAT Ant.

6071 S. M. del Ponte in S. Luciae.

serta
D · M· S
T· SEXTIO· TYR
ANNO· VIX· AN· LXXV
SEX· IVVENTINA
amphora VXOR · ET
SEX· ZEPHYRVS
TYRANNVS
IVVENALIS
ET· PRIMITIVA
FILI
PATRI
B· M· F

Ex Antinorianis. Ed. Mur. 1404, 5 e sched. suis. — 9 ET· om. Ant. — 12 B· M· P Ant.

6072 olim Peltuini in eccl. S. Pauli, nunc in museo Aquilano.

S· T
T· L

SPERATION
P· SALVIENI
PAVLI
DISPESATOR
MYRTALE
CONSERVA
ET SIBI
P

Descripsi. Ed. principium Mur. 978, 4 ab Antinorio, in cuius quoque schedis extat.

6073 Ripae [villa Fagnani?] in agro Aquilano.

STACLENA· Q· L
PHILVMENA· SIBI· ET
T· PETICIENO · T· L
PHILEROTI
IN· A· P· XVII
IN· F· P· XVI

Mur. 1601, 16 e sched. suis.

6074 Castronovi in agro Aquilano.

Q· STACLENO
V· F

Mur. 1748, 5 e sched. suis.

6075 in Castro vetere Carapellis prope Aufinam ad eccl. S. Io. Baptistae.

T· STATIDIO
T· L· MONTANO
QVINTIAE· SOLM/////
T· STATIDIO · T· F
MONTANO
S P P

Mur. 1499, 4 ab Antinorio, in cuius schedis paullulum differt. — 2 IL· pro T· L Ant. — 6 om. Mur.

6076 antea prope Capistranum in molendino, nunc in museo Aquilano.

T· SVETTIVS
///L · PROTVS
BARBATIA·LIB·ET
VXSOR

Descripsi. Ed. Mur. 1406, 10 ab Antinorio, in cuius schedis aliter exhibetur. — 1 T· SVLFIVS Mur. Ant. — 2 dedi ex Ant.; ego ///L· ERCIVS, quod paene idem est; Mur T· F· FRVCTVS. — 3. 4 Mur. BARBATIAE· LIB· ET· VXOR, Ant. BARSATIA· LIB· F· VXSOR.

6077 olim in S. Stephani prope Castrum novum, nunc in museo Aquilano.

C· TATTIO· DECVME
DI· FIL· VESTINO· ET
ATTIDIAE· EGLOGE
VXORI EIVS
OFANIVS· HY*g*i
*n*VS · FRATR

Descripsi. Ed. Murat. 979, 8 ab Antinorio male.

6078 Ofenae iacet ante fores eccl. S. Valentini.

Q·TETTIANO
Q· F
STABILIONI
PRIMA · CON
IVNCX·
P

Gualterus exscripsit Antinorio.

6079 in pago Castelli novi in S. Stephani olim, nunc in museo Aquilano.

T I M I N I A
P E R G A M I S
Q · SALVIDENO · Q///
DIOMEDI·ET·SOSIMA///
CONCVBINAE · EIV///

Descripsi. Ed. Mur. 1502, 10 e schedis suis et ab Antinorio. — Q· F, SOSIMAE, EIVS Mur.

6080 Baroniae [? cf. n. 6081] in agro Aquilano.

TYMELE
BENIGNE
AQVILAE

Mur. 1757, 10 e sched. suis. — 3 adhaesitne ex loci indicatione?

6081 in opp. S. Stephani prope Busutrum [quod Antinorio est prope Castel di Monte] ad portam orientalem *Ant.* in baronia agri Aquilani in Castello S. Stephani *Mur.*, qui notat Romae ponere *Donium*, apud quem non reperi.

V· N· VARIASIVS· N· L
DIONYSIVS
VIVOS · SIBI· FECIT

Vidit Antinorius. Ed. Mur. 1761, 6 e sched. suis. — 1 V· om. Ant.

6082 rep. in vico S. Demetrii in agro Aveiate [rectius Peltuinate], nunc in museo Aquilano *Giovenazzi*; ego ibi non reperi.

PRI ▲ V ▲ A ▲
VESTINIO
RI ▲ ET ▲ AVEIE
MATRI
VESTINI
VS ▲ PAREN
M ▲ ET ▲ SIBI
▪

Ed. in aere incisam Giovenazzi Aveia p. VII.

6083 a Capistrano orientem versus prope Aufinam in fronte eccl. S. Petri ad oratorium.

V E T T I E
NAE · T· L·
FAVENTINÆ
H I L A R I O
Q · FERONI
C R I S P I
D I S P E N S
ANVI
DVLCISSIMÆ
P
ET· TIBI
ET·TV

Mur. 1509, 7 ab Antinorio, qui vidit et emendatiorem reliquit in schedis. — 1. 2 VETTIONAETI; 5 OFERONI; 9 DVLCISSIMAE; 11. 12 ET SIBI ET SV Mur.

6084 Capistrani prope Aufinam in S. M. de Pace.

T · VETVLENVS· T· L
PRIMIGENIVS
SIBI· ET· LAPSCIDIAE
Q·L·CYTHERIDI
P

Mur. 1606, 8 ab Antinorio, in cuius schedis item inveni.

6085 Fagnani in villa Opi in fronte eccl. S. Maximi meridiem versus.

VIBIENAE
L·L·TERTIAE

Ex Antinorianis. — 1 VIBL· ENAE Ant.

6086 litt. antiquis, olim Navellis, nunc in museo Aquilano.

LODAM
ESTAM

Descripsi; extat etiam in schedis Antinorii.

6087 Castr. veter. Carapell. prope Sextantem [v. n. 6024] et Busutrum [v. n. 6056] in solo eccl. S. Cypriani.

OPTATAE · P· F
DIBA.......X
ANI........
Ex Antinorianis. ....

6088 Castr. veter. Carapell. in fronte eccl. S. Cypriani.

.......IASIVS· P· F·
.......VI
.......IA· V· L
.......H· M· H· N· C

Vidit Antinorius.

6089 Castelnuovo in eccl. extra muros.

ALL....
Ex Antinorianis. CC ....

6090 In eccl. S. Pauli de Prata.

....
VST..PA
Ex Antinorianis. N........N

6091 Pratae in eccl. S. Pauli.

IN·HON....
T·SEXO....
Ex Antinorianis. ....

6092 Pratae in eccl. S. Pauli.

...LIL SLIS....
..PLECVSA· M...
....

Vidit Antinorius.

duo fr. in eccl. S. Silo.

6093 IVS· P· F T
M· QVE· FAC

6094 ///////SEVR· VIOA//////

Ex Antinorianis.

6095 Barisciani in aed. Ant. Salomonis.

....
....NIENA· V· F

Ex Antinorianis.

6096 in turri S. Petri de Sinitio.

....
...IDIN.....
P· F
BARR....
....

Antinorio exscr. Bulzejus 1760.

6097 in agro Peltuin. in strata lapidea ante fores eccl. S. M. de Centurellis.

VO
CLI
NES
H S

Gualterus exscr. Antinorio.

6098 Furfone in S. M.

AESIENO
XI
Ex Antinorianis. EMOI

6099 Furfone in turri eccl. S. M.

....
..IESTAS · MAT...
P

Ex Antinorianis.

6100 Furfone in turri eccl. S. M.

....
...COH...PVN....
...REIS· MOK....
...NIS· SVID· AD...
...NEVILA DCC...

Ex Antinorianis. — Estne medii aevi?

6101 Furfone in fronte eccl. S. M.

L· VAREA
LIVIEV
Ex Antinorianis. CAELIO

6102 prope Capistranum rep. 1776 in vinea doctoris Caroli Antonii Bucciantonj.

SVBSELLIA · POSITA· FABVLEMVR·AMICI

E schedis Antinorii, qui addidit '*dalla forma de' caratteri pare antico.*' Nolui repudiare optimi auctoris testimonium, quamquam ipse genuinam minime praesto.

6103 antea Barisciani, deinde in museo Aquilano.

hic hilarianvs
REQVIESCIT IN
PACE S D XÇI KAL
DECEMBRIS · DN
5 ANASTASIO· PPAQ· CONSL p. Chr. 497?

Descripsi. Ed. Mur. 414, 8 ab Antinorio.

PARS OCTAVA.

PICENVM SVBVRBICARIVM.

I. ATERNVM VESTINORVM. *(prope Pescaram)*

Aternum Vestinorum oppidum inter Teatinos et Marrucinos et Hadrianos interiectum, situmque ad ostia fluvii Aterni ita ut emporio eo uterentur et Vestini et Marrucini et Paeligni (Strab. V, 4, 2) et ibi plerumque navem conscenderent traiecturi Salonam (itin. marit. p. 497 Wess.; inscr. n. 6106. 6107), peregrinantibus magis quam incolis celebre videtur fuisse; ita rara eius memoria in lapidibus scriptis remansit. Cuius provinciae fuerit dubitari potest, cum situm sit in ipsis Piceni Valeriae Samnii confiniis. Quod supra p. 242 posuimus Picenum et Samnium separari Aterno fluvio, Aternum Vestinis videtur attribuere et Piceno, Marrucinis et Samnio Teate, ut antiquus terminus, quo ager Paelignus et Marrucinus a Vestino olim separabatur, postea regiones duas diviserit. Praeterea dubitari potest utrum facta Valeria provincia totus ager Vestinus ei cesserit an pars orientalis remanserit sub consulari Piceni, quod magis credo; certe in descriptione Valeriae lib. col. p. 228 Lachm. nominantur Aveia Peltuinum, non apparent Pinna Aternum, imo Aternum reperitur in Piceno (p. 226, 13), itemque Paullus Diaconus hist. Lang. II, c. 19 Pinnam non tribuit Valeriae sed Piceno. Quare reiecto Marcellini comitis (p. 326 Ronc.) testimonio, quo videtur tribui Samnio, Aternum in Piceno provincia describere placuit; quamquam cum Marrucinis plerique tituli Aternini traduntur, maxime falsi, qui cum ad fraudes Pollidorianas pertineant, ne contra naturam rei lectorisque commodum discerperentur, Teatinis sub n. 823* — 828* statim subiunxi.

6104 Pescarae in muro postico eccl. S. Crucis in Ierusalem.

....
...TORIAN
AVGVSTAE
SACRVM

Ex Brunetti marmoribus Aprutiuis ms. Antinorius. — 1 malim VICTORIAE.

6105 in oppido Spultorii (Spoltore inter Salinum et Pescaram) in ecclesia S. Pamphili.

IMP · CAESARI · DIVI
TRAIANI · PARTHICI
FIL · DIVI · NERVAE
NEP · TRAIANO · HA
DRIANO · AVG · PONT · MAX
TRIB · POt · VII · p Chr. 123.4
COS · III
D · D · P

Cod. Victorii f. 98a, qui 6 PO. — Ex ruinis Aterni oppidi videtur esse deducta.

6106 in regione trans Aternum *Camarra;* rep. ad castellum dictum Rampino trans Aternum, ibi ubi fuit pagus eius nominis *Allegr.;* locum mihi non notavit *Valìa.*

L · CASSIO · *HERMO*
DORO · NAV*CLERO*
QVI · ERAT · *IN · COLLEG*
SERAPIS · *SALON · PER*
FRETA · PER · *MARIA · TRA*
IECTVS · *SÆPE PER VND*
QVI · NONDE*BVERAT*
OBITVS · R*E*MANERE
IN · ÆRN · *SET* · MECVM
CON*IVNX* · SI · VIVERE
NOLV*ER*AS · AT · STYGA
PER*PETV*A · VEL · RATE
*FVNE*REA · VTINAM
*TE*C*V*M · COMITATA
FVISSEM VLPIA · CANDI
DA DOMVS · SALON COi
M · P

Camarra Teate p. 78 (inde Reines. XIV, 171 a Graevio; Spon. misc. p. 68 e Camarra; Burmann anthol. IV, 360); Allegranza opuscoli 1781 p. 246 (inde Donat. 236, 1); duo frusta descripsit Valìa, qui quae non vidit litt. inclinatis exhibentur. — Ligatas litteras ex Camarra et Valìa repraesentavi. — 4 SERAPYS Cam. — 8 ...MNERE Valìa. — 9 IN ATERNIS ET MECVM Allegranza. — 10 COIVNX · SI Cam., CONIV SI All., CON.... Valìa. — 11 AD Cam. — 14 .....VCONITATA Valìa. — 15 FVISSE All. — 16 DOMVS · SALON · C.... Cam., DOMVS · SALON · COL All., ...MV....CO Valìa. — Apud Camarram adhaesit n. 6107.

6107 inv. eodem loco ac n. 6106.

AERN · QVI · FVIT · IN · COLL · ISID
navis

Apud Camarram et exscriptores eius adhaesit ad n. 6106; in aere incidit Allegranza opusc. 1781 tab. IV n. 4. — YSID Cam.

II. PINNA VESTINORVM. (*Civita di Penne*)

Huius oppidi historiam scripsit nescio quo tempore *Trasmundus* quidam ex nobili gente Pinnensi, quae manu scripta apud heredes eius permansit. Inscriptiones inde excerpserunt Alexander Berti Muratorii causa, Allegranza, Antinorius, nuperrime denique Gentile, quorum etsi primus et quartus auctorem non indicant, tamen is ex comparatione satis apparet. Auctorem non bonum esse et complura dedisse a suspicione non aliena facile intelligent periti. Trasmundianas solas habuit *Muratorius* neque multa praeter Trasmundi exhibet sylloge *Antinoriana*. *Allegranza* et in nov. Flor. (1754 p. 390 sq.) et in opusculis (*opuscoli eruditi raccolti dal P. Isidoro Bianchi* Cremona 1781. 4. p. 246 sq.) inscriptiones Pinnenses edidit cum Trasmundianas tum quas ibi ex lapidibus ipse descripserat. Ex recentioribus *Gentile* (*quadro della città di Penne.* Nap. 1832. 8. pp. 180) novi nihil attulit; contra debeo et in hac parte quaedam *Udalrico Vallae* Interamnati. Ipse fui Pinnae lapidesque ibi adbuc prostantes examinavi.

6108 in agro pagi Brittoli prope Pinnam rep. in molendino Iacobi Silvestri, nunc in villa eius.

L· FVFICIVS· L· F
SVERRA
IERC· D· D· L
M

Henricus Ruggieri ex oppido Alanno misit Vallae, qui mecum communicavit.

6109 Pinnae.

PONTEDIVS· P· F· Q· COSANVS· Q· L
TIBERIVS· SER· MAG· GRADVS· D· S· F

Ex Trasmundo Mur. 482, 3 ab Al. Berti; Allegranza; Gentile. — 1 POTENDIVS Gent. — COSANVS· S· Q· L. Gent. — D· S· E All. Gent.; D· S· F vid. correctura Muratorii, sed necessaria.

6110 Pinnae in templo maximo.

D·N·CONSTANTINO·PIISSIMO
FELICISSIMO· VICTORI
SEMPER· AVGVSTO
C· AXENIVS· SEX· *f*· TRANQ
IIII·VIR·EX·S·C

Ex Trasmundo dederunt Mur. 261, 4 (ab Al. Berti); Allegranza; Gentile. — Vv. divisi ad Gentilem, etsi videtur arbitraria distinctio. — 1 CONSTANTINO All., CONSTANTI rel. — 2 FOEL- All. — 4 O· pro C· All. — AXENINVS Mur.; fuitne AXENVS, i. e. Axius? — F post SEX addidi ego. — 5 VIR· om. Gent.

6111 Pinnae. ...TIO· ET· PANSAE· COSS

E Trasmundo ded. Allegranza (inde Donat. 155, 2) et Gentile. Genuinam minime contendo; certe si est, scribendum COS.

6112 Pinnae in eccl. S. Pamphili *All.* nunc in curia.

C· ACVLENVS· Q· FOR
C· TEVCIDIVS· N· F· LIB
IIII· VIR
AQVAM· VENTINAM· EX· S· C
CLVDENDAM·CELLASQ·FONTIS
ET· VENTINAE· ET· VIRIVM
FACIENDAS· CONCAMERAND
CVRARVNT· PROBARVNT
DEDICARVNTQVE

Descripsi. Ed. Mur. 468, 4 (a Bertio et Antinorio); Allegranza; Gentile; Guattani mon. Sab. III p. 86.

6113 Pinnae in porticu seminarii *All.*; nunc in curia. Male Aquilae *Mur.*

CN· L· CN· F· L
QVIR· HELENO
VIXIT· ANN· XI·
CN· L· CN· F· QVR
HELENVS
IIII· VIR· AED· IIIIVR
I·D·FIL·L·D·D·D
QVINQ

Descripsi; ed. Mur. 715, 6 ab Antinorio; Allegranza l. c. (inde Donat. 254, 1); Gentile. — Exemplum quod extat recens est, sed videtur lapicida antiquum titulum expressisse. — 1 fuisse videtur CN· LVCIO· CN· FIL; Luciam gentem, quae est Pinnensis, cum descriptor non nosset, male notam praenominis posuit. — 4 scr. CN· LVCIVS. — 8 QVINQ in archetypo videtur fuisse post I· D; hic omissum suppletum est.

6114 Pinnae in curia.

D· M· S
C· N· LVCIO
C· N· FILIO
QVIR· VARIO
*FEST*IANO
*DEC*VRIONI
VIXIT· ANNIS
IIII· MENS· VI
CN· LVCIVS
*FA*VSTVS· PA
TER· TESTAME
NTO· FIERI· IVSSIT
P

Descripsi. Ed. Mur. 715, 7 a Bertio; Allegranza e Trasmundo (inde Donat. 256, 7); Gentile e lap. potius quam e Trasmundo. — Quae inclinatis exhibentur, in lapide restituto sunt manu recenti, sed ex apographo facto ante quam lapis frangeretur, fortasse Trasmundi. — 2. 3 scribe CN· pro C· N

6115 Pinnae in eccl. S. Pamphili.

........PEI.....
......SERC.....
....EGNATI.....
RVF· C..........
Q· LVCIO........
ALLECTO........

Ed. Allegranza l. c.

6116 cippus fractus Pinnae in aedibus prope eccl. S. Nicolai.

.....IVLVS....
.....R·DEC....
.....DECES. .
CENSVIT·E..
FACIENDO...
DEDERVNT...

Allegranza l. c. Gentile l. c. — 4. 5. 6 Gent. utrimque ruptos dedit, All. ab neutra parte.

6117 rep. 1837 *nel piano di Fellonico in tenimento di Nocciano, in una casa di campagna in contrada della Cesa.*

GAVENNIAE· T· F
IVLITTAE· VIX· AN· I
MES· XI· D· XXI
T· GAVENNIVS· MITRHES
SEV· AVG· FIL· ET· SIBI
ET· VIBIAE· TIGRIDI
VXORI
P
IN·F·P·XII·IN·HOR·R·III

Valla lett. al Kestner n. 6; idem ante miserat mihi exemplum minus emendatum, ubi legebatur 2 QVAE pro IVLITTAE, 4 MITRHS, 8. 9 deerant.

6118 in agro Vestino ad Castiglione della Pescara nuper rep. *All.*

D· M· S
MARIAE· C· L
ALBANAE
C· MARIO· C· L
FORTVNATO
C·MARIVS·C·L·FELIX
SEV· AVG
PARENTIBVS
PIENTISSIMIS
P

Allegranza l. c.; ex eo Donati 385, 3. — 6 FOELIX All.

6119 '*rinvenuta nel piano di Fellonico in tenimento di Nocciano*' *Valla*. Civitella-Casanova *Felzani*; cf. Bullett. 1836 p. 168. Non multum alterum ab altero differt.

D· M· S·
DATAE IVLIE
FILIAE NATA
RIGIONE
ADRVMETO
VIXIT ANNIS
LXX OPTIME SINE
VLLA MACVLA
HIC SEPVLTA
VERNA CONSERVE
BENEMERENTI
POSVIT

Felzani misit instituto archaeologico; edidit Valla litt. al Kestner n. 7. — 2 IVLIAE Valla. — 3 mallem FELICLAE vel aliud cognomen dominae. — 4 REGIONE Val.

6120 columna parva quae sustinet pilam aquae sanctae Pinnae in eccl. S. Comitii.

LVCIAE· M· L· ASIATIC

Allegranza l. c., qui err. typ. fortasse ATIATIC.

6121 in castello Castilenti, feudo marchionis de Carmignano *nov. Fior.* Pinnae *Ant.*

MEMORIAE
NOVIAE· EVTYCHIDI
FILIAE· PIENTISSIMAE
VIXIT· ANNIS· XIIII· MENS· X
DIEB· XVIIII· SICYONIVS
PATER· INFELICISSIMVS
ET· EVTYCHIA· MATER· POSVERVNT

Nov. Fior. 1755 p. 75 (inde Donat. 369, 4); inveni etiam in schedis Antinorianis. — 2 NOVIE Nov. — 5 DIEBVS Nov. — 6 PATE Ant. err. calami.

6122 Pinnae.

D·M·VISIVIAE·L·MAXIMAE·VIXIT·ANN·L
MENS· II· DIEBVS· XI· SENIIVS· NEPOS
ET· VISIVILIA· PATRICIA· FAIRI· P

E Trasmundo Mur. 1286, 1 ab Al. Berti; Allegranza (inde Donat. 415, 6); Gentile. — Mur. ex arbitrio videtur correxisse. — 1 VICTORIAE· L· L· MAXIMAE Mur.; malim VISTVLLIAE. — AN Gent. — 2 MEN Gent — SENNVS Mur.; malim .X· L· SENTIVS. — 3 VISIVIA Mur., scribo VISTVLLIA. — MATRI Mur.

6123 Pinnae.

Allegranza:

.....IMIGEN· M· VETTIVS· MARC.....
ADVMENVS· OMANVS
....
....
....
....FLAM· MARTIALIS· VERCVRIVS....
......VS.......MVS..........

Mur..

....
...PRIMIGEN· M· VETTIVS· MARC...
....ADVMENVS...OMANVS....
FLAM· MARTIALIS· VERCVRIVS....

Mur. 167, 8 ab Al. Berti; Allegranza; Gentile omnes ex eodem auctore, Trasmundo scilicet. — Gent. ut Allegranza, sed duos inde fecit titulos, recte fortasse, legitque 2 AVDVMENVS. — 3 FLAM videtur esse ex interpolatione orta ex cognomine Martialis; nisi tota ficta est.

6124 Pinnae in fonte Simonis extra portam Martis.

....
...CIDIAE· L· F· CONS...
....

Ex Trasmundi storia di Penne I p. 80 descripsit Antinorius in sched. suas; ex eodem Trasmundo habuisse videtur Gentilis, at ex lapide Allegranza. — ..CIDIAE· L· F· C... All., ..CIDIA· EL· F· CONS.. Ant., ..CIDIA· ET· F· CONSI.. Gent.

6125 Pinnae in puteo seminarii.

....
...OLA...
...MO...
....

Allegranza l. c.

III. HADRIA. *(Atri)*

Rarae quae adhuc innotuerunt inscriptiones Hadrianae praeter paucas singillatim sublectas omnes fere debentur uni *Nicolao Sorrichio* Hadriano, qui floruit saec. XVIII med. et cum alias patrias antiquitates studiose congessit tum inscriptionibus colligendis non subitariam operam navavit. Cuius cura editae sunt pleraeque in *Novellis Florentinis* diversis temporibus, unde transierunt in Donatum; pleniores vero hac editione et limatiores schedas Sorrichii deprehendi, quarum apud heredes Sorrichii conferendarum copiam mihi fecit vir elegantis ingenii et liberalis *Gabriel Cherubini*. Easdem antea imperfecte excussit *Romanellius* in topographia quibusdam inde prolatis. De fide Sorrichii etsi fortasse quis subdubitaverit lecta relatione eius apud Orlandum (*delle città d'Italia* Perugia 1772 t. II p. 278) de crypta Hadriana cuius forma referret nomen oppidi scriptum litteris Etruscis, tamen inscriptiones ab eo editae tantum abest ut eam suspicionem confirment ut meo quidem iudicio plane eum absolvant; neque enim in ipsum cadit quod ex codice *Rosatii* cuiusdam scripto c. a. 1636 unam n. 901* falsam, alteram n. 6138 interpolatam excepit. — Praeter Sorrichium unicus commemorandus est *Allegranza*, qui cum Pinnensibus item Hadrianas aliquot vulgavit. Ipse fui quidem Hadriae, sed vix ullos lapides hoc tempore extare ibi comperi.

6126 tab. aenea olim Hadriae in Aprutio *sched. Farnes.*, postea Romae apud Franc. Blanchinium *Bold.*

PRO · SALVTE ·
IMP · CAESARIS ·
M · AVRELI · SEVE
palma RI · ALEXANDRI
PII · FELICIS · AVG
IOVI · OPTIMO · MAXIMO · DOLICENO

Boldetti cimiterj Rom. 1720 p. 218; Mur. 9, 9 e sched. Farnes. et Boldetto.

6127 Hadriae.

M · C\
VI · IND\
AVG DEDICA|
AD H◇N◇RE|

Extat in ms. Sorrichii et nov. Fior. 1753, 76. Estne aetatis Romanae?

6128 sarcophagus Hadriae *nella Cavallerizza del Palazzo Ducale*, ubi nunc extare Hadriani mihi interroganti negaverunt.

C · CA · F · VE · VITALI · DEC · COL ·
HAD · ED · III · PREF · CAST · NOV · IIVIRO
CVRATORI · KAL · AVEIA · PAET · TERT · QQ ·
CVRAT · MVNER · PVBLIC · BIS · OPTIMO · ET ·
AMABILI SVIS VIRO · MARCIA · RVFINA
MARITO · ET C · APIVS · V · C · M · VITALIS · ET
VITALIS · ANPLIATVS · RVFINVS · FILI ·
ET · ERED · PATRI · PIENTISSIMO · B · M
FECE . . RVNT

Sorrichius, qui addit in schedis reperisse et descripsisse se praesente et adiuvante Chaupyo Gallo; ex schedis Sorrichii negligenter ed. Romanelli topogr. III, 314. — 1 post CA videtur aliquid deesse; VE potest esse VE*lina*, sed latet fortasse ME*cia* tribus Hadriae propria, cum in toto titulo pro AE scriptum sit E. — 2 ED · III fortasse est EDILI. — 3 PAET potest scriptum esse pro PREF; PRAEF Rom.

6129 Atri in aed. DD. Arlicci, qui repererunt 1842 in agro suo *Fontana Canale*.

C · MAMILIO
Ɔ · L · ANTHO · AVG
D · D · GRATIS
MAMILIA · Ɔ · L
GRATA · *f*

Ed. Valia lett. al Kestner n. 3. — 5 GRATAE Valia.

6130 Hadriae rep. in massa Iosephi Binni in loco dicto *Colle Giudeo*.

//V E N E R I V S
COL · L · FELIX
MAG · AVG · SIBI
ET · PLATORIÆ · APRVLLAE
CONIVGI · ET · SVIS
V · F
I N F · P · X X X
INAGR · P · LXXXV ·

Edidit Sorrichius Nov. Fior. 1758 p. 829, sed melius descripta extat in schedis eiusdem, unde edidit Romanelli topogr. III, 315. — 1 lacunae notam addidi ego. — 4 M · IVLIÆ pro APRVLLAE Nov. Fior.; APRVLIAE Rom.

6131 Hadriae in pariete exteriori eccl. PP. Praedicatorum ad S. Dominici.

D · M · S
L · A T A V O · S Y N T R O P H O
D · M · S
FILIO · DVLCISSIMO ·
QVI · VIX · ANN · III · M · IIII · D · VIII ·
L · ATAVVS · SYNTROPHVS · ET
P O M P O N I A · L I B E R A L I S
FEC ·

Descripsi. Extat in ms. Sorrichii et in nov. Fior 1753 p. 76, inde Donat. 353, 4.

6132 Hadriae *in una porta sotterranea delle case del Capitolo che confinano col palazzo vescovile.*

Q · EGNATIVS{

Extat in sched. Sorrichii et Nov. Fior 1758, 829. Quid Rosatus inde effecerit vide in falsis n. 901*.

6133 Hadriae nuper rep. (ait Sorrich.) in praedio *alla Piaggia* DD. Pretaroli, in quorum porticu extat.

F L A V I A E · L · F
TERTIAE
L · F L A V I V S · L · F
MAEC · VALENS
SORORI · P ·
IN · FR · P · XV · IN · AG · P · XV

E schedis Sorrichii, unde ed. Romanelli topografia III, 315 et Valia lett. al Kestner n. 2.

6134 basis alta palm. 5, larga p. 2 unc. 1. Hadriae rep. a pastoribus 1752 m. Augusto *nelle ripe della Piaggia.*

D · M · S
P · NAEVIO · PRIMITI
VO · PATRI · ET
P · NAEVIO · SEVERO
urc. FRATRI *pat.*
Q · CARDENVS · PRIS
CVS · ET · CARDENA
SATVRNINA
PARENTIBVS · B · M

Extat in schedis Sorrichii, inde Nov. Fior. 1753, 76 (ex his Donati 385, 9) et Romanelli topogr. III, 316.

6135 Hadriae in muro episcopii.

D · M · S
PARTHENOPE · FI
LIAE · DVLCISSI
MAE · FECER · PAR
T H E N O P H A E V S
ET · EVNOS · PA
RENT · VIX
ANN · VI · M
IIII · D · VIIII

Extat in schedis Sorrichii (inde Nov. Fior. 1753 p. 76, ex his Donati 371, 4) et Antinorii. — 5 THENOPHEVS Sorr. sched., THENOPAEVS Nov. — 6 EVNOIS Sorr. Nov.

6136 Hadriae *dentro una muraglia della casetta de' Mezzanotte, serve per ponervi la conca da bevere l'acqua.*

POMPONIAI II
PRISCAE
ET SIBI
SEX · VOTIENO
ETNICAE

Extat in schedis Sorrichii, inde Nov. Fior. 1762 p. 37, ex his Donati 412, 15. 413, 8. — 1 scr. T · F.

6137 Hadriae in aed. Contucci prope S. Clarae.

T · POMPO
NIVS T *f*
MAE RV
FVS SIBI
ET SVIS

E schedis Sorrichii, qui 2 TI pro T · F.

6138 Hadriae in muro hortorum Francisci Binni. — Apud *Gud.* locus non indicatur.

SEXTVS
PVBLICI
VS
SEX · F · MAE
SCRIBA
P V B L I C I A
SEX · L · CALLIPO
LIS

Extat ex schedis Stephanonii apud Gud. ms. 44, 4 ed. 137, 8, praeterea in schedis Sorrichii, unde transiit in Nov. Fior. 1753, 76 (inde Donat. 373, 9); idem Sorrichius misit Martorellio, qui edidit in theca calamaria p 245 (inde Donat. 323, 2). — 4 MAL edd. (unde malleatorem scribam inde extudit Martorellius), sed schedae Sorrichii recte MAE; Gud. M · NE, quod fere idem est. — Ex eodem lapide sumpta est inscriptio quam e ms. Rosatii (c. 1636) excerpsit Sorrichius (inde Nov. Fior. 1758, 829): P · PVBLICIVS · SEXTI · POMPEI · FILII · MAGNVS SCRIBA.

6139 Hadriae *nel ripiano della scala di Francesco Probi.*

cista *acus* *speculum* *soleae*

T E R M I N I A E
Q · F · S A B I N A E
B R I T T I A · S A B I N A
M A T E R · P · V I X · A · X X V I
Q V O D P A R · P A R E N T I · F A C E R E
F V E R A T · F I L I A M · M O R S I M M A T V
RA FECIT · VT · FACERET · MATER · FILIAE
IN · F · P · XV · IN · A · P · XV

Extat in schedis Sorrichii; edita est Nov. Fior. 1753, 76; Donati 375, 4 (e Nov.); d'Orville Sicula p. 596; Allegranza opuscoli p. 252; Romanelli topogr. III, 313. — 3 BRITIA d'Orv. — 4 Q · pro P · All. Rom. — AN · Rom. — 5 · 6 QVOD · PARENTI · FACERE · DEBVERAT · FILIA All · Rom.

6140 Hadriae rep. m. Ian. 1847

C · TETTI · C///
MENOC///
IN FRONT · I////
//?//

Misit Gabriel Cherubinius Hadriensis.

6141 Hadriae in pariete domus DD. Grue prope portam macelli, ubi fortasse adhuc extat sub calce latens.

ANTEROTI SVO · ET · C · VICIRIO · EPAFRO
DITO · FILIO · ET · CELERI · NEPOTI · VIVA · FECIT
QVID · TVA · COMMEMOREM · NIMIVM · CRVDELIS · INIQVA
FLETVS · ET · CASVS · QVID · FACIS · INMERITEIS
HIC · PVER · INFIRMEIS · ETIAM · NVNC · VIRIBVS · VT · QVOI
OCTAVOM · INGREDIENS · SIDERA · CONFICERENT
HOC · VIDVIS · MVNVS · MORS · INVIDA · FALLERE · COGIS
NEPTIS · VTI · FACERET · AEQVIVS · HOC · FVERAT

Schedae Sorrichii; Nov. Fior 1753 p. 87 (inde Donati 353, 3); Allegranza opuscoli p 252. – Supra vv. deesse addidi ego. — 1 DO ex sched Sorrichii; All. ANTERO.... OF....RIO · EPAPHRO, Nov ANTERO.....O · ET · C · VICIRIO · EPAFRO. — 4 IMM– Nov. — 7 VIDVIS · MVNVS, quod om Nov. in lac., dederunt Allegranza et schedae Sorrichii, sed in his rursus deletum IS et repositum ·EST ab eadem manu, ut factum sit VIDV · EST MVNVS. — 8 NEPTIS · VTI sched. Sorr. ex correctura; antea fuerat NIMIS · VT; All. NEIMIS · VT; om. in lacuna Nov. Fior.

6142 Hadriae rep. prope eremum Crucifixi in praedio Franciscanorum.

MPAI|
SA/

E sched. Sorrichii.

6143 Hadriae *serve per tavolino ai PP. Conventuali in un loro podere detto il Romitaggio del Crocefisso.*

|NIVS · M · F ·
|S P MATER

E schedis Sorrichii.

6144 Hadriae in praedio DD. Cherubini prope eremum Crucifixi.

INFR · P · XII
INAGR · P · XII

E sched. Sorrichii.

IV. INTERAMNA PRAETVTTIANORVM. *(Teramo)*

Acc. *Castrum novum (prope Giulia nuova).*

Interamna et ipsa dudum neglecta est neque in syllogis nisi duo eius tituli n. 6168. 6188 reperiuntur. Quae hic proferentur eorum debentur alia Antinorio, alia Delfico, alia Palmae, alia denique Vallae. Et *Antinorii* collectanea complectuntur quidem Interamnam neque tamen in hac parte multa sistunt. Longe plurima accepta referenda sunt *Iohanni Bernardino Delfico*, qui cum per multos annos agri Praetuttiani lapides in aedes suas congessisset, denique edidit quos ibi collegerat omnes (*dell' Interamnia Pretuzia* Nap. 1812. 4. pp. 151 et 34) non sine diligentia descriptos, ut tamen si quae effracta essent minime notaret, additis paucis titulis alibi a se descriptis vel exceptis ex codicibus ms. Mutii Muzj et Brunettii (v. p. 307), qui in Teramensibus uberior fuit quam in aliis partibus eum fuisse demonstrant excerpta Antinoriana. Horum codicum tamen duae inscriptiones n. 905*. 906* inter suspectas ablegandae fuerunt. — Nuper *Nicolaus Palma* praeter ea quae inseruit annalibus instituti Romani et ephemeridibus Teatinis (v. eius *sunto della storia di Teramo, Filologia Abruzzese* t. VII p. 129 sq.) edidit de Interamna quinque volumina (*storia ecclesiastica e civile della regione più settentrionale del regno di Napoli, detta dagli antichi Pretutium, ne' bassi tempi Aprutium, oggi città di Teramo e diocesi Aprutina* Teramo 1832 sq. 4. vol. I—V), quibus lapides quoque aliquot inediti continentur. — Denique *Udalricus Valla* Interamnas optimae spei adolescens, cuius multa in me et magna extant officia, operam dat gnavam et laudabilem ut colligat lapides Aprutinos quotquot extant, cuius operis prima stamina exhibet epistola eius ad Kestnerum scripta (*al Sig. Kestner lettera di Ulrico Valla Teramo* Apr. 1846. pp. 10. 4.), longe plura idem mecum communicavit, quae subinde commemoravimus. — Ceterum quod Castronovana iunxi cum Interamnatibus, feci ideo potissimum, quod Castro qui certe tribui possunt paucissimi lapides (n. 6152. 6154. 6197. 6203; cf. Hadrianum n. 6128) reperirentur, cum alios et plures fortasse inter titulos in museum Delficum undecumque congestos latere suspicarer. Ipse Terami fui quidem, sed videre non licuit Delficanam syllogen, quod doleo; Iuliam novam non adii.

6145 ara Interamnae in museo Delfici.

urc. SILVANO *pat.*
SACR

Delfico p. 113.

6146 Interamnae in museo Delfici.

T· ATTIVS T ATTIANVS
pes *pes*
EX VICTORIAE
SAC· MATR MAG· VESTINAR

Delfico p. 115. — Supra F videtur excidisse.

6147 Interamnae in museo Delfici.

ATTIAE FIL
MAXIMAE
SACERDOTI
AVGVSTAR
TI· CLAVD· VITALIS
VXORI· OPTIMAE
L· D· D· D

Delfico p. 116. — 1 praenomen I videtur excidisse.

6148 Interamnae rep. 1790 in regione S. Leonardi (ita Palma I, 46), nunc in museo Delfici.

T· STATIO· T· F· VEL
PRAETVTTIANO
PRAEFECTO· COH· II
BREVCORVM· TRIBV
COH· II· HISPANORVM
EQ· C· R
C· STATIVS· PRAETVTTIANVS
FRATER
L· D· D· D

Delfico p. 118.

6149 bis extat altero exemplo integro, altero fracto; antea affixa fuerunt parieti eccl. S. Pauli in Torricella prope Interamnam (Palma Filologia Abruzzese T. VII p. 129), nunc Terami sunt in museo Delfici.

Q· C· POPPAEEI· Q· F· PATRON
MVNICIPI· ET· COLONIAI
MVNICIPIBVS· COLONEIS· INCOLEIS
HOSPITIBVS· ADVENTORIBVS
LAVATIONEM· IN· PERPETVOM· DE
SVA· PECVNIA· DANT

Delfico p. 121. In altero exemplo desunt 1. 2. 3 et in 6 vocabulum primum. — Io Antonius Campano (*de urbis Interamnae seu Terami situ atque iucunditate ad cardinalem Papiensem* Rom. 1495) cum ita scripsit p. 64 (citat Corcia storia I, p. 19; ipse librum non vidi): '*quorum* (epigrammatum) *nonnulla indicant Teramum martialem fuisse coloniam ductam a T. Tattaieno*,' cogitavit fortasse de hoc vel simili titulo.

6150 olim ad Castellum de Torricella II p. a Teramo, deinde in museo Delfici. Litteras saeculo Augusteo posteriores esse iisdem verbis notant *Delf.* et *Ant.*

L·AGVSIVS· CN·F·L·N·MVSSVS
C· ARRENVS· T· F· RVFVS
OCTO· VIRI· ITERVM
BALNEAS· REFIC· D· C· S· C

Delfico p. 122, neque differunt schedae Antinorii qui ait se vidisse.

6151 Castello di Torricella II p. a Teramo in eccl. parochiali. Haec quoque pertinet ad balneas.

DIPIIIIVS· S*e*.DILIA· AEDICLAS

Antinorio exscripsit Delficus. Cf. n. 6212.

6152 litt. rudibus multisque nexibus implicatis quae Palmae videbantur indicare aetatem liberae reip., rep. 1828 in ruinis thermarum Castronovanarum, nunc Iuliae novae apud causidicum Livium de Dominicis.

PVBLICVM
INTERAMNITVM
VECTIGAL
BALNEARVM

Palma et Bull. dell' Inst. arch. 1833 p. 114 et Filologia Abruzz. T. VII p. 129 et storia I, 23. V, 204. — 4 BANEARVM Bull. err. typ.

6153 Terami.

ANLIVS
MALTINVS
PR

Antinorio exscripsit Tullius.

6154 '*nelle vicinanze di Castro nel già monastero di S. Salvatore a Bozzino al di là del fiume*' Palma.

M· PETVLCIVS· M·F
PR
L· SATRIVS· L· F
D· S· S· *f*· C

Palma storia I, 33, qui 2 ....PR, 5 D· S· S· E· C.

6155 Interamnae in museo Delfici.

M· VE......T· VS
AEDI......VA
PEDVI.......VR

Delfico p. 119. — Num leg. SVA PEQVNIA FAC CVR?

6156 Interamnae in museo Delfici; rep. *all' occidente del Fosso di Gesso.*

I IO
SPLEND
FERON
STATVAM
EANDEM C
NIVM· MAT
SET· ARREDI
EIVSD· FERO
HONORE· CC
VO POST

Delfico p. 114. — Accipiunt de titulo Feroniae a matronis posito, sed gens Feronia est Interamnas, v. n. 6181. 6183.

6157 Interamnae in hortis PP. Dominicanorum tempore *Brunettii* (ita *Palma* I, 54), deinde in museo Delfici.

*cu*IVS· DEDICA*t*· EPVL
*si*NG· DEC· HS· XX· N· SE
*vi*R· ET· AVG· HS· X N· PLE
*be*I· HS· IIII· N· DEDIT

Delfico p. 117. — 1 DEDIC· AI· Delf.

6158 Interamnae in museo Delfici.

PRAETVI
SABINVS
II

Delfico p. 119. Palma I, 46.

6159 fr. Interamnae ad portam Romanam.

SEXVIR
ATITRIA

Delfico p. 119.

6160 Interamnae.

P· SALVIO· *p*· *l*
SECVNDO· AVG
CAESIA· COENE· MER
ET· SIBI· POSTERIS
QVE· EIVS
IN·F·P·XXV·IN·A·P·X

Delfico p. 139. — 1 SALV..ORI Delf.

6161 Interamnae in museo Delfici.

T· LICINIVS· T· L· DEM
V· VIR

Delfico p. 135.

6162 Interamnae in museo Delfici.

T· L· ELEVTHE
T· L· PAMPHILVS· RVC
V· VIR
LICINIA· T· L· ELEVTHERIS

Delfico p. 133. Fracturae notam addidi.

6163 Podio S. Victorini in agro Interamnate *Ant.*, deinde in museo Delfici.

LENVS C·L·E
QVINQ VIR

Delfico p. 120 et sched. Antinorii. — LENVS Delf., —LENVS Ant.; lacunas non notat Delf.

6164 Interamnae in porta aed. Horatii Forli tempore *Mutii*, in aed. Casp. Bernardini tempore *Brunettii*, nunc in museo Delfici ubi iam vidit *Torcia*.

COLLEGIO
CENTONARIORVM
INTERAMNITIVM
PRAETVTIANORVM

IN FRONT·P·XXX AGRO·P·XL

Torcia itin. Peligno p. 77; Delfico p. 125; Palma Filol. Abr. VII, 129, storia I, 16. — 2 INTERAMNE*nsium* Torc., INTERAMNATIVM Palma Fil. — 5 IN· FRONTE· P· XXX *in a*GRO (rel. om.) Torc.

6165 Interamnae rep. prope villam Nepezzano (Palma I, 51), nunc in museo Delfici.

ITER· PRIVAT
FVNDI
NEPOTIANI

Delfico p. 124.

6166 *in Fichieri villa di Campli.*

AIEDIA· L· F· TERTIA
SIBI· ET
L· AIEDIO· M· F· PATRI
NOVERNIAE· T· F· MATRI

Delfico p. 150.

6167 Campli in episcopio.

SEX· ALBA
NIVS·C·F
MAXVM

Delfico p. 150.

6168 Interamnae in aed. Valerii Mezzucelli.

L· AMPIVS· L· F· SEVERVS· SIBI· ET
L· AMPIO· L· F· PATRI
PVBLICIAE· SEX· F·PAVLLAE·MATRI
TESTAMENTO· FIERI· IVSSIT
ARBITRATV· EROTIS· L

Malvasia marm. Fels. p. 362. 430; Fabrett. 750, 567 e sched. Vatic.; Delfico p. 131. — 1 L· L· Delf. — 5 CROTIS Malv.

6169 Interamnae in museo Delfici.

P· ARRVNTIVS
P· L· NYNPHAEVS
SIBI· ET· P· ARRVNTIO
NIMPHIO· PATRI· ET
ALBIAE· TESPIADI
MATRI· ET· Q· FVLVIO
Q· L· ASCANIO· ET
ARRVNTIAE· PYRALLIDI
ET· C· ATTIO· SAPINO· ET
C· POMPONENO· TESPIO
ET· SVIS· POSTERISQ· EOR
IN·FRO·P·XXXX·IN·A·P·XXXX

Delfico p. 138. Vidit etiam Valla. — 8 PYRANDI Delf. Val. — 12 Valla ita refert: IN· FRO· P· XIIX ‖ IN..........

6170 in castello Miano ad Vomanum IV p. a Teramo.

Q· ARTORIVS· Q· F· V........

Delfico p. 149 e Brunettio.

6171 Interamnae.

C· AVFIDENVS
C· L· PHILARGVRV
AVFIDENA· Ↄ· L
EROTIS

Delfico p. 147 e Mutio. Vidit etiam Valla.

6172 Interamnae in eccl. cath. *fuori il deposito del S. Protettore.*

A· CAESELLIVS· N
VEL

Delfico p. 141.

6173 prope Interamnam rep. 1832 in loco dicto *Contra*, in agro Francisci Gaspari, nunc in museo Delfici.

c· CAESIVS *c f*
VEL· TVBICE*n*
*e*X· TESTAMENT*o*
FIERI· IVSSIT· AR*bitratu*
C· CAESI· C· L· H.....
C· CAESIVS· C· L· HI...
C........HO......

Palma Bull. dell' Inst. 1832 p. 209, idem storia I, p. 49. V, p. 130; descripsit etiam Valla. — 3 EX· TESTAMENTO Palma. — 4 IVSIT Val. — ARBITRATV Palm. — 5 in., non in *f*. fractum dedit Palma. — H om. Palma. — 6 HI om. Palma.

6174 urna Interamnae in museo Delfici.

C· CARFINIVS· C· F
Q· N· VEL· CAPIT

Delfico p. 136.

6175 Interamnae in museo Delfici.

OSSA
COELIAE· PYRALLIDIS

Delfico p. 128.

6176 Interamnae in museo Delfici.

D· M· S
CORNELIAE
SVLPICIANAE
MATRI· PIEN
TISSIMAE
FLAVIA· PR*is*
CILLA· FIL*ia*

Delfico p. 136 qui lacunas non signavit.

6177 D p. ab Interamna in via Montoriana.

L· CVSPEDIVS· SE
GRANEA

Delfico p. 141. — Leg. SE*x* vel SE*r f*.

6178 Poggio Umbricchio in eccl. parochiali.

SEX· EGNATIVS· T·F
TESTAMENTO· FIERI
IVSSIT· ARBITRATV
MAXVM*a*E
CARSEDIAE· T· F

Delfico p. 140. — 4 MAXVMEE Delf.

6179 Interamnae in museo Delfici.

IN· AG· P· XVI
EGNATIVS· L· L
CEMELLVS
VIVIT
SALVIAE· L

Delfico p. 135.

6180 protome egregii operis una cum duabus alteris rep. prope Interamnam in ruinis balnearum.

FABIAE· C· F
FORTVNATAE
SEPTIMINAE

Delfico p. 81. Palma I, 27. — 1 A· F· Palma.

6181 Interamnae in museo Delfici.

P· FADE........RVS·SIBI·ET
FAD........E· PATRON
FA........AE· MATRI
FERO........AE· VXOR
SP· *fad*........EROTE· L

Delfico p. 139. — 5 EAD Delf.

6182 Interamnae.

DIS· M
P· FADIVS
P· F· VEL· GRA
TVS· INTER
SIBI· ET· VETTIAE
SEVERAE· CON
IVGI· PIENTISSI
MAE· POSTERISQVE
SVIS·L·L·QVI·DE·NO
MINE· ERVNT
IN· AGRO· P· XXXX
IN· FRON· P· XXXX

Delfico p. 126.

6183 rep. prope *Collicelli*, qui est pagus oppidi Campli, in aedibus Carulle.

L· FERONIO· L· L· SALVIO
Q· VEIDIO· Q· L· PHILOSITO

Palma storia I, p. 35.

6184 Interamnae in museo Delfici.

D· M· S
P· FRVCTVOSO
NATVS· IN· PRO
VINCIA· AFRI
CA· COL· TAPSI
VIXIT· ANN· III

Delfico p. 130. — 6 'sic, non LII' Delf.

6185 Interamnae in museo Delfici.

C· LICINIVS· C· F
VEL· MANCIA

Delfico p. 133.

6186 Interamnae prope eccl. S. Dominici *Brunetti*, postea in museo Delfici.

..LVSIVS· L· L· ERO
VITORIA· P· L
SYSTASIVM
HILARA

Delfico p. 132; sched. Antinor. ex Brunetti marm. Apr. — 1 LVSIVS Delf., ...VSIVS Ant.

6187 Interamnae.

MARCIAE
TER...
ARBI....

Delfico p. 149 e Brunettio.

6188 Interamnae in museo Delfici.

ascia e cazzuola Delf.
D· M· S·
C· PETISEDIO
SVCCESSO· A
PISIA· CAPRIO
LA· MARITO
Q·V·AN·XXV·M·V
B·M·ET·PETISEDI
CAPRIOLVS· ET
SVCESSVS· FIL·
P

Mur. 1386, 4 a Passioneo; Delfico p. 127; sched. Antinorii. — 6 Q· V· AN Mur., C· Q· AN Delf. Ant. — XXIV Mur. — 9 SVCESSVS Ant. add. *sic*, SVCCESSVS Mur. Delf. — FIL Mur.

6189 Interamnae.

PETRONIA
P· L· PRIMA
PETRONIA
SPECTATA
ET
ET

Delfico p. 148 e Brunettio.

6190 Interamnae in museo Delfici.

POLYBIVS
AVGVST
TABVLARIVS

Delfico p. 137.

6191 Interamnae.

POMPONIAE· L· L
HILARAE

Delfico p. 148 e Mutio et Brunettio.

6192 Interamnae.

POMPONIAE· L· L

Delfico p. 148 e Brunettio.

6193 Interamnae in museo Delfici.

M· PVBLICIO· PH
ET· CORR
PHILOXENVS· T
TESTAM
LEGATA

Valla lettera al Kestner n. 1.

6194 Interamnae in museo Delfici.

C· RVFRIVS· T· F
CLA
VTIACA · P · F
VXSOR

Delfico p. 135.

6195 Interamnae in museo Delfici.

SECVϘNDVS
VERGILIAE
AVCTAE· SER
V· A· XXII

Delfico p. 131.

6196 Interamnae in museo Delfici.

L· SENTIVS· L· L
MICO· PATER
L· SENTIO· L· L
FAVSTO· FILIO
ACVSIA· T· L
TYRANNIS· MATER
L·ACVSIVS·L·L·PHILOLOGVS

Delfico p. 134.

6197 rep. prope Castrum, extat in suburbano Palmae.

L· SEPTIMIVS
PRAECO

Palma storia I, p. 33.

6198 Interamnae in museo Delfici.

D· M
TORQVATAE· FIL
Q· V· A· I· M· X
D· VII
B· M· F
CRESCES
PATER

Delfico p. 128.

duo fr. in castello Frondarolae prope Interamnam.

6199 C· TVLLIVS· C· L
LICINIA

6200 C· TVLLIVS· C· L
C· TVLLIVS· C· L

Delfico p. 142.

6201 Interamnae in museo Delfici.

GN· VARENVS· L· F
VEL
RVTILA · BRVTSENA
VXOR· C· F

Delfico p. 132.

6202 Interamnae in aed. canonici Iohannis Loreto Fabrizj.

C· VETTIO· C· F· VEL· LOETO· F· VITELLIAE
C· F· TERTIAE· MATRI· TESTAMENTO
VITELLIAE· C· F· TERTIAE· ROGATA
VALLIA · P·F· PROCLA· F· C

Delfico p. 146 e Brunettio p. 18. — 1 VELLIETO Delf.

6203 Iuliae novae in monasterio antiquo Caelestinorum.

L· VETTIVS · L· L
MENOPHILVS
L·VETTIVS·L·L·CRINVS
VETTIA · L· L· GE
VETTIA· L· L· HILARA
IN· AGR· P· XVI
IN· FR· P· XVIII

Delfico p. 143; extat praeterea corrupta et imperfecta inter Antinoriana. — 3 L· VETTI. .ICPINV. . Ant. — 4 Delf. puncta ponit post GE; Ant. VETTIA· IIC· LI. . . .

6204 Interamnae in mus. Delfici.

P· VIBIVS · T· L
PHILOTIMVS
CONSO

Delfico p. 124. '*Forse una lapida per confini di terra; coxso denota negli Agrimensori i fini convessi e nella parte della iscrizione la lapida è convessa, quasi volesse e colla figura e colla parola dinotare la qualità del terreno.*'

6205 Interamnae in museo Delfici.

L· VIFIVS· C· F
OCELLA

Delfico p. 137.

6206 Interamnae.

VLPIO· SEP
IVLIO· FELICIAN
O· PVERO· INNO
CENTISSIMO
QVI· VIXIT· AN
. . . . M· V. . . .

Delfico p. 147 e Brunetto. — 2 fort. corr. SEPTIMIO· pro SEP· IVLIO.

6207 in castello Miano ad Vomanum IV p. a Teramo in aed. Bucciarelli.

VOLIA· L· F
MAXVMA

Delfico p. 149 e Brunettio.

6208 prope Montorium in S. M. a Brecciano.

grATVS· QVI· FVERAT· DOMINIS· LIBERQ· PATRONIS
CONCIDIT· ET· LAPIDE· HOC· OSSA· TEGENDA· DEDIT

Delfico p. 141.

6209 in pago ab Interamna II p. distanti *Colle Atterrato ad alto* in eccl. diruta Seminarii.

C· FIVST
C· CAMERIO
C· CAMERIO
NA LVDINII· CCIIII

Delfico p. 120. Palma I, 49. — 4 in fine Palma addit NA.

6210 in pago Colle Atterrato in praedio Camponeschi.

VEL· BASSVS

Delfico p. 141.

fragm. Prope Interamnam ad villam V. Portae.

6211 . . . CIO· QI//
. . . EL
ATER

6212 OPHILVS· P

6213 IFR· P· XIIII

Descripsit Valla. Alterum est fortasse n. 6151 pars prior.

6214 Interamnae.

CL· AMELAEVNTIO
NVMISIA
BEN· M· PATRON

Delfico p. 146 e Muzio.

6215 Interamnae in museo Delfici.

PRIMO
CIO
ARIORVM

Delfico p. 117.

6216 prope Campli in pavimento eccl. S. Petri de Campo Gualano.

M· CVM· Q//O· VIXI
VNIVIRIA

Vidit Antinorius.

6217 prope Interamnam in praedio Andreae Mezzucelli in casula rustica ad viam Montorii.

REDIVS
APELLES
ELIVS· L· L
DIA·L·L·PHI

Delfico p. 140. Descripsit etiam Valla unde addidi duas extremas litteras.

6218 Interamnae in museo Delfici.

NIC· BASSI
A///////
ANNIS· L· M
SERVILIVS
PATRI· BENE

Delfico p. 129.

6219 Interamnae in museo Delfici.

. . . .
VS· C· F· SILV. . .
AENEAS· RF. . .
. . . .

Delfico p. 122.

6220 Teramo prope S. M. de Cona Indiachi.

PHILTAE
V·A·XX

Antinorio exscr. Alexander Tullius

V. TRVENTVM. *(ad ostia Tronti fl.)*

Truentum sive Castrum Truentinum (errant enim qui alterum ab altero diversum reputant) situm fuit secundum accuratam Palmae investigationem in dextra Truenti fl. ripa ad alveum eius antiquum in loco a mari paullo distante. Cuius ager in utramque ripam videtur pervenisse neque stetisse intra fines regni Neapolitani. Omnino recte de huius oppidi titulis exponi non potest nisi adsumptis Cupranis et Asculanis, quare si quae erravi excuset me qui legit. Equidem composui hoc capite titulos inventos inter Libratam et Trontum fluvios, adiectis quibusdam titulis sive in sinistra Tronti ripa sive Asculi repertis, quos ad Truentum pertinuisse vel constaret vel coniici posset. — *Nemesii Riccii* librum de agro inter Salinellam et Libratam interiecto quem Palmensem credit (*le antichità dell' agro Palmense* Teramo 1844. 8. pp. 48) non vidi, cum excerpta inde accuratissime facta *Bullettino Napoletano* vol. III p. 63 sq. 106 sq. satis mihi fecissent.

6221 Pinnae *Trasmundum qui sequuntur;* Nereti in aedibus pharmaceutae *Antin.* Iam cum Pinna translatam esse Neretnm (videtur intelligendum esse oppidum prope fl. Truentum, non villa eius nominis prope Teramum) vix credi possit, magis est ut Trasmundum Pinnensem auctorem retulisse titulum sine loci indicatione, Trasmundi exscriptores male habuisse pro Pinnensi statuamus.

......*AI*.............
CASSIAE CIMINA*E*.....
GEM· FELICIS· PRA*L*.......
MILIT· *COS*
M· SOLLIVS· AT*TICVS*
FRATRI· PI*ISSIMO*

Huius tituli habemus duo exempla, alterum pessime descriptum confusis versibus, sed plenius Trasmundi, unde habuerunt Mur. 804, 1 (ab Al. Berti), Allegranza (inde Donati 288, 14), Gentile; alterum minus plenum Antinorio exhibitum ab Alexandro Tullj Interamnate, a me repertum Savignani in bibl. publica in litteris quas Antinorius dedit ad Amadutium 12 Iul. 1774. Illud est: A· CASSIAE· CIMINAE· (A· CASSIO· LEG· Mur. ex interpolatione, CIMINE Gent.) GEM· FELICIS· PRAL· (PRAEF· Mur.) MILIT· COS· M· (M· om. All.) SOLLIVS· ATTICVS· FRATRI· PIISSIMO. Sequor Antinorium, nisi quod in fine vv. litteras aliquot e Trasmundo addidi inclinatas. — 3 PR*I* ... Ant.

6222 Asculi in aed. Vincentii Cataldi. Quod ait Corcia I, 13, Mozzettium credo secutus, titulum rep. esse prope Colonnellam, id est ibi ubi fuit castrum Truentum, coniectura est eaque minime apta.

DIVS· M· F· MALLEN
TR· MIL · VEL· CEN
CASTRO· TRVEN
I· FILEIS· VIVA· FE

Descripsi. Ed. Mur. 788, 2 ab Antinorio male; 1090, 2 ab Henrico Henriquez melius; Colucci antich. Ascolane (Fermo 1792. 4.) p. 138.

6223 Nereti.

Q· EPPIVS· P· F
MAI
SEX· VIR

Ricci agro Palm. Bull. Nap. III p. 109

6224 Asculi in S. Hilarii prope eccl. S. Emidii *delle grotte.*

dextras iungunt
vir et uxor
MVLIER· TRVENTINA
Q·PETRONIVS·Q·F·RVFVS
SEXVIR SCR· QVINQ·
COMINIA· QVARTA
C· TAMPIVS· CLIENS

Lazzari *Ascoli in prospettiva* p. 137 q. n. v.; Olivieri marm. Pis. p. 72 qui descripsit ipse; Mur. 730, 2 ex Oliviero; ex Mur. Colucci Ascoli p. 149 qui negat se vidisse; Lupi dissertazioni e lettere (Arezzo 1753) p. 90. — 1 ....MV.....RENTINA Lupi. — 2 RVIVS Lupi. — 3 SF..VIR· SCR· QVIN Lupi. — 4 om. Lupi.

6225 prope Monte Prandone in sinistra ripa Truenti.

C· MARCILIVS
EROS· PVRPVRAT
V· VIR· TRVENTI

Palma V, 199 (reperit de Paulis), qui 2 emendat PVRPVRAR.

6226 in S. Omèro *nella ch. di S. Tommaso di Aquino oggi di S. M. di Loreto.*

AVILLIA· Q· L
HILARA
AVILLIA· Q· L
APPIA· PATR
CALLISTA· MATER
IN· FR· P·XII·A·XII

Delfico p. 144.

6227 rep. 1816 M p. a Monte Prandone extra regni terminos in fundo Sciarrarum, apud quos nunc extat Aquavivae, qui est pagus regni III p. a Truento fl.

T· BVXVRIVS· T· F
TRVENTINES· QVIE
COINOM· TRACALIO
ARTE·TECTA·SALVE

Vicioni Ripatransone sorta dalle rovine di castello Etrusco (Fermo 1828. 8.) p. 203 (inde Palma I, 21); correxit de Paulis apud Palmam V, 199. — 3 COINOMN· TRACAEC Vicioni. — Fides sit penes auctores; equidem nihil omnino intelligo in hoc prodigio.

6228 in S. Omèro *nella casa della Prepositura.*

L· MODIANVS· L· L
HERA
NEVIA· P· L
CRYSARIVM

Delfico p. 144.

6229 prope Interamnam in pago S. Omèri in eccl. campestri S. M. a Vico.

CN· SEPTVMIO
CLYCONI
CN· SEPTVMIVS· CN· L
ACATO· LIBERT· PATRONO· ET· SIBI· FECIT

Delfico p. 143.

6230 Nereti in provincia Interamnate in aed. tinctoris Simonis Sorge; rep. 1813 fortasse in ruinis antiqui oppidi pagive ad dextram ripam fl. Libratae prope eccl. *S. M. a Vico.*

TERTIA· TVRPEDIA
EX· TESTAMENTO
L· BETVI· C· F· FAB
FILI

Palma I, 36. Habui etiam ab amico Valìa. — 3 CE· pro C· F· Val.

6231 in agro Palmensi (i. e. apud Riccium inter Salinellum et Libratam fluvios) prope viam Salariam in villa DD. Riccitelli.

Q· VMBRICIVS· Q· F

Ricci agro Palm. Bull. Nap. III p. 108.

6232 ante ianuam monast. S. M. de Mojulano prope opp. Corropoli non longe a Truento.

ONVMENT

Vidit Antinorius.

PARS NONA.

VIAE PVBLICAE POPVLI ROMANI.

Inscriptiones quae pertinent ad vias publicas populi Romani cum cippos miliarios tum pontium similiumve operum titulos hac parte composui, cum ad ordinem municipalem redigi neque debuerint neque facile potuerint, exclusis tamen viis vicinalibus, quarum muniendarum cura pertinebat ad municipia. *Sunt viae publicae,* Siculus Flaccus inquit p. 146 L., *quae publice muniuntur et auctorum nomina obtinent; nam et curatores accipiunt, et per redemptores muniuntur, et in quarundam tutelam a possessoribus per tempora summa certa exigitur. Vicinales autem, de publicis quae devertuntur in agros et saepe ipsae ad alteras publicas perveniunt, aliter muniuntur, per pagos, id est magistros pagorum, qui operas a possessoribus ad eas tuendas exigere soliti sunt.* Viae publicae, quibus publico populi Romani sumptu muniendis Augustus praefecit curatores plerumque (v. n. 4336) praetorios (qua de re praeclare ut solet disputavit Borghesius in Burbuleio p. 28 sq.), huius partis Italiae fuerunt Appia Capuam (I), Latina Casilinum et Aeserniam (II), Tiburtina cum Valeria Marruvium Marsorum (III), Salaria Truentum (V) et Interamnam (VI). Viis longius ab urbe remotis, quales fuerunt Appia Benevento Tarentum (XII), fortasse etiam Capua Beneventum (XI), item via quae ab auctore Popillio nomen videtur traxisse Capua Regium (IX), quamquam publicae fuerunt et ipsae eaedemque vetustissimae, tamen eiusmodi curatorem nullum obtigisse constat cum ex lapidum silentio, qui huius tractus illarum quattuor viarum curatores senatorii ordinis solos noverunt, tum ex verbis Dionis (54. 3) Augusti institutum pertinuisse ad vias tantum suburbanas (περὶ τὴν Ῥώμην). Muniebantur quidem publice, si quando reficiendas esse imperatori constitisset; neque tamen aerario publico nisi extra ordinem sumptus faciente, sed ita ut possessores iuxta viam degentes, sive *viarii vicanive* legis agrariae v. 11. 12, conferrent vectigal quod sibi impositum in via nova aperienda ordinariumque agnoscere deberent (vide praeter Siculum n. 6280. 6287 et quae dixi Bull. 1847 p. 175). — Vicinalium autem impensae municipiis iniungebantur. Ita cum imp. Antoninus Pius per Umbriam et Picenum vias muniri iussisset, Tuficani legatione Romam missa impetraverunt vectigal viae silice stratae, quo facto res publica eorum urbicis impendiis relevata est (Bull. 1845 p. 132); scilicet hoc consecuti sunt ut via ex vicinali publica fieret neque Tuficani aerarii, sed proximorum possessorum sumptibus deinceps reficienda esset. De viarum, quae curatorem non acceperunt ab Augusto, cura videndum est, quid placuerit in singulis. Traiana (XIII) curatorem accepit ad exemplum viarum suburbanarum praetorium, qualis fuit Q. Pompeius Falco (Borghesi Burb. p. 24); contra Claudia nova (VI) viocuros equestris ordinis (n. 6039. 6040), item fortasse Sorana (III extr.; n. 4497), quos et ipsos Romae factos esse cum modo citatus *viocurus ex s. c. et d, d.,* tum docet similis *curator viarum et pontium Umbriae et Piceni allectus ab imperatore* (Orell. 3176. Bull. 1845 p. 131. 132). De Claudia Valeria (IV), Domitiana (VIII, 1), Herculia (XIV) non constat qua ratione munitae sint neque magis de Samnitica (VII), de reliquis Neapolitanis (VIII, 2. 3), de Regina (X), quarum plurimas omnino proprio curatore caruisse, sed tamen omnes publicas potius quam vicinales fuisse mihi persuasi. — Ad rationem quam in hac parte ordinanda secutus sum recte intelligendam sciant velim qui legunt ad Diocletianum usque cippis miliariis eundem titulum inscriptum esse ea aequabilitate ut ne in versuum quidem dispositione alter ab altero quidquam discederet et numero solo differrent. Quare plerumque commodum visum est altero ordine titulos exhibere ad diversa quae supersunt exempla exactos, altero numeros locorumque indicationes itinerario inserere; sic enim et legentium utilitati optime consultum esse videbatur et brevitati. Itinerariorum quae ad rem facere videbantur composui et adscripsi, item geographus Ravennas quae ex orbe picto exscripsit; de quo qui plura quaeret, in actis Lipsiensibus (*Berichte der sächs. Ges. der Wissenschaften* 1851 p. 80 — 117) hanc cosmographiae partem reperiet in antiquam, quantum fieri potuit, formam restitutam et commentariis illustratam.

I. APPIA. *Roma Capuam.*

6233 in lapide miliario CXII.

C M . . . . . ,'/,//
D/////. //'COS
CXII

Descripsi.

6234 in miliariis LXXXV. CXII

IMP· NERVA
CAESAR· AVG
PONTIFEX · MAXIMVS
TRIBVNICIAE POTESTATIS
COS· $\overline{III}$ p. Chr. 97
PATER · PATRIAE
FACIENDAM CVRAVIT
CXII

n. LXXXV sic refertur:

CAESAR AVG
PONTIFEX · MAXIM
TRIBVN· POTEST
CONS
PATER· PATRIA....
FAC....
LXXXV

Stephanonius apud Don. II, 94 et Gud. ms. 674, 3, ed. 83, 10. — 3 TRIBVNITIA· POTESTATE, 4 CONSOL, 5 PATRIAE, 7 LXXXV... Gud.

IMP
CAESAR· AVG
PONTIFEX · MAXIMVS
TRIBVNICIAE · POTESTATIS
...PATER · PATRIAE
FACIENDAM· CVRAVIT
LXXXV

Mur. 2005, 2 a Como.

IMP· VESPASIANVS
CAES· AVG
PONTIFEX · MAXIMVS
TRIBVNICIAE · POTESTAT
COS $\overline{III}$
PATER· PATRIAE
FACIENDVM· CVRAVIT
LXXXV

Grut. 1019, 7 a Wouwerio addita in 2 ed. v. I. Sirmondi; 1078, 4 a Cittadino, quod eiusdem columnae idem exemplum sit necesse est, cum similem interpolationem ostendat. — 3 PONT·MAXI, 4 POTEST, 7 FACIEND Sirm.; 4 POTEsTATIS, 8 LXXXVI Citt. — Gruterum exscripsit Pratilli p. 138.

n. CXII descripsi ex eadem musei Borb. columna, cui ex altera parte inscripta est n. 6233. Eam ipsam ex museo Neapolitano Andreinii Florentini sic edidit Henninius in notis ad Bergier. de viis Graev. thes. X a. 1699 p. 687 (unde immutatam repetivit Pratilli p. 21, ex hoc Donat. 209, 3):

IMPERATORI · INVICTO
CAES· AVGVSTO
PONTIFICI · MAXIMO
TRIBVNITIA· POTESTATE
T T...............
....
....
CXI

ubi temere corrigit Pratillius CVI pro CXI. Eandem esse ideo praesertim credo, quod hanc Neapolim delatam esse constat, unde cum reliqui Andreini lapides ad Gorium deveherentur Florentiam, propter molem ibi videtur remansisse.

Ceterum extra regnum Neapolitanum complura similia exempla reperta sunt, ut I Grut. 154, 5; VII Fabrett. 414, 363; XLII Chaupy III, p. 390; XLV id. p. 448 (cf. Pratilli p. 23), quorum unum potius quam Valeriae cippum (cf. n. 6254) esse puto titulum extantem olim prope Casertam in vinea card. Sanctorii (qui museum lapidarium non tam Capuae quam Romae videtur sibi comparavisse) relatumque apud Mur. 2007, 6 (e schedis Mazae Como misit), quamquam columnam esse non dixit:

6235

IMP · NERVA · CAESAR
AVGVSTVS · PONTIF
MAXIMVS · TRIBVNI
POTESTATE· COS·$\overline{III}$· PA
TER · PATRIAE · FECIT

6236 in miliario LXXI.

IIII
IMP · CAESAR
M · AVRELIVS · ANTONINVS
INVICTVS · PIVS · FELIX · *AVG*
PART · MAX· BRIT· MAX· GERM
MAX· PONT· MAX· *TRIB POTESt*
XVIIII· IMP·III·COS·IIII·PROC*OS* p. Chr. 216
VIAM· ANTE· HAC· LAPIDE *i*AM
INVTILITER· STRATAM· ET
CORRVPTAM · SILICE · NOVO
QVO · FIRMIOR· COMMEANTIBVS
ESSET· PER· *MILIA· pas*
SVM· XXI· SVA· PECVNIA· FECIT
LXXI

Gud. ms. 237, 1, ed. 71, 1 auctore non indicato neque in volumine Ligorianarum, sequitur tamen statim Ligoriana n. 937*; eodem exemplo paullo magis corrupto Mur. 458, 1 e Ligorio (unde pendent Pratilli p. 25 e Ligorio; Donat. 216, 7 e Pratillio); Notarjanni p. 215 αὐτόπτης, qui addit pessime hanc proferri a Ligorio. — Vv. divisi ad Notarjannium. — Quae Ligorius habet et desunt apud Not., expressi inclinatis. — Post 1 inserunt BONO· REIP· NATO Gud. Mur. qui ex altero titulo miliario ea verba adhaesisse recte suspicatur. — 2 CAES· Mur. — 5 PONT· pro PART Mur. — GER Mur. — 6 PON Not. — 7 XVIIII Gud. ms. Mur., XVIII Not.; utrumque stare potest. — 8. 9 LAPILLEAM· VTILITER Gud. Mur., LAPIDEAM· INVTILITER Not. — 11 CONMEANTIBVS Gud. — 12 MILIAR Gud. Mur. pro MILIA· *Pas.* — Quanquam auctores quibus debetur titulus fide non sunt digni (Gudii enim auctor cum videtur esse idem Ligorius a quo habuit Mur., tum Notarjannio minime fidendum esse supra p. 219 vidimus), tamen titulus qui commode procedit (*invictus* enim Caracalla interdum dicitur: Orell. 932. Eckhel VII, 179) minime fingi potuit ab imperitissimo Ligorio.

6237 in miliario LXXXXII.

M
IMP ∽ DN ∽
MAXENTI
*i*NVICTI
PERPETVI
*se*MPER
AVG
LXXXXII

Descripsi, sed male legi 6 IMPER pro SEMPER vel potius lectionem IMP, quam repereram in Ant. Cic., imperfecte emendavi. Ed. Ant. Cic. p. 14. p. 32 n. 27.

Similis titulus extat in quarto Appiae lapide Marini Atti I p. LXXXVI. Orell. 4066.

in miliario incerto Formiano.

6239

DDI
FFE
ÆR
HO
FE
SEMI

in muro latet duarum harum inscriptionum reliqua pars.

6238

OSTRO
LERIO
///PIO

Descripsi. Prior videtur esse Constantini, altera Arcadii et Honorii.

6240 Fundis in basi columnae.

C· A· P
TITVS CLAV
PONT.....
....M....
...XXI...

Notarjanni p. 210. Neque miliariam esse neque genuinam affirmo

ITINERARIVM.

Roma Tarracinam — *M. P. LXI*

Tarracina Fundos — *M. P. XIII* — *a Roma M. P. LXXIV*

6241 sub castro Monticelli *Gud.*: inter Fundos et Tarracinam *Mur.* Pertinuisse videtur ad pontem rivuli Monticelli sive Sanciti qui cadit in lacum Fundanum.

IMP· CAESAR
DIVI · NERVAE
FILIVS· NERVA
TRAIANVS
AVG · GERMANICVS
DACICVS· PONT
MAXIMVS· TRIBVN
POTESTATIS· $\overline{XIII}$
IMPERATOR·VI· COS·V p. Chr. 109/10
P· P· PONTEM· VETV
STATE · COLLAPSVM
RESTITVIT

Gud. ms. 232, 1, ed. 72, 8. 73, 4 auctore non indicato; Mur. 448, 5 e schedis Ambros.; Pratilli p. 131. — In vv. div. sequor Mur. — 5 GERMAN, 7 MAX · TRIB, 8 POT, 9 IMP, om. V Gud.

n. LXXI sive quartum ex miliariis a Caracalla stratis (= 6236). Rep. in via Appia versus Fundos cum saxa ipsius viae effoderentur *Lig.*; 'nunc extat Monticelli in pariete exteriori ecclesiae' *Notarj.*

n. LXXII (inscriptio non affertur) Fundis in porta odiosa. Notarjanni p. 212.

n. LXXIII (inscriptio non affertur) Fundis in introitu oppidi Hoare cl. tour I, p. 111. Videtur eadem intelligi.

Fundis Formias — *M. P. XIII* — *a Roma M. P. LXXXVII*

n. LXXXIII (inscriptio non affertur) Itrio Formias proficiscenti ad laevam. Hoare cl. tour. I, 114. — Eiusdem numeri lapidem paullo alio loco collocat Pratilli, v. n. 912*.

n. LXXXV (= 6234) Formiis in via Appia *Cittad.*; iuxta Formias in via Appia *Stephanon.*; inter Itrium et Formias *Sirmond.*; Itri *Mur. Pratilli*; locum omisit *Wouw.* — LXXXVI non legitur nisi in altero ex interpolatis exemplis, nempe Cittadiniano; quam tamen Pratillius p. 138 male emendans fecit LXXXVII columnam sub Itrio, ut ait, extantem.

n. LXXX[X]VII (inscriptio non affertur) extare ait auctor libri *antichità Ciceroniane* p. 14 eunti a Castellone ad turrim q. d. Ciceronis a Castellone D p. ad dextram; quem patet in numero ex memoria tantum ut ipse addit recitato errare. Fortasse LXXXXVII posuit pro LXXXVII, qui numerus et ipsis Formiis convenit et intervallo quinque milium, quod inter hanc columnam et LXXXXII (quam vide) fuisse traditur.

n. ..... (= 6238. 6239) extat Castellone de Gaeta in aedibus privatis.

Formiis Minturnas *M. P. IX* *a Roma M. P. XCVI*

n. LXXXXII (= 6237) rep. a. 1819 a principe Caposele inter miliarios viae quae nunc est 45. et 46. in loco q. d. *Ponteritto*, qui distat $\overline{\text{III}}$ p. a fl. Liri, $\overline{\text{V}}$ a loco ubi fuit lapis miliarius qui male dicitur inscriptus numero LXXXXVII. — Eodem numero signatam Pratillianam v. n. 915*.

Minturnis Sinuessam *M. P. IX* *a Roma M. P. CV*

Sinuessa ad pontem Campanum *M. P. IX* *a Roma M. P. CXIV*

n. CXI (inscriptione oblitterata). Chaupy III, 458, qui vidit Mondragonii in angulo veteris arcus carceris, vix numerum infra intelligi testatur reliquis plane deletis; contra Pratillius p. 240 eodem numero affert lapidem prope Mondragone rep. cum titulo n. 6234. Ceterum ne quis putet hunc numerum et sequentem ex eodem lapide diverse excepto proficisci, hunc a Chaupyo Mondragonii lectum esse meminerit, cum sequens miliarius ante a. 1699 Neapolim esset avectus.

n. CXII (= 6233. 6234) rep. prope Mondragone transiisse in museum Neapolitanum Andreinii Florentini ait Henninius, cuius columnam CXI (quam in CVI mutavit Pratillius, motus itinerariorum numeris) cur pro hac ipsa habeam, dixi ad n. 6234. Nunc extat in mus. Borbonico misc. col. 15.

a ponte Campano Casilinum *M. P. XIV* *a Roma M. P. CXXVIII*

6242 littera coacta et declinanti nec digna saeculo Antonini *Smet. Waelsc.* (quippe quod est Caracallae); extat Capuae in ponte Volturni. — Male Majorisi M p. a Casilino a. 1505 rep. ait *Pratillius* p. 25. 254 auctore (si est auctor) primicerio d'Isa; peius *Ligor.* apud Gud. ms. 1180, 2 et *Panvin.* ponunt Allifis in angulo eccl. cath.

imp · caesar M · AVRE
*lius anton*INVS PIVS FE
lix aug PARTHICVS MAX
*britt*ANNICVS · MAX · P · M · PP
COS · $\overline{\text{III}}$ · DESIG · $\overline{\text{IIII}}$ p. Chr. 212
VIAM · INVNDATIONE AQVE *sic*
INTER RVPTAM RESTITVIT

Descripsi. Ipsi lapidi ab Alphonso Carvagiale a. 1506 supplementa adiecta sunt, quae plerique ante Pellegrinum ipseque Apianus ab antiquis minime distinxerunt. — Apian. 131, 1; Panvin. Rom. p. 118; Manut. orth. 107, 2; Smet. 1, 11 (descripsit Pighius) in cuius libri exemplo in bibl. Borb. servato manu correcta est; e Capaccio i. e. e Smetio Reines. II, 12; cod. Waelscapple f. 4, in quo antiquum exemplum ad Pighianum postea emendatum est; Grut. 151, 4 e Smetio et schedis Wouwerii; Pellegrin. p. 161 (hic omnium optime); Pratilli p. 24 (ex eo Donat. 216, 5) ex Pellegrino. — 1 AVG ante M addunt supplementa, delevit corr. Smetianus. — 4 BRITANNICVS suppl., BRITTANNICVS corr. Smetian.

Casilino Capuam *M. P. III* *a Roma M. P. CXXXI*

II. LATINA. *Roma Venafrum, inde et Casilinum et Aeserniam.*

6243 in cippo miliario CIII figurae conicae.

L · CORNELIV
S · L · F · CINA · COS u. c. 627
CIII

Garruccius misit Borghesio.

6244 in cippis miliariis altis palmos octo LXXVIII. LXXX. LXXXV.

C · CALVISIVS · C · F u. c. 715? 750?
SABINVS · COS
IMP
LXXVIII

n. LXXVIII ed. Cayro Lazio antico p. I disc. prelim. p. XLV, Dionigia p. 43. Citat Westphal. *röm. Camp.* p. 95. Litterae vel potius numeri L formam rariorem notavit Cayro.

n. LXXX ed. Cayro Aquino p. 386 n. 29, Lazio antico l. c. p. XLVI. Citant praeterea Hoare classical tour I, 278 et Westphal *röm. Camp.* p. 95.

n. *lx*XXV ed. auctores Casinates Cafaro p. 223; Vertechj p. 71; Romanelli viaggio p. 35. Citat Westphal *röm. Camp.* p. 95. — Cafaro om. singulorum vv. extremas litteras F S P V.

6245 in miliario incerto Venafrano.

IMP · CAESAR · *divi* · F · A*ugustus* u. c. 731/48
COS · XI · TR POTES*tat* . . . . .
EX · S · C

Referunt Venafrani de Utris in cod. ms. et Cotugno p. 308. — 1 ...MP Cot. — DIVI om. sine indicio lacunae de Utr. Cot. — F · A · de Utr., FA.... Cot. — 2 ...COS Cot. — post POTES puncta nulla habet de Utr. — Videtur posse restitui ex titulo Casinati Augusto c. a. 731 posito n. 4229.

6246 in miliariis CX et incerto Aesernino.

IMP · CAESAR · DIVI · F · AVG
PONTIF · MAXIM · COS · XIII post u. c. 732
TRIBVNIC · POTESTAT
CX

n. CX referunt Venafrani de Utris in cod. ms. et ex eo, ni fallor, Cotugno p. 310. — 2 c//s de Utr., cos Cot. — 3 POTEST uterque. — Quidquam deesse non indicatur.

n. ..... referunt Aesernini Riccius in schedis qui descripsit et Piccoli, ex cuius schedis ed. Garrucci n. 8 p. 75. — Desunt quae absunt a Venafrano socio, praeterea 1 AVG sive in schedis Piccoli sive apud solum Garruccium (adest AVG in Riccianis) et infra numerus in schedis utrisque.

6247 in miliariis LXXV*iii* et LXXX et incerto Aquinate.

LXXV*iii*
IMP · CAESAR
VESPASIANVS · AVG
PONT · MAX
TRIBVNIC · POTEST · $\overline{\text{VIII}}$ p. Chr. 77
IMP · XVIII · P · P
CENSOR · COS · VIII

n. LXXV*iii* traditur una cum n. 6244, LXXVIII. — 1 LXXV Cayro Dion. lacuna non notata; emendavi ex antica. — 5 TRIBVNI · Dion. — $\overline{\text{VII}}$ Cayro. — 7 COS · III Dion.

n. LXXX edita est una cum n. 6244, LXXX et sic refertur:

Cayro Aquino:	*Cayro Lazio:*
I·C·A	I. CA
NANV	NANVS
R · F (vel RE)	RE

Quae ex Vespasiani titulo superesse iudico.

n. ..... sic refert Cayro Fregelli p. 52:

. AL
VESPASIANVS · AVG
ITIF · M
NIC · POTESTATE · VIII
▮

6248 in miliario incerto Teanensi.

IVLIAN · IMP

Cotugno Venafro p. 310.

6249 in miliario CXIX, qui est conus altus palm. 2, largus supra p. 1½, infra p. 2½; in superficie et in scapo laevigatis inest cavum cui olim aliquid immissum fuit, fortasse alter et tertius lapis. Similis figurae est n. 6243.

HRIP · NEOSV ·
AVG · PONT · MAX ·
· CXVIIII ·

Garrucci Isernia n. 9 p. 34. 76, qui quod dedit in altero libro NEOSP errore typographico videtur posuisse, serio enim et sollemniter interpretatur sic 1: *Hortogonium Rigorem primum Positum Norma quintaria* [nempe Є = V!] *Ostendit Sequeris quintarium*. Quo inficeto lusu viri in re grumatica male docti facile misso difficile tamen extricatur, cuius Augusti nomen munerave lateant in 1; ex adhuc repertis enim nullus alius titulus viae Latinae AVG et PONT · MAX eodem versu dedit. Litteram M sic ⋈, A sic Λ formatam esse perhibet Garruccius p. 65.

6250 in miliario incerto Venafrano non superest nisi

C\ R

Cotugno p. 310.

ITINERARIVM.

Roma Frusinonem *M. P. LV*
Frusinone Fregellanum *M. P. XIV* *a Roma M. P. LXIX*
Fregellano Fabrateriam novam *M. P. III* *a Roma M. P. LXXII*

6251 in ponte super Lirim prope Fregellas *Pigh.;* in pago S. Iohannis in Carico *Mur.;* rep. ad ripam fl. extat in oppido S. Iohannis in Carico in aed. Franzilli *Chaupy* similiterque *Cayro*, qui addit [quod proprie pertinere videtur ad n. 6253] rep. esse annis abhinc LX ante portam Aquinatem Fregellarum (vel potius Fabrateriae, cuius illae videntur esse ruinae). — Stationem Fregellanam, quae non sunt ipsae Fregellae in altera ripa Liris positae e regione Ceprani, postquam attigit via Latina ad Cepranum, non statim videtur transiisse Lirim, sed dextrorsum deflexa fluvio Trero, cui nunc Sacco nomen est, transito Fabrateriam adhuc in dextro amne e regione Isolettae positam pervenit ibique demum in pontem Liris incidit, quod mihi probavit Chaupy III, 474 sq. quodque explicat, cur ad S. Iohannem in Carico potissimum pontis tituli reperti sint, item cur apud Strabonem V, 3, 9. 10 Fabrateria in ipsa Latina, Fregellae prope Latinam ponuntur.

IMP · CAESAR
DIVI
NERVAE · FIL
NERVA
TRAIANVS
AVGVSTVS
GERMANICVS
DACICVS
PONTIF · MAXIMVS
TRIB · POTEST · VIIII
IMP · $\overline{IIII}$ · COS · V · P · P
RESTITVIT

p. Chr. 105

Pigh. ms. Berol. f. 212 e codice ut videtur card. S. Crucis versibus etiam recte divisis; Mur. 449, 4 a Como; Chaupy maison d'Horace III p. 476; Hoare classical tour I, 285 ab aliis; Cayro Fregelli p. 53. — 3 om. Cayro. — 6 AVG Chaupy Hoare. — 9 PONTIFEX Chaupy Hoare Cayro. — 10 POTESTA Cayro, POT · Mur. — V om. Chaupy Hoare. — 11 IMPERATOR Chaupy Hoare Cayro.

6252 tabula marmorea Ceprani ante oppidum in pariete diversorii publici *Man. Smet.;* quo fortasse delata est ex agro S. Iohannis.

IMP · CAESAR
DIVI · HADRIA
NI · FILIVS · DIVI
TRAIANI
PARTHICI · NEPOS
DIVI · NERVAE · PR · N
T · AELIVS · HADRIA
NVS · ANTONINVS
AVGVSTVS · PIVS
PONTIFEX · MAXIMVS
TRIBVNIC · POTEST · $\overline{IIII}$ ·
COS · $\overline{III}$ · P · P
OPVS · PONTIS
VETVSTATE · CONLABS
RESTITVIT

p. Chr. 141?

Panvin. fast. ad a. 894; Manut. orth. 188, 15. 367, 12; Smet. 3, 7 qui vidit (ex eo pendent Waelsc. f. 29; Grut. 161, 4); Ligor. apud Gud. ms. 1108. 1369, 2. Exemplum novicium a Pio VI pontifice maximo restitutum dant Cayro Fregelli p. 54; Hoare cl. tour I, 286. — 6 PRON Panv. Man. 367. — 10 PONT · Panv. — 11 POT · Panv. — 12 COS · IIII omnes, nisi quod COS · II · IMP · IIII Lig. 1369, COS · $\overline{III}$ Panv., recte, sed ex coniectura fortasse neque ausus sum mutare. — 14 ...VETVSTATE · CONLABENS Lig. 1108.

6253 rep. a. 1789 ibi ubi prodiit n. 6251 q. v.

IMP · CAES · DIVI
PII · SEVERI · NE
POS · DIVI · MAG
NI · ANTONINI · PII
FILIVS
M · AVRELIVS · SEVE
RVS · ALEXANDER
PIVS · FELIX · AVG · PON
TIFEX · MAX · TRIB
POT · $\overline{IIII}$ · COS · DESIG
NATVS · $\overline{II}$ · P · P · PONTEM
LIRIS · VETVSTA
TE · DILAPSVM · SVA
PECVNIA · RESTI
TVIT

Cayro Fregelli p. 56.

p. Chr. 225

n. ..... (= 6247) rep. 617 cannis Neapolitanis extra portam Aquinatem Fabrateriae (quam Cayro credit Fregellas). — Cayro hunc lapidem LXX fuisse putat.

Fabrateria ad Melfam fl. *M. P. IIII* *a Roma M. P. LXXVI*
a Melfa Aquinum *M. P. IIII* *a Roma M. P. LXXX*

n. LXXVIII (= 6244. 6247) rep. in via qua Aquino itur Fabrateriam (Fregellas Cayri) vix D p. ab Aquino.

n. LXXX (= 6244. 6247) Aquini in aedibus Scardone, prope quas inventus est *Cayro;* e regione turris S. Gregorii M p. ab Aquino *Hoare.*

n. ..... Lapidem alterum miliarium ita evanidum ut nihil ibi legi possit una cum praecedenti in turri S. Gregorii extare ait Hoare cl. tour I, 578; nisi loquitur de n. LXXVIII.

Aquino Casinum *M. P. VII* *a Roma M. P. LXXXVII*

n. *lx*XXV (= 6244) Casini '*dentro un basso di Tommaso Zarli in faccia della mia casa dalla parte di dietro*' *Cafaro;* '*nella casa del fu Tommaso Zarli nel luogo detto la Madonna de' Zarli*' *Vertechj;* '*nella cantina del sig. Vincenzo di Ambrosio*' *Romanelli.*

Casino ad flexum *M. P. $\overline{VIII}$* *a Roma M. P. XCV*
a flexu Venafrum *M. P. VIII?* *a Roma M. P. CIII?*

n. ..... (= 6245) inter S. Petrum in fine et Venafrum in via strata antiqua sub turribus medio aevo factis *nella Nunziata a lungo.* '*Da S. Pietro in fine a traverso de' monti chiarissimi sono dappertutto gli avanzi di una via lastricata quasi generalmente precipitata, non che degli ostelli accosto.*' *Cotugno.*

n. ..... (= 6250) in clivo inter S. Petrum et Venafrum.

Diverticulum. Venafro Casilinum.

Venafro Teanum *M. P. XVIII* *a Roma M. P. CXXI?*

n. ..... (= 6248). Inter Venafrum et Teanum permagnos viae silices passim extare, stratos adhuc in loco dicto *delle liscie,* sparsos in massa Dattolorum et prope Roccam (nempe Pipirozzam) et ad vicum Sesto (sic dictum fortasse quod sexto lapide a Venafro fuit); item Sesti in caupona fratris Iulii columnam hanc miliariam reperiri refert *Cotugno* p. 310.

Teano Cales *M. P. III [rect. VI]* *a Roma M. P. CXXVII?*
Calibus Casilinum *M. P. VII* *a Roma M. P. CXXXIV?*

n. ..... Sub diversorio Torricellae paullo supra epitaphium quod vocant ad cryptas antiquas et duorum templorum Fortunae vestigia in confinio dioecesium Teanensis et Calenae columnam miliariam prostratam vidit *Holsten.* ad Cluver. p. 257 (cf. Chaupy III, p. 479. 480).

Venafro Aeserniam.

Venafro Aeserniam *M. P. XII?* *a Roma M. P. CXV?*

n. CIII (= 6243) Venafri extare adscripsit Borghesius; Camposacci in via Venafro Aeserniam Garruccius stor. di Isernia p. 65.

n. CX (= 6246) in agro Monteroduni (in sinistra Volturni inter Venafrum et Aeserniam) ad pontem novum (ita *de Utr.*, ad pontem ruptum *Cot.*) in loco dicto *il Paradiso.*


n. ..... (= 6246) prope Aeserniam rep. *alla Rava* in vinea canonici Apolloni, deinde Aeserniae penes Riccium.

Aesernia Bovianum *M. P. XVI* *a Roma M. P. CXXXI?*


n. CXVIIII (= 6249) in vico Carpinone qui ab Aesernia abest $\overline{VI}$ p. Bovianum versus.

Viam Latinam paullo aliter ordinandam esse ac ante factum est nuper repertae columnae miliariae demonstraverunt. Nam cum per Strabonem (V, 3, 9. 4, 11) maxime de Latina via Teanum Cales Casilinum ad Appiam pergente constitisset, cippi Venafrani et Aesernini qui a Roma milia numerant et ipsi tractum Latinae, quem primus Augustus videtur stravisse, oppidis suis vindicaverunt, ut a diverticulo utraque via numeros continuaret; id quod aliquoties factum est, ut in diverticulo Valeriae et Sublacensis (cf. Fabrett. 413, 360) et ubi in Salaria divertuntur viae Asculanensis et Interamnas. Qua re comperta apparet praeterea Latinam a Casino vel potius a flexu (paullo supra Mignanum, ubi fuit vicus ad Rufras) non statim petivisse Teanum, sed Venafrum, ubi dudum et fortasse ad Augustum usque terminum Latinae fuisse crediderim, indeque demum dextra perrexisse Teanum, sinistra Aeserniam. Quod si a flexu recta Latina pergeret Teanum, mirum esset antiquissimum cippum miliarium n. 6243 repertum esse

Venafri et magis etiam mirum non superesse ulla vestigia viae a flexu Teanum, quod vel qui Latinam ibi fuisse persuasi haberent ultro confessi sunt (Chaupy III, 479), superesse multa et evidentissima cum ipsa columna miliaria in tractu Venafro Teanum, ut dictum est. In tabula Peutingeriana, quae sic exhibet has stationes:



cum numeros complures et Venafri nomen excidisse appareat, sic reponendum esse existimo:



ut milia VIII et IX, quae numerantur Casino Venafrum, respondeant fere M. P. XVI itinerarii p. 303. Venafro Teanum milia XVIII p. numerat itin. p. 303. Statio *ad Rotas* videtur fuisse ad pagum *Monte Roduno.* — Ceterum Latinam alteram non finivisse Aeserniae vel inde constat, quod cippum CXIX ultra Aeserniam stetisse apparet, neque tamen succurrit de qua cogitarem alia via nisi quam indicant itiner. Ant. p. 102 et geogr. Rav. IV, 34:

itin.:		*geogr. Rav..*
Aesernia		Aesernia
	XVIII	Cleturnominon (Cluturno *Peut.*)
Bovianum		Bobianum
	XVI	
super Tamarum fl.		Rani
	XXI	
Equus tuticus		Egotanticon

Cuius vestigia confusa et disiecta reperies praeterea in tab. Peutingeriana, in qua duae viae pergentes Boviano Equum tuticum indeque in Apuliam altera, altera per Sirpium Beneventum, videntur coaluisse. Diverticulum ubi fuerit, non satis constat. — Viarum quibus Teanum iungebatur cum Appia ad Minturnas, item cum Benevento per Allifas et Telesiam, scripti lapides si unquam extiterunt certe adhuc nulli prodierunt.

III. TIBVRTINA. VALERIA. *Roma Marruvium.*

6254 in miliariis XXXVIII. XXXXI. incerto Albensi et XLVIII. Cf. n. 6235.

XXXVIII
IMP · NERVA
CAESAR · AVGVSTVS
PONTIFEX · MAXIMVS
TRIBVNICIA
POTESTATE · COS · III p. Chr. 97
PATER · PATRIAE
FACIENDAM · CVRAVIT

n. XXXVIII Ciofan. in Ovid. Trist. IV, el. 10 (ed. Antverp. 1581. 8. p. 127) a Fr. Bencio, ex Ciofano Grut. 155, 4; Fabretti de aquis p. 88; Nibby anal. I, 267; Borghesio descripsit Brocchius. Citat Cluver. Ital. p. 784. — 2 IMPERATOR Brocchi. — 8 FACIENDAM Fabr., FACIVNDAM Nibby, FACIENDVM Ciof., FACIEND.....AVIT Brocchi.

n. XXXXI Fabrett. de aquis p. 87, inscr. 418, 358. 684, 81 ita protulit perverse:

.....RVA
.....MAX
TR · P · COS · III
VIAM · VALERIAM
FACIENDAM · CVRAVIT
XXXXI

ubi pro VIAM · VALERIAM in lapide videtur fuisse PATER · PATRIAE. Hac enim aetate una eademque inscriptio per totum viae restitutae tractum dictabatur, falluntque lapides miliarii peritissimos quosque artis nostrae viros, ita exesi solent esse et scriptura paene deleta. Promis Alba p. 58 vidit columnam neque legere potuit, coniecit tamen male Fabrettum legisse numerum XXXXI pro XXXXV.

n. ..... Promis Alba p. 259 non legit nisi:

IBVNICIA
..TE...TE · C · S · III
..T · R · PATRIAI
...M · CVRA...

n. XLVIII Promis Alba p. 59, qui 5. 6: TRIBVNICIA · POTESTATE || COS · IIII ||

6255 in miliario incerto Avezzanensi.

....
GALERIO...
MAXIMO · NOBILIS
SIMIS · AC · BEATISS...
CAESARIBVS...
....

Cardinali iscr. ant. n. 307 e schedis Rossii. — Valeriaene fuerit dubito, vide mox.

ITINERARIVM.

Roma Variam *M. P. XXVIII*

Varia Carsiolos *M. P. X* *a Roma M. P. XXXVIII*

n. XXXVIII (= 6254) prope Arsoli ad fontem q. d. Somnula *Ciofani,* qui fons distat II M. p. a bivio sub Georgio, ubi ad mil. XXXVI diverticulum Valeriae et Sublacensis statuit *Fabretti* de aquis p. 88 (cf. Westphal p. 120). Nunc cernitur Arsulis in foro.

Carsiolis Albam *M. P. XXII* *a Roma M. P. LX*

n. XXXXI (= 6254) Roma venienti paullo ante oppidum *le celle di Carsoli* ante fores ecclesiae S. M. de Carmelo ad rivum *Fabrett. Westphal* Camp. p. 120.

n. ..... (= 6254) inter pagos Colle et Rocca di Cerro inter Carsoli et Tagliacozzo *Promis.*

n. XLVIII (= 6254) in vico Sorbo prope Scurcolam.

Alba Cerfenniam *M. P. XIII* *a Roma M. P. LXXIII*

Cerfennia Marsos *M. P. VII* *a Roma M. P. LXXX*

Ad viam secundi ordinis, cuius in itinerariis mentio nulla fit, sed tamen rudera non pauca reperta sunt in viciniis Avezzani (Corcia storia I, 249), pertinet n. 6255 reperta *alla Madonna di S. Vincenzo* in Marsis, quae est in ripa Fucini sub Capistrello eunti Avezzano Lucum prope Antinum. Qua via iunctae videntur fuisse Valeria et Latina; stationes fuerunt fortasse Antinum Sora (cf. n. 4497) Arpinum Arcae.

IV. CLAVDIA VALERIA. *Cerfennia Aternum.*

6256 rep. M. p. sub Teate ad Aternum fl. *Holst.* in praedio Iosephi de Letto ICti Teatini nuper rep. *Cam. Holst. Nicol.* Extare negant *Nov. Fior.*


TI · CLAVDIVS
CAISAR
AVG · GER · PONT · MAX
TRIB · POT · VIII · IMP · XVI p. Chr. 48/9
COS · IIII · P · P · CENSOR
ↃIAM · CLAVDIAM · ↃALER*iam*
A · CERFENNIA · OSTIA · ATE*rni*
MVNIT · IDEMQVE
PONTES · FECIT
XLIII

Quod ait antiquissimus auctor Pontanus de asp. l. I (ed. 1538 p. 19) 'in urbe Theate legitur CAISARIS nomen per AI, non AE scriptum,' ad hunc titulum refero, quamquam deinde non innotuit nisi saec. XVII med. Die 30 Nov. 1647 ad Donium scripsit Holstenius (epist. ed. Boissonade p. 391) sic: '*in questo mio viaggio* (peragraverat Aprutium Marrucinos Paelignos) *ho buscato alcune memorie circa la via e provincia Valeria, principalmente della continuazione di detta strada* a Cerfennia usque ostia Aterni *fatta da Claudio imp., che la chiamò* ↃIAM · CLAVDIAM · ↃALERIAM.' Idem Holstenius adnotavit titulum ad Cluver. (1666) p. 154 cf. p. 144 (inde Fabrett. 473, 120). Ediderunt eodem tempore auctores Teatini Camarra 1651 p. 73 (ex eo Reines. III, 80 a Graevio; Spon. p. 200 e Camarra; Donat. 210, 8 e Sponio) et non ex Camarra Nicolino 1657 p. 9 (inde Gud. ms. 798, 1, ed. 87, 5; Mur. 226, 3 a Io. Bern. Tafurio); ex ms. Sinibaldi Baroncini dedit dareve se simulavit Pollidoro ms. f. 42. — 1 TIB · Nic. — 2 CAESAR Nic. — 3 PON · Nic. — 4 POT · VIIII · IMP · XXV Nic. — 5 CONS Nic. — III Poll. — 6 sq. evanidos esse ait Nic. — 6 ↃALERIAM Holst. Poll. — 7 ATERNI Holst. Poll.

Hoc titulo demonstratur verba Strabonis V, 3, 11: *ἡ Οὐαλερία δ' ἄρχεται μὲν ἀπὸ Τιβούρων, ἄγει δ' ἐπὶ Μαρσοὺς καὶ Κορφίνιον τὴν τῶν Πελίγνων μητρόπολιν* non accipienda esse de via munita ad ipsum Corfinium, sed de statione Valeriae Cerfennia (prope Colle Armeno vicum) Corfinio agroque Paeligno propinqua. Claudius primum stravit inde viam Corfinium et Aternum, quam de suo et viae principalis nomine appellavit Claudiam Valeriam. Stationes eius hae reperiuntur in itinerariis:

tab. Peut.		*geogr. Rav.*:	*itin. Ant.* p. 309.	
Alba		Gaba	Alba Fucentia	
	XIII			
Marrubio		Marubio		XXIII
	VII			
Cirfenna		Cerfenna	Cerfennia	
	V			
mons Imeus		mus Emeos		
	...			XVI
Statule				
	VII			
Corfinio		Corfinium	Corfinio	
	VII			XI
Interpromium		Interbromium	Interbromio	
	V			
Ceios		Ceios		XVII
	XII			
Teano Marrucino		Teano Marucion	Teate Marrucino	

Via Teano Aternum quam IX M. P. aestimant nusquam indicatur, nisi forte in sequenti *Hadria* itinerarii Ant. mare Hadriaticum intelligi suspicetur quis, quod equidem minime probaverim. — Ceterum apparet in itinerario recenseri Valeriam ad Cerfenniam, deinde, neglecto tractu Cerfennia Marruvium, iungi Claudiam Valeriam ad Teate; in tabula Peutingeriana tractum Cerfennia Marruvium male interponi in simili enumeratione; unde hoc schema verius putaverim:



Numeri recte conveniunt intervallis, nisi quod a Colle Armeno ad Marruvii ruinas hodie non numerant nisi IV M. P., quare V in tabula exspectaris; quae tamen eo defendi potest quod prope celebres urbes in extremis viis miliaria aliquanto breviora inveniuntur. Numerabuntur itaque a Cerfennia Teate XLIV milia passuum, quod confirmat n. XLIII in lapide invento sub ipso Teate.

V. SALARIA. *Roma Truentum.*

6257 in tabulae aereae frusto longo in parte inferiori dig. 6, alto in parte sin. dig. 4, crasso dig. 1. Rep. est in campo ad sin. Vomani fl. prope *Guardia Fiumana*, fuitque postea apud Palmam.

IL
*v*OLET
ɪAETORE · /
ITVM · QVO · DE · EA
*d*ICTATORE · CONSVLE · I*ɪaetore*
VIAE · *k*AVSSA · NON · POST
O · FVIT

Palma Bull. 1836 p. 105. — 2 OL · ET Bull. — 6 RAVSSA Palma, quod quamquam pro KAVSSA male lectum esse apparet, tamen Palma et hunc secuti alii inde effecerunt viam horrendo nomine Raussam. — Erit particula legis latae de via Salaria et ad terminum eius in agro Interamnate propositae, si quidem recte se habet 6 VIAE; magis tamen est ut lateat ibi IVRATO · SE · CALVMNIAE · KAVSSA · NON · POSTVLASSE neque sit omnino ad viam referenda.

6258 in miliario CXIX.

L · CAECILI · Q · F
MET*ellus* · *co*S u. c. 637 *Borgh.*
CXIX
ROMA

Ed. Palma Bull. 1833 p. 101, storia I, 51. V, 203. Cf. Borghesium Bull. l. c.

6259 in miliario XCVIIII in cono hodie truncato.

IMP · CAESAR · DIVI · F ·
AVGVSTVS · COS · XI ·
TRIBV · POTEST · VIII · u. c. 738/9
EX · S · C
XCVIIII

Liberatore opusc. I p. 101. Fea Bull. 1831 p. 139. — 4 X · S · C lac. non not. Lib. — 5 XCVIII Lib.

6260 in miliario LXVII? Interocreano.

D · N
MAXENTI
INVICTI
AETERNI · ET
CLEMENTISSIMI
AVG ·
XVII

Donarellus apud Cappellum Accumoli p. 55.

ITINERARIVM.

Roma Reate *M. P. XLIX*
Reate ad aquas Cutilias *M. P. VIII* *a Roma M. P. LVII*
Cutiliis Interocrium *M. P. VII* *a Roma M. P. LXIV*

6261 Antrodoci in porta oppidi *vidi ego,* Antrodoci item *Donius;* quare quod prope Cutilias rep. ait *Fabrett.* et fuisse olim apud S. Quiricum ad rupem ingentem ibi manu excisam *Guattani mon. Sab.* II, 267, coniecturae videntur esse eorum, qui ubi fuisset substructio in titulo memorata quaerebant.

IMP · CAES · DIVI
NERVAE · F · NER
VA · TRAIANVS
AVG · GERMAN
DACICVS · PONTIF
MAXIMVS · TRIB
POTESTATIS · XV · IMP p. Chr. 111
VI · COS · V · P · P · SVB
STRVCTIONEM · CON
TRA · LABEM · MONTIS
FECIT

Descripsi. Fabrett. 400, 292 ex sched. Barb.; Don. II, 79 a Dinio archiepiscopo Firmano per Aleandrum; Nov. Fior. 1749 p. 97 (descripsit Garampi Ariminensis); Mingarelli de Interocriensi Traiani et Romana Antonini inscriptione (Rom. 1758, rep. apud Calogerà nuova racc. V p. 121) a Galbiatio; Urlichs Bull. 1838 p. 188, Annali X 1838 p. 306, quem decepit falsum tituli exemplum servatum Antrodoci in vinea Blasetti; Martelli n. 55; Kramer descripsit Kellermanno. — Lacunas supplevi ex Fabrettio, quamvis haud sciam an ipse supplerit ex coniectura, praesertim collato typo Doniano aut eodem aut eiusdem certe aetatis. — 7 POTESTATIS Kramer et ego, POTESTATE vulgo, ...TATE Don. — XVI · IMP Don. — 8 COS · VII////VB ego, COS · V̄///VB Nov. Fior., COS · V ////VB Kramer, COS · V · P...VB Don., COS · V · P · P · SVB Fabr.

Interocrio Forum Decii *M. P. XII* *a Roma M. P. LXXVI*

n. *l* XVII (= 6260) Antrodoci *Donarell.;* qui traditur numerus XVII defendi nequit videturque scribendum LXVII, qui cippus prope Antrodocum steterit oportet; pertinueritne ad hanc Salariam an ad Salariam Interamnatem, incertum est.

Foro Decii Falacrinas *M. P. IV* *a Roma M. P. LXXX*
Falacrinis ad vicum Badiae *M. P. IX* *a Roma M. P. LXXXIX*
Badia ad centesimum *M. P. X* (*scr. XI*) *a Roma M. P. C*

n. XCVIIII (= 6259) '*presso Trisungo sul Tronto a fronte della casa Landi*' *Fea Liberatore;* qui vicus post Accumoli oppidum, prope quod Badia fuerit necesse est, in regno Romano paullo post Arquatam Asculum versus ad Truentum fl. situs est.

a centesimo Asculum *M. P. XII* (*rect. XVII*) *a Roma M. P. CXVII*

Centesimus lapis ubi fuerit cum ex XCVIIII Trisungi reperto satis constet, sequitur inde Asculum aliquanto plures lapides stetisse quam indicat itinerarium; accedit vicus *Quintodecimo* III M. p. distans a Trisungo, sic dictus omnino quod XV M. p. ab Asculo aberat, unde clare apparet centesimum lapidem ab Asculo post septendecim alios stetisse. Quae emendatio debetur Kieperto.

Asculo castrum Truentinum *M. P. XX* *a Roma M. P. CXXXVII*

n. CXIX (= 6258) rep. a. 1823 loco non suo in agro pagi S. Omèro *contrada di Vallorina* ad sepulcrum adhibita in colle iuxta viam. — Salariae quam novimus neque locus convenit neque numerus; videtur cippus pertinere ad Salariam antiquiorem, quae paullo breviori via Roma pergeret ad Hadriam, fortasse ab Asculo Castrum novum.

VI. SALARIA. *Interocrio Interamnam.*

Amiternum et Interamna urbes opulentae cum a dextra Salariae remanerent, propria via munita est eo ab Interocrio Salariae statione; quam ipsius Salariae partem fuisse docent numeri a Roma continuati. Deinde imperator Claudius a statione viae huius Forulis eandem via Claudia nova continuavit per vallem Aquilanam ad viam usque Claudiam Valeriam cum antiqua Valeria sua item opera coniunctam, ut ita Salariam cum Valeria iungeret imperator optimo consilio. Quarum viarum cippi supersunt quattuor:

6262 Forulis *Gud.* Cippum miliarium fuisse quamquam non traditur, tamen valde probabile est.

IMP · CAESAR · AVG
VESPASIANVS · PON · MAX
TRIB · POT · VII · IMP · XVII · P · P · COS · VIIII
CENSOR · FACIVND · CVRAVIT

Gud. ms. 670, 3, ed. 83, 7. Numeri non conveniunt; scripserim TRIB · POT · VIII · IMP · XVII · P · P · COS · VIII, ut sit anni p. Chr. 77.

6263 Lavarete prope Aquilam in S. Eusanii [intellige villam huius nominis pagi Lavarete, minime vicum S. Eusanii prope Aveiam] in columna ad altare *Mur.*

LXXXIII
D · D · D · N · N · N · FLAVIIS
VALENTINIANO · VALENTI
ET · GRATIANO · PIIS · FELICIBVS
AC · TRIVMPHATORIBVS
SEMPER · AVGGG · BO
NO · R · P · NATIS

Mur. 265, 1 e schedis suis.

6264 Poggio Umbricchio ad Vomanum fl. in ecclesia parochiali *Delfico.*

DDD NNN
FLA VALENTINIA
VALENTI ET GRAT
PII FEL'C AC TRI
AC BRPN
CIIII

In aere incidit Delfico Interamnia p. 123. — 3 VALENTE ET CRAP Delf. — 5 scribe AVGGG

Videtur esse idem titulus in diversis columnis eiusdem viae paullo diverse incisus. — Reate vidi lapidem n. XXXXII (male ed. ab Orellio 1119) qui a LXXXIII praeter versus aliter dispositos in his differt: N · N · N · F F F · L L L — R · P · N · VOTIS · X · MVLTIS · XX


6265 prope Civita-Tomassa sive antiquos Forulos reperit Fr. Xav. Gualterius qui Aquilam allatam dono dedit Carlio Aquilano.

TI · CLAVDIVS
DRVSI F CAESAR
AVG · GERMANICVS
PONTIF · MAX · TR · POT
VII · COS · IIII · IMP · XI · P P p. Chr. 47
CENSOR · DESIGNAT
VIAM · CLAVDIAM NOVAM
A FORVLIS AD CONFLV
ENTIS ATTERNVM · ET
TIRINVM PER PASSVVM
XXXXVIICLXXXXII
STERNENDAM CVRAVIT


Liberatore opusc. I, p. 21. Carli annali VI 1834 p. 146, quod exemplum nescio qui amicorum Kellermanni cum lapide contulit et comprobavit.

CLAVDIA NOVA. *Forulis Corfinium.*

Earundem viarum ex itinerariis unum Peutingerianum eiusque assecla geographus Ravennas stationes exhibet has:



quas multo magis confusas esse quam vulgo opinantur vel inde constat quod cum Interocrio Amiternum recto itinere distet c. M. P. XIII, via strata nullo modo potuit esse M. P. XLIV. Pitinum prope Coppitum III M. P. ab Amiterno fuisse constat notusque est situs Forulorum Aveiae Albae; Prifernum et Frustemae ubi fuerint aliunde non constat, neque tamen in loco medio inter Coppitum et Fossam potuit esse diverticulum viarum Albensis et Amiterninae. Contra Forulis Amiternum itum esse et ratio docet et silices viae adhuc superstites (Annali 1834 p. 119). Mihi schema sic fere videtur restituendum:



ut altera pars et Salariae Interamnatis et Claudiae novae in Peut. desit, indicetur vero diverticulum aliud Aveia Albam pergens ad Valeriam. Numeros corruptos omisi. Rectum iter Coppito Aveiam in mappa Zannoniana inveni M. P. XII, Aveia Corfinium M. P. XXI; quae summae cum intervallo Forulis Pitinum quod non explent M. P. XLVII lapidis n. 6265, certo fit propter flexus viae ad evitandos clivos prope Popolum adhuc valde incommodos. Ad Peltuinum transiisse viam vel id probat, quod duo curatores huius viae Claudiae occurrunt in titulis Peltuinatibus n. 6039. 6040.

VII. SAMNITICA.

6266 columna in opp. Montis Nigri Domi prope antiquum tribunal (v. n. 5185) affixa eccl. matrici.

	scribe:
D· D· N· N· FIL......	D· D· N· N FLAVIIS
VALENTINIAI........	VALENTINIANO· ET
VALENTIS PERPEISTA...	VALENTI.........SEM
PERAVSTIS B· OREL...	PER AVGVSTIS BONO REI
R MA TIS........	P· NATIS

Stephanissus exscripsit Antinorio.

Cuiusnam viae sit, indagare non potui; nulla enim prope Iuvanum transit ex iis quas exhibent itineraria.

VIII. NEAPOLITANAE.

Neapolis et Puteoli iungebantur cum Appia et via ad Appiam adiuncta Capua Regium petente tribus propriis itineribus Sinuessam, Capuam, Nuceriam stratis his fere stationibus.

1. *Sinuessam ad Appiam.*

tab. Peut.:	*geogr. Rav.* IV, 32. V, 2.:		*itin. Ant.:*	
Neapolis	Neapolis		Neapolis	
...			X	
......	Crypta			
V				
Puteolis	Puteoli		Puteoli	
...			III	
in vinias	in viniis			
III				
Cumas	Cumas		Cumis	III
VI		Baias	VI	Baiae
Literno	Liternum		Liternum	III
XII		Misium		Misenum
Vulturno	Bulturnum			
XII			XXIV	
Safo	Safon			
VII				
Sinuessa	Sinuessa		Sinuessa	

Crypta etsi in tabula non nominatur, tamen pingi eam ibi nemo non animadvertet postquam indicavit nobis Ravennas. — Ad cippos quod attinet, eius partis quam primus stravit Domitianus et nuncupavit viam Domitianam (Dio 67, 14. Stat. silv. IV, 3) Sinuessa Puteolos, nulli omnino supersunt genuini, ut ne id quidem sciamus unde milia ibi numerata sint. Contra viae Puteolis munitae Neapolim, ductae non per cryptam Pausilypi, sed per Vomeris colles, quae antiquior videtur fuisse, aliquot miliarii supersunt, qui videntur numerare milia a Puteolis potius quam a Neapoli; Soccavi enim quintus, Antignani prope Neapolim octavus lapis repertus est. Sunt autem hi.

6267 rep. a. 1604 in via Puteolana *Cap.* Puteolis *Morm.*

IMP· CAESAR· DIVI· NERVÁE· F
NERVA· TRAIANVS· AVG· GERMANICVS
PONT· MAX· TRIB· POT· VI· IMP· II
COS· IIII· PATER· PATRIAE· VIAM
NOVAM· RELICTIS· ANTIQVI· ITINERIS

p. Chr. 102

Capacc. (1607) l. II. c. 5 p. 421 allato cippo n. 6268 cum n. VIII ita pergit 'huic similis anno praeterito [praef. scripta est a. 1605] in via Puteolana repertus; haec tamen in fine diversa leguntur: VIAM· NOVAM· RELICTIS· ANTIQVI· ITINERIS....,' quae Pratillius p. 176 citando ita corrupit: VIAM· NOVAM· A· PVTEOL...RELICTIS· ANTIQVIS· ITINER.... Edidit ut supra dedi Mormile (1617) descr. di Pozzuolo n. 20, non ex Mazzella quidem perpetuo alioquin Mormilis auctore, sed fortasse ex Capaccio. Fractam esse in fine non notavit Morm.

6268 tribus exemplis extat in cippis n. V et n. VIII et incerto. Cippus n. V rep. est Soccavi VI p. a Puteolis, II a Neapoli in angulo aedium rusticarum loco antiquo, si recte iudicavit Scherillo, cuius de hac via verba addemus: '*Da questa colonna e dalle tracce tuttavia visibili e dalle lastre in tutto simili a quelle dell' Appia si rileva, che la strada Antiniana dopo di aver traversato i monti Leucogei (della Solfatara) al trivio della taverna delle rose si divideva in due braccia, uno che in retta linea conduceva per la grotta a Napoli, e l'altro che piegando a sinistra sino al ponte di Fuorigrotta montava dolcemente per la collina di Wenzel (Canzanella), dal quale punto per la Scampia riusciva a Napoli medesima per le Case Puntellate.*' — n. VIII Antignani proxime Neapolim *(al Vomero)* in fundo Decii Bernalli *Cap.*; Antignani prope conventum PP. Praedicatorum *Pratilli* p. 176. 203. — Exemplum numero carens Neapoli in columna hortorum comitis Mataloni extra portam Regalem collocat *Mich. Reg.*, idemque videtur esse quod refert *Pontan.* loco non indicato, unde plerique exscriptores eius *Apianus Manutius Gruterus* 177 alii Venusiae tribuerunt sine ulla causa. Puteolis denique quod collocat *Mazzella* (inde *Grut.* 190 et fortasse *Fabrett.*), verum esse potest, sed fidem ei nullam esse saepe vidimus, praesertim in locis indicandis.

V
IMP· CAESAR· DIVI
NERVAE· F· NERVA
TRAIANVS· AVGV*STVS*
GERMANICVS· *PONTIF*
MAXIMVS· TRIB*VNI*c*IA*
POTESTATE· VI· IMP· *II*
COS· IIII· PATER· PATRIAE
INCOHATAM· A· DIVO· NERVA
PATRE· SVO· PERAGENDAM
CVRAVIT

p. Chr. 102

n. V refert unus Iohannes Scherillo *dell' aria di Baja al tempo de' Romani* Nap. 1844. — n. VIII servavit Capaccius l. II c. 5 p. 421, unde repetivit Pratillius p. 176. 203, addens se vidisse loco a Cap. indicato aut eandem aut similem columnam numero VII signatam. — Tertium exemplum numero carens exhibent Mich. Regiensis f. 94 ex schedis, puto, Kiriaci; Pontanus de asp. l. II (p. 70 ed. 1538), unde pendent sequentes omnes (Val. Prob. ed. 1525 f. 79; Apian. 99, 2; Panvin. fast. ad a. 855; Manut. orth. 431, 2; Smet. 145, 17 ex Apiano; Grut. 177, 2 ex Apiano et Io. Pontano; Lupoli iter Venus. p. 300, qui male citat Mur. 425; Mazzella antiqu. Put. p. 8 et inscr. Puteol. n. 4, inde Grut. 190, 3; Pratilli p. 30 ex Apiano) omnesque omittunt 1 numerum et 4 AVGVSTVS; quos errores cum item admiserit exemplum Fabrettii col. col. Trai. p. 278, quod Norisius cum marmore conferendum curasse dicitur, id ipsum quoque ex communi fonte derivatum sit oportet. — Repraesentavi exemplum Scherillianum suppletis quae in eo desunt litteris ex Kiriaco, quas inclinari iussi. V. l. Michaelis et Pontani in incerto, Capaccii in octavo, quorum nullus vv. ordinem servavit, haec est. — 1 de numero vide supra. — 2 D· Pont. — 4 AVGVSTVS Kir., AVG· Cap., om. Pont. — 5 PONTIF Kir., PONT· II Cap., PONT· Pont. — 6 MAX Kir. Pont. — TRIBVNITIA Kir., TRIB Pont. Cap. — 7 POT· Pont. Cap. — II punctatis litteris Scher. — 8 CONS Pont. — IIII om. Kir., III Cap. — P· P· Pont. — 9 INCOHATAM Scherillo Pont., qui huius voc. causa citat; INCHOATAM Kir. Cap. — D· Kir. Pont. — 10 SVAM Pont. pro SVO. — PERAGAM Kir., PERFICIENDAM Pont.

6269 rep. extra cryptam Neapolitanam in villa Mansorum *Fab. Giord.*; Puteolis *Mazz.*

IMP· CAESAR· L· SEPTIMIVS
SEVERVS· PIVS· PERTINAX· AVG
ARABIC· ADIAB· PARTHICVS· MAXIMVS
PONTIFEX· MAX· TRIB· POT· VIIII
IMP· XI· COS· II· P· P· PROCOS· ET
IMP· CAESAR· MARCVS· AVREL
ANTONINVS· PIVS· AVG· TRIB
POT· IIII· PROCOS //////////
V ////// SET ////////RE
A ///////// CID P· XI

p. Chr. 201

Fabius Giordanus et in excerptis Minieri-Riccii et in Brancaccianis; Mazzella antiquit. Put. p. 8 et inscr. Puteol. n. 3 (inde Grut. 157, 7, Capacc. hist. Put. p. 4. hist. Neap. l. II c. 24 p. 710) qui interpolavit. Superaddidit suam interpolationem Pratillius p. 202. — Mazz. vv. aliter divisit. — 1 CAES· Mazz. n. 3. — SEPTIMVS Mazz. p. 8. — 2 AVGVSTVS Mazz. — 3 ARAB· Giord. Riccii. — PARTICVS Mazz. p. 8. — 4 PONTIFEX· MAX om. Mazz. — PONT pro POT Mazz. — VIII Giord. Riccii; IX Mazz. — XII· COSS· II Mazz. — PROCONS Mazz. p. 8. — 6 CAES· Mazz. n. 3. — AVRELIVS Mazz. — 9 V...S om. Giord. sched. Brancacc. — 8. 9. 10 PROCOS· E· VIAS· RESTIT· A· PVT (PVTEOL n. 3) Mazz. (om. ∞· P· XI); unde effecit Pratillius VIAS· RESTIT*uit*· A· PVTEOL*is neaPOlim Et CaPuam.* In litura periisse nomen Getae ex n. 6270 apparet, probaque est prima E Mazzellae residua ex ET.

6270 extat in mus. Borb. hon. col. 14. Collata n. 6269 ad viam inter Puteolos et Neapolim hoc anno refectam pertinuisse hanc apparet.

IMP· CAES· L· SEPTIMIVS
SEVERVS · PIVS · PERTINAX
AVG · ARABIC · ADIABENIC
PARTHIC · MAXIM · PONTIF
MAXIMVS · TRIB · POT · VIIII p. Chr. 201]
IMP· XI· COS· II· P· P· DESIG· III
PROCOS · ET
IMP CAES· M· AVRELIVS
ANTONINVS · PIVS · AVGVST
TRIB· POT· IIII· DESIGNAT· COS
PROCOS · ET
P· SEPTIMIVS· GETA· NOBILISS
CAES
MVRVM· ADDEFENSION· VIAE· VETVSTATE CON
LABSVM RESTITVERVNT

Descripsi; ea quoque quae scalpro erasa sunt commode adhuc leguntur. Munera in hoc titulo a priori eo differunt, quod hic additi sunt designationes consulatus publice editae fortasse inter incidendum; quo factum est, ut extra ordinem adscriberetur DESIG· III post P· P.

6271 ad Gaiolam rep. *Giord. Riccii,* qui est scopulus inter Nisitam et promontorium Pausilypi, vallisque Gaiolae dicitur angusta ora ad extremum Pausilypum, unde monte perforato per cryptam quae dicitur Seiani a. 1840 denuo repertam et patefactam itur Neapoli Puteolos. Ad viam maritimam cuius causa haec crypta aperta est, diversam ab altera qua per colles petebantur Puteoli, tertiaque per cryptam hodie celebrem transeunte, cippus hic olim videtur stetisse, quem in aedibus card. Spinellii ponit *Giord. Brancaccianus* (quod tamen rursum deletum est in codice); Neapoli simpliciter *Grut.;* *'in un cantone d'Echia regione della piazza di S. Spirito' Summ.;* Echiae in hortis Al. Toletani *Cap.;* denique 'alicubi in regno Neapolitano' *Mur.*, si quidem idem exemplum refert.

VII
D · N
FL · VAL
CONSTANTINO
PIO · FEL
INVICTO · AVG
DIVI · CONSTANTI
PII · FILIO

Sched. Giordani et Riccii et Brancacc.; Grut. 1078, 9 (vidit Sirmond.); Summonte (1602) t. I p. 335; Capacc. l. II c. 2 p. 402; Pratilli p. 31. Mur. app. 6, 6 e schedis Goetzianis eundem an similem cippum ediderit, dubitari potest. — 3 FLAV· Summ. Cap. — 4 COSTANTINO Summ. — 5 om. Giord. — 6 AVGVSTO Cap. — 7 COSTANTII Giord. Riccii, COSTANTINI Summ., CONSTANTINI Cap. — 8 FIL Summ. — Muratorianum exemplum appono:

D· N· FL· VAL
CONSTANT
INO · PIO · FE
LICI · INVICTO
.... AVGVSTO
DIVI· CONSTAN
TI · PII· FILIO
.... XVIII

2. *Capuam ad Appiam.*

tab. Peut.:	*geogr. Rav.:*
Neapolis	Neapolis
VIIII	
Atella	Totella
VIIII	
Capua	Caput

Cippi nulli supersunt, quos quidem ad hanc viam pertinuisse constet.

3. *Nuceriam ad viam Campanam Reginam.*

Viam valde confusam in tab. Peut. exegi ad Guidonem Ravennatem paullo accuratius; numeros corruptissimos omisi.

tab. Peut.:	*geogr. Rav.:*	*itin. Ant.:*
Neapoli	Neapolis	Neapolis
Herclanium	Merclanium	
Oplontis	Oplontis	XXIV
Pompeis	Pompeis	
	Sarnum	
Nuceria — Stabios	Nuceria — Stabias	Nuceria
templum Minervae	Minerba	
Surrento	Surentum	

6272 antea Resinae ante coenobium Augustinianorum ad Herculaneum antiquum, nunc in mus. Borb. inter miscellanea.

DN· IMP CAES·
M· AVRELI· VALERI·
MAXENTI · INVICTI
AVG
VI

ego:	*Rosini:*
D//////////////////////	D· N· IMP
FL VAL/·///AN	FL · VAL · CONSTAN
TINO	TINO
AVGASTO *sic*	AVGASTO

Descripsi. Maxentii titulum ed. Pococke p. 72 n. 1 (cf. eius *Beschreibung des Morgenlandes* vol. III p. 288), utrumque aeri incidit Rosini diss. isag. p. 27 tab. I n. 1.

Sequuntur tituli ad Neapolim reperti qui ad quam viam ex tribus illis referantur non constat.

6273 columna rep. a. 1744 Neapoli in aedibus e regione eccl. S. Cosmae et Damiani reficiendis *Pratilli.* Extat ibidem in aedibus Finizio *a' Banchi nuovi.*

IMP CAESAR
DIVI TRAIANI
PARTHICI · F
DIVI NERVAE N
TRAIANVS
HADRIANVS
AVGVSTVS
PONTIF MAXIM
TRIB POT V COS III p. Chr. 121/2
FECIT

Descripsi. Ed. Pratilli p. 203. 444 accurate; Gervasio iscr. di Nap. p. 43.

6274 col. mil. quae videtur esse rescripta in museo Borb. inter Pompeiana iacens. In agro Neapolitano repertam esse non constat, sed probabile est.

VIIII
IMP CAES
DIVI COSTANTI
FILIO FL VALERIO
COSTANTINO P F
INVICTO AVC COS
III IMP VIIII· PP· A/c p. Chr. 313/4
LIBERATORI/
sic VRBIS TER/rar

Descripsi.

6275 in suburbano prope Mergellinam *Giord.;* olim ad viam publicam in vestibulo parochialis ecclesiae pagi suburbani S. Iohannis ad Theducium, nunc in pariete eius aedis affixa *Ignarra* et *Rosini.* Cuius viae fuerint non liquet, Giordanus enim vidit Neapolim inter et Pausilypum, duo viri Ignarra et Rosinius ad alteram viam Herculaneum versus; putaverim tamen ad hanc potius pertinuisse et Giordanum titulum descripsisse in hortis viri cuiusdam antiquitatis studiosi.

Rosini:	*Giordano:*
DDDNNNASSS	DDD· NNN
BALENTINIANO	VALENTINIANO· THEODOSIO
TIVDOSIO ET	ET· ARCADIO· V· C· C· C
ARCADIO	BONO· REIP
BONO REIPVBCE	NAT
NATI	CONSTANTINI
	FILIIS

Giordan. ms. et Riccii et Brancacc.; Ignarra de phratriis p. 215; Rosini diss. isag. p. 27 tab. I, n. 2. — Ignarra consentit cum Rosinio, nisi quod in fine puncta ponit; contra Giordanus eiusdem tituli aliud exemplum videtur vidisse. In Brancacc. fuit 2 VALENTINIANO et 7 afuit.

IX. CAPVA REGIVM.

6276 Pollae in caupona ad viam regiam *vidi ego*, eodemque redeunt antiquiorum loci indicationes: Tegeani *Pont.*, nempe in valle Tegeanensi; Pollae in caupona *Grut. Holst. Gualter.*, qui repertam ait in villa S. Petri proxima; in principatu (citeriori) ad basim *Apian. Waelsc.* f. 4. Sub Atina repertum esse lapidem Atinates quidam mihi affirmaverunt rationibus tamen non additis. Omnino ex quo lapis innotuit, semper visus est Pollae.

VIAM · FECEI · AB · REGIO · AD · CAPVAM · ET
IN · EA · VIA · PONTEIS · OMNEIS · MILIARIOS
TABELARIOSQVE · POSEIVEI · HINCE · SVNT
NOVCERIAM · MEILIA · ↆI · CAPVAM · XXCIIII
MVRANVM · ↆXXIIII · COSENTIAM · CXXIII
VALENTIAM · CↆXXX■ · AD · FRETVM · AD
STATVAM · CCXXXI■ · REGIVM · CCXXXVII
SVMA · AF · CAPVA · REGIVM · MEILIA · CCC
ET · EIDEM · PRAETOR · IN ⌊XXI■⌋
SICILIA · FVGITEIVOS · ITALICORVM
CONQVAEISIVEI · REDIDEIQVE
HOMINES · DCCCCXVII · EIDEMQVE
PRIMVS · FECEI · VT · DE · AGRO · POPLICO
ARATORIBVS · CEDERENT · PAASTORES
FORVM · AEDISQVE · POPLICAS · HEIC · FECEI

Descripsi et charta expressi. Apian. 104, 4 et 495, 2; Manut. orth. 682, 2; Smet. 1, 12 ex Pontani libro; cod. Waelscapple f. 3 'ex misso exemplari Hadr. Guilhelmi' et f. 4 addita v. l. Pontani diversa a Smetiana; Grut. 150, 6 e Smetio, 150, 7 ex schedis Celsi Cittadini potissimum qui descripsit addita v. l. ex schedis Ant. Augustini, Antonii Verderi, Io. Vinc. Pinellii, Ursini, Vorstii, Gudii (qui minime vidit; excerpta ex lapide leguntur in sylloge eius ms. 31, 5. 873, 7, ed. 72, 6); Gualter. Sicil. n. 396 ex lapide; Cluver. p. 296 additis Holstenii notis p. 292. 302 (in notis ms. ad Bergierum de viis quae extant Halis Saxonum Holstenius ait Pollae recitante se Cluverium eam scripsisse); Pacichelli nov. mem. de' viaggi 1690 t. II p. 128; Morisani inscr. Reg. p. 172 sq. fuse de titulo commentatus; *Voyage pittoresque de Naples* III p. 151; Swinburne *travels* IV, 313; Tommasini *Spatziergang* p. 41; Albirosa p. 66; Guarini var. mon. 1835 p. 64 ab Abbatimarco; Garrucci Lig. Beb. p. 41, cf. opp. arch. I p. 250. — Magistratus nomen deest lapide integro videturque scriptum fuisse in alio lapide, epistylio fortasse litteris maioribus incisum. Quod multi addunt initio (primus quantum vidi dedit Grut. ed. 2) M · AQVILIVS · M · F · GALLVS · PROCOS mera coniectura est, cuius ne fundamentum quidem novi neque novit Holstenius qui in notis ineditis ad Bergier. 'Celsus Cittadinus, inquit, in litteris ad Abrahamum Ortelium vocat viam Aquiliam, uescio quo auctore, v. thesaur. geograph. [Ortelii] v. Nerulum.' Fortasse nomen illud petivit sciolus aliquis ex Livio l. XLI, 16. epit. 69. Deest potius, quod recte vidit Mannert Geogr. IX p. 146, nomen Popilii cuiusdam, qui via facta ad Pollam Forum fecit Popilii a suo nomine dictum signatumque in Peutingeriana. V. l. non dabo nisi Gualterii, qui optime dedit, et Garruccii, qui postremum. — 2 MEILIARIOS Gualt. — 3 TABELLARIOSVE Garr. — 4 XXCII Garr. — 6. 7. 8 figurae quadratae oblongae quae numeris adduntur quid significent ignoro, sed iis neglectis rationes constare video. Garruccius ibi olim fuisse putat numeros male a lapicida positos posteaque sublatos, quod verum videtur esse. — 7 CCXXXVI Garr. — 8 A · F Gualt. — 11 CONQVAESIVEI Gualt. — 12 DCCCXVII Garr. — 13 POBLICO Gualt. — 14 CEDERET Garr. — 15 FEC Garr.

Eadem via etsi tramite fortasse alicubi paullo mutato reperitur in itinerariis, quorum schema cum lapide compositum adiungam:

lapis:	*tab. Peut.:*	*geogr. Rav.:*	*itin.:*	
Capua	Capua	Capua	Capua	
	VIIII			
	Suessula	Suscellus Suesula	XXI	
	VIIII			
XXXIII	Nola	Nola	Nola	
	V			
	ad Teglanum		XVI	
	VIIII			
Nuceria	Nuceria	Nuceria Constantia	Nuceria Constantia	
	VIII			
	Salerno		Salernum	
	XII		XXV	
	Icentiae	Picentia		
	VIIII			
LI	Silarum fl.	Silaron	ad Tanarum (*scr.* ad Calorem)	
	VIIII			
	Nares Lucanas	Nares Lucanis		
	VIIII			
	Acerronia	Aceronia	XXIV	
	V			
[Forum Popilii?]	Foro Popili	Foro Populi	ad Calorem (*scr.* ad Tanagrum)	
	XVI?		XXV (*scr.* XV)	
	vico Mendicoleo	vico Mendilegio	in Marcelliana	
LXXIV			XXI	
			Caesariana	
	XXVI?		XXIII	
	Nerulos	Nerbulos	Nerulo	
	XXVIII?		XVI (XIV)	
Muranum	Nteramni	Interamnium	Summurano	
	VIII?		XXI	
	Caprasia	Capratia	Caprasis	
XLIX	XXVI?		XXVIII	
	Crater fl.	Cratia		
	XVIII?			
Cosentia	Contentia	Consentia	Consentia	
	XX		XVIII	
	Temsa	Terisa	ad fl. Sabatum	
	XI		XVIII	
LVII	aque ange	aqua natiae		
	VIII (*scr.* XVIII)		ad turris	XIII
	Annicia	angila	XXI	
	...			
Valentia	Vibona Balentia	Bibona Balentia	Vibona	ad fl. Angitulam
	XXIII		XVIII	
LI	Tauriana	Tauriana	Nicotera	XXV
	XII		XXIV	
	Arciade	Arciades	ad Mallias	
	XII		XIV	
ad fretum ad statuam	....	columna Rhegia	ad columnam	
VI	XVII			
Regium	Regio	Rhegio Iulii		

Itur Capua per Suessulam (non longe a Maddaloni) Nolam, inde per locum ad Teglanum ignotum Nuceriam, quo Capua numerat lapis M. P. XXXIII, tabula XXXII, itinerarium alicubi corruptum XXXVII. Nuceria pergit via Salernum, Picentiam (Vicenza), ad fluvios Silarum (Sele) et Calorem (Calore) proximos iam et mox sese iuncturos, unde modo hic modo ille pro statione nominatur, inde per locos ignotos Nares Lucanas et Acerroniam ad forum Popilii (Polla), sive ad Tanagrum ut ait Hin., id est ad fl. Negro qui vallem Dianensem percurrit. Nuceria Pollam numerat lapis M. P. LI, tabula Peut. LII, ad Tanagrum itin. M. P. XLIX, quod inde non differt nisi electo diversorio paullo propius ab Auletta sito. Polla venitur in Marcelliana sub Consilino situs et ipso incerti (vide quae notavimus ad n. 109*); unde in tab. Peut. valde hic confusa statio superscripta Cosilianum huc referenda videtur. A Marcellianis itur in Caesariana, quae redeunt in itinere maritimo, ubi Cesernia scribuntur, in tab. Peut. inter Paestum et Blandam, apud geogr. Rav. post Buxentum (Policastro) et Veneris aedem ante Blandam (quae videtur fuisse prope Maratea); porro Nerulos (fortasse prope Rotondam ad fl. Nerino qui iungitur Lao) indeque Muranum, quod adhuc nomino antiquo appellatur. Vicus Mendicoleus sive Medilegius in tab. Peut. et apud Ravenn. respondere videtur quodammodo Caesarianis videturque fuisse diversorium paullo inde distans. Polla Muranum lapis numerat M. P. LXXIV; itinerarium (nam tab. Peut. numeri a Polla Consentiam corrupti sunt et traiecti) a Tanagro Muranum M. P. LXXXVII vel LXXXV, unde deductis M. P. II a Tanagro Pollam restant M. P. LXXXV vel LXXXIII. Error igitur est in numero et una X delenda in intervallo ut puto a Tanagro ad Marcelliana, quae prope Padulam ad S. Iohannis in fonte in extrema valle Tegeanensi fuisse non sine aliqua specie veri quidam proposuerunt; eaque emendatione admissa reliqui numeri cum tabula Zannoniana non male conveniunt. Murano Consentiam (Cosenza) et lapis et itinerarium summa concordia numerant M. P. XLIX, unde de locis interpositis Interamna (inter Nerulos et Caprasias) Caprasiis (fere prope Tarsiam) coniectura facienda est; fluvium Crathin norunt omnes. Eadem concordia lapis et itinerarium numerant Consentia Valentiam M. P. LVII; transit via ad lapidem XVIII fl. Sabatum (nunc Savuto) tangitque post duo milia proximam Sabato Terinam (de hac enim magis intelligo tab. et Rav. quam de vicina Tempsa, quae apud eos occurrit in itinere maritimo); sequuntur ad lapidem XXXI aquae Angae sive Natiae (quae videntur esse *li Bagni* prope S. Eufemia), ad lap. XXXVI statio ad turres, ad lapidem XLIX transitur Angitula fluvius adhuc sic dictus, demum ad lapidem LVII adest Valentia. Denique Valentia ad columnam lapis numerat M. P. LI, Regium M. P. LVII, tab. Peut. Regium LXIV, itin. ad columnam LVI. Ad stationes quod attinet, expuli Agellum et Amantiam, i. e. Amanteam et Ajellum oppida prope Consentiam, quae in altero catalogo male intrusit geogr. Rav. inter Vibonem et Tauriana. Restant Nicotera, quae retinet nomen antiquum, Tauriana, Arciades, ad Mallias, de quibus parum constat, denique columna (ad vicum *la Catona*) ipsumque Regium Iulium.

Ad hanc viam milium passuum CCCXXI si ubivis cippos miliarios lapideos posuissent Romani, certe unus alterve adhuc superesset; videntur magis stetisse eius modi cippi in tractu tantum Capua Salernum (de cippo in agro Salano reperto cf. n. 6298. 6301 b), quales hos reperi:

6277 Nolae in columna ex marmore Africano olim ante aedes Capecelatri, nunc in seminario; ab altera parte legitur n. 6278.

//////I//////
M
MAXENTI
INVICTI AC
PERPETVI
AVG

Descripsi. Ed. Capacc. p. 466 (inde Reines. III, 58); Remondini stor. I, 41, iscr. del semin. n. 3 neque ex alia petita sunt quae refert Pocockius p. 68 n. 8 PERPE... | AVG..... — init. D· M | MAXENTII Cap.

6278 ab altera parte n. 6277.

D· N
CL· IVLIANO
PIO FELICI VICT
AVG
BONO REI
PVBL· NATO

Descripsi. Ed. ut puto Capacc. p. 466 sic: INVICTO· AC· PERPETVO· AVGVSTO· BONO· REIP· NATO, nam idem anticam exhibet neque qui Capaccium novit sic titulum hunc more Capacciano referri potuisse negabit; certe Remondini stor. I, 42, iscr. del sem. n. 4.

6279 terminus olim Roccarajnolae (IV p. a Nola media est inter Avellam Arienzum Nolam) in foro ante eccl. S. Angeli, deinde Nolae in seminario ubi nunc non extat. Ex loco ubi repertus est, referres ad cippos inter Suessulam et Nolam olim statutos; quod tamen numerus non patitur.

traditur:	*quod videtur esse:*
AB· T· IMP	*cur*AVIT· M· P
XXV	XXV

Remondini storia I, 298, iscr. del sem. n. 6. — 2 xxxv Storia.

6280 Salerni in collegio Iesuitarum. Notandum est non Capua, sed Nuceria milia numerari.

IMP· CAESAR
M· ANTONIVS· GOR
DIANVS· PIVS· FELIX
AVG· PONTIF· MAXI
mVs triB POTEST· V· COS II — p. Chr. 242
P P PROCOS VIAM
QVAE A NVCERIAM SALER
num VSQVE PORRIGITVR
*diu*TINA INCVRIA PROR
*sus c*ORRVPTAM PROVI
DENTIA SVA REDDITO OR
*d*INARIO VECTIGALI TVTE
lae EIVS RESTITVIT
II

Descripsi. Male exhibuit Garrucci in libro lithographice delineato neque vulgato de antiquitatibus Salernitanis; edidi ego et explicavi Bull. dell' Inst. 1847 p. 175; denique Garruccius (opp. arch. I p. 247 sq.) errores confessus lectionem emendavit neque tamen supplementa distinxit a litteris antiquis.

X. REGINA.

Regio via munita est versus promontorium *della Saetta*, quae utrum finiverit intra agrum Reginum an ultra perrexerit Locros versus per oram maritimam, mihi non constat. Eius viae hi cippi extant.

6281 rep. utraque prope Pentedattolo in vico Meliti; lapis signatus XX extat in ecclesia quadam sub vase aquae sacrae.

mil. XX Logoteta:	*mil. XX Voy.:*	*mil. XXI Logoteta·*
	D· N	D· N
C· FLAV· GALER· LICINIVS	F· VALER· CONSTANTINO	C...F GALE
	INVICTO	LICINIO
AVG· BONO· OMNIVM	AVG· BONO· OMNIVM	
NATVS	NATVS· ET	
D· D· D· N· N· N	D· D· D· N· N· N· DELMATIO	D D N N
CRISPO· LICINIANO	CRISPO	RISP...
ET· CONSTANTINO	ET· CONSTANTINO	CINIANO
NNN· OOO· BBB· CAESSS	NNN· OOO· BBB· CAESSS	OBON
M· XX	M· XX	RP· NATO
		M· XXI

Miliarium XX ediderunt *Voyage pittoresque de Naples et Sicile* t. III p. 125 et Logoteta tempio d'Iside p. 72, cui descripsit Antonius Cilla Pentedattilensis; mil. XXI solus Logoteta l. c. — Cum de Caesaribus duobus Crispo et Constantino II constet, exclusus est Delmatius Caesar 335—337, qui non potest nominari cum Crispo Caesare 317—326; contra admittendus est Licinianus vel potius Licinius filius Caesar cum Crispo et Constantino 317—323; intra quos annos titulus scriptus est. Augusti igitur nominandi fuerunt Constantinus et Licinius patres.

6282 S. Dominicae quae est villa Reginorum in S. Laurentio in colle; qui locus ubi fuerit, non constat, quare non est nisi coniectura quamvis probabilis ad viae Pentedattilensis miliarium VI titulum olim stetisse.

	ad latus:
...VS· M· AVR	D···N
L MAXENTIVS	ǂAVS
INVICTVS AC	
PERPETVVS SEMPER	
AVGVSTVS	
M P VI	
AVGG	
ET VALENTI	
*va*LENTINIANO	
D D N N	
bono reip NATO	

Gualt. inscr. Sic. n. 367. 368. Doni III, 71 (inde Donat. 222, 3) ex schedis Vaticanis. — 1 ...VS, 2 in. L ad alium titulum pertinere puto. — 9 VALENTINIANO Don. — Litt. in latere om. Don.

XI. APPIA. *Capua Beneventum.*

6283 in anticis miliariorum XIV. XVI. Cf. n. 6285 *c*.

IMP· CAESAR· DIVI· F
AVGVSTVS· COS· XI
TRIB· POTEST· VII
S· C
XIV

n. XIV ed. Lettieri Suessola p. 93; Lupoli iter Venus. p. 302.

n. XVI descripsi; vidit Holstenius qui citat ad Cluv. p. 267. 268 et a quo pendet Gud. ms. 220, 2, ed. 86, 1 (ex Gudio de Vita cl. IV n. 2); Chaupy maison d'Horace III, 483; Lettieri Suessola p. 91; Daniele le forche Caud. p. XVI ed. 1778, p. 29 ed. 1811; Bartolini viaggio alle forche Caud. p. 40. Interpolavit Pratilli p. 393.

V. 1. haec est. — 1 CAES· in col. XIV uterque. — 2 //VGVSTVS· COS· X// ego et X// etiam Holst. in XVI; plenum versum dant auct. in col. XIV et ex supplemento in col. XVI Lett. Dan. Bart. — 3 POTES· Lett. in col. XIV. — 4 sic in col. XIV uterque, Lett. Bart. ego in col. XVI; X· S· C Don., EX· S· C Gud. — Numerum in col. XVI nemo legit intelligiturque tantum ex postica.

6284 in miliarii XIV postica et incerto Caudino. Tertium exemplum vide infra n. 6292 *a*.

D N
FLAVIO
VALERIO
CONSTANT
PIO· FELICI
INVICTO· AVG
DIVI· CONSTANT
PII· FILIO

BONO· REI
PVBLICE· NATO
M· XIV

Descripsi incertum; n. XIV edidit Lettieri una cum antica (v. n. 6283); Lupoli non habet. Utrum eundem cippum viderim quem Lettierius edidit an aliud exemplum dubito; certe neque anticam neque numerum observavi. De lectione mihi convenit cum Lettierio, nisi quod hic 7 CONSTANTI.

6285 in miliarii XVI postica et duobus incertis Calatinis. Cf. n. 6293. 6294 alia horum titulorum exempla in cippis Traianae.

a

D N FL CLAVDIO
IVLIANO PIO FEL
INVICTO AVG
DDD· NNN· THEODOSI
ARCADI· HONORI
BONO·REI·P·NATVS *sic*
M· XVI
DDD· NNN· VALEN
NIANO· THAN
ET· ARCADIO

Descripsi; exhibent iidem qui anticam n. 6283 dederunt. — 4 THEODO ego, male puto; nam THEODOSI add. *sic* Dan. Bart., THEODOSIO Gud., THAEODOSI Lett. — 9 THAI Gud. ms., THAEOD Lett., THEO Dan. Bart.

b

....AVG...
....
M.....
D· D· D· N· N· N
THEODOS
ARCADI· ET
HONORI

Lettieri p. 96; in eadem columna *Voy. pitt. de Naples* III (1783) p. 4 non legit nisi D· D· D. Posticam in muro latere notat Lett.

c

superne apparent vestigia litterarum grandium, quales sunt litterae in Caudinis columnis Caesaris Augusti

D· D· D· N· N· N· VALEN
TINIANO· THEOD
ET ARCAD

Lettieri p. 96.

ITINERARIVM.

Capua Calatiam *M. P. VI*

n. VI (inscriptio reliqua periit) in columna miliaria ad angulum ecclesiae *S. Giacomo delle Galazze* litteris antiquis et pervetustis scriptum paullo ante quam lapis frangeretur agnovit Daniele (le forche Caud. p. V. ed. 1778); vidit fortasse eundem cippum Holsten. (ad Cluver. p. 268) neque tamen quidquam in eo legit.

Calatia ad Novas *M. P. VI* *a Capua M. P. XII*

n. ..... (= 6285 b) Arienzi in coenobio monachorum *Voy. pitt.*; Arienzi in monasterio PP. Virginianorum olim in macerie hortorum, deinde in scala qua ex via publica ascenditur in crepidinem ante eorum ecclesiam *Lett.*

n. ..... (= 6285 c) rep. ad cauponam *della Tavernola* s. *Taverna dell' Olmo,* deinde muro hortorum Lettierii inserta *Lett.*; qui hanc putat esse columnam quam vidit neque descripsit Holstenius (ad Cluver. p. 268) in pago S. Mariae in vico e regione Arienzi.

a Novis Caudium *M. P. IX* *a Capua M. P. XXI*

n. XIV (= 6283. 6284) in valle quadam prope Forchiam (Durazzanensem intellige) *Lettieri.* Idem notat et hunc cippum et n. XVI repertos esse in via antiqua hodie derelicta quae ducit ad conventum PP. Franciscanorum S. M. Gratiarum nuncupatum remanetque a dextra eunti Neapoli Beneventum.

n. ..... similem praecedenti n. XIV repertum in valle Caudina M. p. post lapidem XIV, ut XV fuerit necesse sit, translatumque inde in pagum Arienzi *Capo di Conca* dictum in aedes Marconis Diglio vidit Lettieri p. 93, inscriptionem plane evanidam esse affirmans. Quod idem opinatur hunc lapidem ipsum esse XIV postea erasum alioque delatum, neque loco, ubi inventus est hic quem XV credo, neque aliis rationibus convenit.

n. XVI (= 6283. 6285 a) e regione pagi Forchiae (Durazzanensem intellige) M. p. ab Arpaja per aquas pluvias detecta *Gud.*; sub Forchia nuper rep. *Holst.*; prope Forchiam *al Crocefisso* in praedio Maffeiorum *Lett.*; nunc Arpajae in foro.

n. ..... (= 6284) Arpajae in foro *vidi.*

Caudio Beneventum *M. P. XI* *a Capua M. P. XXXII*

6286 prope Montesarchium rep. *all' Ariello* ad pontem viae Appiae vicinum, nunc extat Montetesarchii in aedibus Nicolai Palombae.

IMP· CAESAR
M· AVRELLIVS *a*NTONI
NVS PIVS AVG*u*STVS
*f*ELIX PARTH MAX
BRITTANN*ic* MAX
GERMANIC*u*S MAX
PONT MAX *tr* POTEST
XVII IMP I////OS· IIII p. Chr. 214
P· P· PRO*c*OS
//N· TIO//////////////L· AB
//D//////////CV////////RVCI IO
NE· RESTITV////////BE//AC
CEV/// , AD//////// /C//OR
SI FL//MINI/////////DE///II

Descripsi.

Huc rectius referenda fuit n. 1409 inscriptio pontis Apelosani a Severo et Caracalla a. p. Chr. 198 restituti.

XII. APPIA. *Benevento Tarentum.*

De via quam Appiam dicebant vel Ciceronis aetate, qua Benevento per Aeclanum et Venusiam Tarentum proficiscebantur, disputavi Bullett. 1848 p. 8. Post viam Traianam munitam neglecta est excepto tractu Benevento Aeclanum celebre hac etiam aetate oppidum, quae civitas viam non publicam sed municipalem Hadriano imperante sibi stravit ad Traianam Herdonias (v. n. 1127. 1128. 1145), ut et ipsa facilius careret Appia antiqua. Eadem via videtur intelligi in Ausculana n. 913, ubi mentio est viae per XLIIII milia passuum ex sententia divi Pii stratae ad Herdonitanam (?) decurionum (Aeclanensium) decreto. Ad illam viae partem XV M. P. solam referuntur cippi qui extant miliarii:

6287 in miliario VIII vel VII, qui lectus est Beneventi ante aedes marchionis Paccae in columnae duobus frustis, et duobus incertis, quorum alter fuit Venticani prope Montem Fuscum in abbatia, alter Aeclani rep. est in agro Gerardi Penta apud quem adservatur, ad lapidem miliarium qui nunc est XLV.

IMP · CAESAR
DIVI · TRAIANI
PARTHICI · F · DIVI
NERVAE · NEPOS
TRAIANVS · HADRIANVS
AVG · PONT · MAX · TRIB
POT · $\overline{VII}$ · COS · $\overline{III}$ p. Chr. 123/4
VIAM · APPIAM · PER
MILLIA · PASSVS
XV · DCCL · LONGA
VETVSTATE AMIS
SAM · ADIECTIS
HS · $\overline{XI}$ · //LVII · AD
HS · $\overline{DLXIX}$ C · QVAE
POSSESSORVS · AGRO
RVM · CONTVLERVNT
FECIT

n. VIII (vel VII) ed. de Vita p. 185 et cl. V n. 4 (inde Donat. 216, 2); Pococke p. 70 n. 12. Venticaninum ed. Mur. 2007, 7 (e schedis Mazae per Comum).

Aeclanensem dedit Guarini spicil. Ecl. 1826 p. 10, fasti ed. 1 p. 220 et in litteris ad Kellermannum datis; praeterea ad exemplum Brunnii Henzen Ann. XVI p. 85. Aeclani quem vidit Chaupyus III, 494 miliarium Traiani *degradé mais non méconnaissable*, aut hunc ipsum aut similem Traiani Hadriani fuisse existimo.

Ad v. 1. quod attinet, numerus superscriptus in Beneventano exemplo VIII est apud Vitam, VII apud Poc.; apud solum Poc. praeterea legitur subscriptus CLX, quo videntur indicari M. P. a Roma; quae si recte supra dinumeravimus CXXXI Roma Capuam, XXXII Capua Beneventum, additis VII vel VIII M. Benevento inveniuntur CLXX vel CLXXI, quod alterutrum restituendum esse iudico. In aliis duobus exemplis neque subscripti neque superscripti numeri observati sunt. — Ceterum sequor Aeclanense exemplum optimum, in quo 10 $\overline{XI}$ $\overline{////LVII}$ Brunn, $\overline{XI}$ CCLVII Guar. fast. et in litt., $\overline{XI}$ XLVII Guar. in spic. — In Beneventano 3 ET Poc. pro F; 5 apud de Vitam deest, apud Poc. legitur dimidiatus sic: ERAMIIΛΛIIADRIII; 6. 7. 8 plane desunt; 9. 10 PASSV‖VM · $\overline{XVI}$ · LONGA de Vita, IASSIVS (om. 10) Poc.; 11 sq. sic exhibentur versibus aliter divisis:

de Vita:

VETVSTATE · AMISSAM
ADIECTIS.......C
.....OSSESSORES
AGRORVM · CONTVLE
RVNT · FECIT

Pococke:

IVTATTAMISSM
ADIEO · ISIIS $\overline{XI}$ BC
O C
AGR CONNE
RVM · ECIP
CLX

Videntur pro accuratis summis cippi Aeclanensis rotundiores ibi scripti fuisse, XVI pro $\overline{XV}$ DCCL, $\overline{C}$ pro $\overline{LVII}$. — Venticaninum fragmentum apponam: IMP · C...‖ DIVI · T...‖ PARTH...‖ NERVAE....‖ NERVA ‖ TRAIANVS ‖ AVG · PONT...‖ TR · POT · VI ‖ VIAM ‖ ....

6288 extat Grottaminardae penes Philippum Buonopane qui unde habuerit frustra quaesivi. Pertinuit cippus aut at viam de qua agimus, cuius lapides miliarii posteriori tempore ab Aeclano numerari potuerunt, aut ad viam Herculiam, quae ab Equo tutico X M. P. fere recta via a Grottaminarda distanti ducebat Venusiam; quamquam sic lapis non ita magnus e loco paullo remotiore Grottaminardam advectus esse putandus est.

DD NN DIOCLE
TIANI ET MAXI
MIANI AVGG ET
CONSTANTI//
//////X////
CAES/ M · P · III

Descripsi; male ed. Guarini ric. Ecl. p. 123. Nomen erasum fuit Galerii Maximiani armentarii, ut in Orell. n. 1058.

ITINERARIVM.

tab. Peut.:	*geogr. Rav.:*	*itin. Ant.:*
Benebento	Beneventum	Beneventum
IIII		
Nueriola	Nucerulas	
VI		XV
Calor fl.	Calor	
V		
Eclano	Eclanon	Eclano
XVI		XXI
sub Romula	sub Murula	sub Romula
XI		
Aquilonia	Aquilonia	XXII
VI		
ponte Aufidi	ponte Aufidi	ponte Aufidi
XVIII		XIX
Venusie	Benusia	Venusium
XXXV		XX
Silutum	Silitum	Silvium
		XIII
XXV	Blera	Blera
		XIV
sub Lubatia	sub Lupacia	sub Lupatia
	Lupicia	XIII
		ad canales
		XX
		Tarentum

Quae stationes maxime a Venusia Tarentum etsi alibi vix nominantur, tamen via satis inde cognoscitur ab Aeclano (prope Mirabellam) transire sub Romulia (*monte Rumulo* prope Carife), inde pergere Aquiloniam *(Lacedogna)*, ad pontem Aufidi (*ponte di S. Venere* inter Lacedognam et Melfium), Venusiam, Silvium Bleram Lupatiam quaerendas in via hodieque usurpata Venusia Gravinam et Castellanetam. Ad Lupatiam inter Altamuram et Materam diverticulum est sinistrorsum in Apuliam Barium, quod notant tab. Peut. et melius Ravennas omissa via principali Lupatia Tarentum. Numeris quos habet itinerarium Antoninianum omnino confidendum esse eo probatur, quod si ad milia CLVII quot ibi numerantur Benevento Tarentum addideris CLXIII, quibus a Roma Beneventum abest, et XLIV quae numerantur in itinerario Tarento Brundisium, efficientur Roma Brundisium per Appiam M. P. CCCLXIII, cum eadem via Roma Brundisium Strabo VI, 3, 7 computet ad M. P. CCCLX.

XIII. TRAIANA. *Benevento Brundisium.*

6289 in permultis cippis qui infra enumerabuntur.

LXXXI
IMP · CAESAR
DIVI · NERVAE · F
NERVA · TRAIANVS
AVG · GERM · DACIC
PONT · MAX · TR · POT
XIII IMP VI COS V — p. Chr. 109/10
P P
VIAM A BENEVENTO
BRVNDISIVM PECVN
SVA FECIT

Exhibui exemplum Cirignolanum a me descriptum, quocum conveniunt omnino numero excepto reliqua vel mihi visa vel ab aliis accurate descripta. Auctores ad singulos cippos adscribere satius duxi.

6290 in cippo incerto Padulano.

IMP · CAESAR
DIVI · NERVAE · F
NERVA · TRAIANVS
AVG · GERM · DAC
PONT · MAX · TR · POT
XIII · IMP · VI · COS · V
P · P
VIAM · ET · PONTES
BENEVENTO · BRVNDISIVM
PECVNIA · SVA

Garrucci ant. de' Lig. Beb. p. 19. — 5 POR, 9 BRVNDVSIVM Garr.

6291 in cippo incerto Canusii ante eccl. S. Sabini.

D · N · IOVIO
LICINIO · IN
VICTO · SEM
PER · AVG

Mola peregr. p. 41 ab amico, e Mola Castaldi p. 14.

6292 in cippis n. XII et incerto Cannensi.

a

XII
D · N
FLAVIO
VALERIO
CONSTANTINO
PIO · FELICI
INVICTO · AVG
*di*VI · CONSTANTI
*pi*I FILIO

sequitur n. 6294 *b*

Vitale p. 8; Lupoli iter Venus. p. 148. — 1 XII Lup. — 2 D om. Lup. — 8 DIVI Vit. — 9 NI FILIO Lup., IMPERIO Vit.

b

. . . .
DIVI · CONSTANTINI
FI · VALERIO
CONSTANTINO
PIO · FEL · INVICTO · AVG
CONS · III · IMP · VIII — p. Chr. 314
P · P · PROCON

Chaupy III, 499 qui legit; Mola peregr. p. 11 ab amico qui transscripsit a. 1769; ex Mola quamquam auctorem citat canonicum Vulturaram Castaldi p. 11. — Chaupy more suo vv. non separavit. — 1 om. Chaupy; CONSTANTII Castaldi. — 2 FI om. Ch. — 5 IMP · VII Chaupy. — 6 PROCOS Ch.

Tituli similes magis quam iidem. Prioris aliud exemplum supra dedimus in miliariis Appiae Capua Benevento n. 6284; unde correxi. In altero exemplo scribe 1. 2 DIVI · CONSTANTI · FIL || FL · VALERIO.

6293 in incertis Beneventano et Coratino. Cf. tertium exemplum n. 6285 *a*.

a

D · N · FL
CLAVDIO
IVLIANO · AVG
PIO · FELICI · INVIC
TO · BONO · REIP
. . . .
. . . .

Descripsi. Ed. de Vita p. 201 et cl. IV n. 7 (inde Donat. 151, 4).

b

DN FL cL IVLIANO
..IO FELIcI INVIcTo
AC TRIVMFATORI
..EMP..R AVGVSTo
BONO REI
..VB..ICAE NATVC

Mola effem. encicl. 1796 Apr.; ab altera parte haec leguntur residua fortasse ex solito titulo Traiani:

IMP CAESARI
DIVI
MA . . . . ANT . . I
. . . .
. . . . .RI

6294 in miliariis incerto Beneventano n. XII, Bonalbergano, incertis S. Eleutherii et Canusino. Alia exempla supra dedimus in praecedenti Appia 6285 *a*. *b*.

a Beneventi.

DDD · NNN · THEO
DOSII · ARCADII
ET · HONORII

de Vita p. 285 et cl. V n. 11.

b Bonalbergi. *praecedit n.* 6292 *a*.

DDD · NNN · THEODOSI
ARCADI · ET · HONORI
*bo*NO · REIP · NATVS

Auctores supra citavi. — 1 DD · NN Lup. — 3 BONO Lup.

c S. Eleutherii. *praecedit n.* 6289.

DDD . . . . . THEODOS ·
ARCADI ET HONOR ·

Guattani notizie 1787 p. XXIII; Marini ap. Mai. script. vet. V p. 334; Vitale p. 5, eodem exemplo omnes. — 2 ARCADIO ET HONORI Vit.; puncta post ARCADI Guatt.

d Canusii in postica n. 636.

DDD · NNN FFF
THEODOSIO
ARCADIO · ET
HONORIO
BONO · R · N

Descripsi paucas litteras; maxima pars in muro latet. Ed. Pratilli apud Vulpium Calogerà XIX p. 134 (inde Mur. 1988, 13), App. p. 522 imperfectam; integram Chaupy III, 504, Mola peregr. p. 31 (inde Castaldi p. 17). — Chaupy vv. non distinxit. — 3 ET om. Chaupy, in v. seq. transtulit Prat. — 5 BONO · REIPVBLICAE · NATIS Chaupy, om. Prat.

ITINERARIVM.

Benevento Forum novum (prope Buonalbergo) *M. P. X*

Arcus Beneventani in ipso viae Traianae principio collocati titulum vide n. 1408.

*n. V (= 6289 integra) Beneventi ad portam rectoris usque ad terrae motum a. 1688 stetisse refert Pratillius p. 28 auctore usus Iohanne Nicastro archidiacono Beneventano. — Vide quae infra dicentur ad n. LXII.

n. VI (= 6289 integra) Beneventi ad S. Deodati de Vita p. 175 et cl. V n. 3 (inde Donat. 213, 7); Rossi l'arco Trajano di Benevento vol. III p. CLXVI. — Cippum n. VI (cum inscr. 6289 fracta, 1—4) refert etiam Pratilli p. 29, auctorem citans eundem ac in n. V, addens stetisse ante aedes Nicolai Villani usque ad terrae motum a. 1702.

n. . . . . . (= 6293 *a*) Beneventi olim ante aedes Horatii Leone, nunc in domo archiepiscopi.

n. . . . . . (= 6294 *a*) Beneventi prope aedes DD. Lucarelli *de Vita*.

*n. . . . . . (= 6289 fracta, 10. 11) extra Beneventum Calorem versus inter lapidem I et II. Pratilli p. 452.

n. . . . . . (= 6290) a Paduli missa est Garruccio; haec est sola inscriptio Traiani quae praeter viam etiam pontium mentionem faciat.

Foro novo Equum tuticum *M. P. XII* *a Benevento M. P. XXII*

Equus tuticus fuit ad S. Eleutherii sive S. Loterii inter Castelfranco et Ariano.

n. XII (= 6292 *a*. 6294 *b*) ad ruinas diruti pontis S. Marci prope Buonalbergo *Vit.* In numero priorem I incertam esse notavit Vitale.

n. XIII (= 6289 integra) in agro Bonalbergi in loco dicto S. M. della Macchia infixa in angulo exteriori massae Xaverii de Bellonis Vitale p. 8; Romanelli topogr. II, 339 ex apographo Cassittii.

n. XVI (inscriptio periit) in territorio Casalboris Vitale p. 10.

6295 rep. prope Casalbore ad splendidum pontem *delle chianche* ad fl. Miscanum, unde translata est pars ad cauponam *della tavernola*, pars ad cauponam de Montechiodi *per incidervi la tariffa del pedaggio Vitale*, qui non descripsit ipse nisi alteram partem. — Rep. esse a. 1779 ad pontem fl. Caloris prope Beneventum ait *Amaduzzi*; cuius erroris originem intellexi ex schedis Amadutianis, in quibus post titulos loco ab Amadutio indicato vere repertos hic sequitur alia manu scriptus.

*i*MP · CAE*sar*
*l · s*EPTIMIVS · SE*verus*
*pi*VS · PERTINAX · *aug*
*a*RAB · ADIAB · PAR*t max*
*br*ITANNIC · MAX · *fortis*
*si*MVS · FELICISS · PON*tif*
*m*AX · TRIB · POTEST · X*viii* — p. Chr. 210
*im*P · XII · COS · III · P · P · *Procos*
*et i*MP · CAES · M · AVRE*lius*
*a*NTONINVS · AVG · PI*us fe*
*li*X · BRITANNIC · TRIB *po*
*tes*T · XIII · COS · III · P · P · *proc*
*l*ABENTEM · VIAM *am*
*pl*ISSIMIS · OPERIB*us*
*s*VSCEPERVNT · OB*ie*
*c*TISQVE · MOLIB*us*
*su*A · · PECVNIA · MV
NIERVNT

Amadutius et in schedis Savignanensibus et in anecd. IV p. 518, auctorem citans Franc. Mariam Banditi archiepiscopum Beneventanum; Vitale Ariano p. 9. Uterque in versibus extremis fracturae notam omisit. — 1 CAESAR Vit. — 4 PAR Amad. ed. Vit., PAT Amad. ms. — 5 ITANCVS Amad. ed. — 8 *i*MP Vit. — 9 CAESAR Vit. — 10 ANTONIVS Vit. — 11 *feli*X Vit. — TRIB Amad. ed., TRI Vit. — 16 T · //SOVE Amad. — 17. 18 PECVNIA || MVNIERVNT Vit.

n. ..... (= 6289 fracta, 2—5) in agro Bonalbergi in loco dicto *la Starza*, inter Casalbore et Savignanum ut videtur sito. Vitale p. 9.

n. ..... (= 6289. 6294 *c*) rep. 1784 in feudo S. Eleutherii $\overline{\text{VI}}$ p. ab Ariano *Vitale*.

Equo tutico Aquilonias *M. P. VIII* *a Benevento M. P. XXX*

Aquiloniis Aecam *M. P. X* *a Benevento M. P. XL*

Inde deflectitur diverticulo ad sinistram Luceriam Arpos Sipontum.

Aeca Herdonias *M. P. XIX* *a Benevento M. P. LIX*

Herdoniis Canusium *M. P. XXVI* *a Benevento M. P. LXXXV*

*n. LX (= 6289 fracta, 1—3) extra Ausculum prope viam qua itur ad Aufidum Pratilli p. 509. 510. Idem fortasse quem Torcia n. LXIII exhibere refert.

n. LXII (= 6289 integra) Ausculi ante monasterium S. Francisci: Pratilli apud Vulpium Calogerà XIX p. 132 et App. p. 509 (quem exscribens Giustiniani diz. II p. 15 ex LXII fecit LXX); Chaupy maison d'Horace III, 494; Lupoli iter Venus. p. 173 fortasse ex Pratillio; Torcia effem. encicl. Iun. 1795. Praeterea Cimaglia p. 275 duas columnas miliarias Ausculi extare affirmat neque tamen affert. Denique antiquiores Michael Reg. ms. p. 96 (Ausculi in columna marmorea) ex Kiriaco, puto; Apian. 202 (qui male collocat Romae); Panvin. fast. ad a. 863 et Manut. orth. 110, 2 (neuter loco indicato); Grut. 151, 2 ex Panvinio Manutio Verdero (Ausculi Apuli; cf. Pratilli p. 28) titulum referunt numero omisso, nisi quod Gruterus V praescribit; qui falsus sit necesse est, si ad Ausculanum cippum refertur, sed fieri potest, ut Grut. in Verderi Beneventanis lapidem V invenerit et ex Kiriacanis male locum adscripserit. — Et hunc et sequentes cippos Ausculanos minime in antiquis locis repertos esse itineraria docent, neque credendum est Chaupyo l. c. qui hunc miliarium invenisse se vult *planté dans sa place primitive, comme je m'en suis assuré en le faisant delivrer de la terre dans laquelle il était un peu enfoncé.* Cui refragantur et itineraria et lapides Buonalbergani et Casalborani post Chaupyum detecti, neque si via Traiana Ausculum attigisset, Aeclanenses viam sibi stravissent Herdonias (n. 1128), sed potius Ausculum.

n. LXIII Ausculi in foro Torcia l. c. ad n. LXII. Cf. n. LX.

n. LXIV vel LXXI (numerus recte legi nequit) Ausculi in foro, ubi nunc frumento metiendo servit. Torcia l. c. ad n. LXII. — Idem videtur esse cippus, quem Ausculi in foro stare cum inscriptione evanida refert Pratilli l. c. ad n. LXII.

n. LXXXI (= 6289 integra) Cirignolae in foro. Descripsi. Ed. Don. II, 96 (descripsit Stephanonius); Pratilli p. 29; Chaupy III, 498; Amaduzzi anecd. IV, 517 a Banditio archiepiscopo Beneventano; Kiriatti in hist. Cirignolae q. n. v.; de Leo dell' antichissima città di Brindisi Nap. 1846 p. 55. — Eundem numerum ex cippo Tranensi Gud. loco citando ad n. LXXXIV refert, errore sine dubio pro LXXXXI legens LXXXI.

*n. LXXXII Trani ad angulum ecclesiae in cippo lectu difficillimo Pratilli l. c. ad n. LXXXIV.

n. LXXXIV (= 6289) Trani. — Viae Appiae cippi miliarii ex toto tractu Canusio Rubos comportati sunt Tranium, quod mirum non est in tanta Dauniae lapidum penuria. Quinque cum numero omnes exhibet Pighii ms. Berol. f. 210 e libro card. S. Crucis; sex cum numero Gud. ms. p. 203, ed. 71, 2 a P. Colantonio occupato tum in historia Tranii scribenda; novem cum numero, duos sine numero Pratilli p. 529 cf. p. 29, cuius in hac parte solito maiorem auctoritatem esse comperi; quinque cum numero Chaupy III, 505; ego denique Trani vidi sex cum numero integro, duos numero fracto (LXXXI . . et L . . .), duos numero exeso, praeterea longe plures per oppidum sparsos esse numerarique supra viginti Tranenses mihi retulerunt. Inscriptiones quas observavi ad Traianum pertinuerunt omnes. — Hunc de quo nunc agitur lapidem n. LXXXIV exhibent Gudius, Pratillius (qui collocat ante aedes Petagna) vidique ego in villa publica Tranensi.

n. ..... (= 6291) Canusii ante ecclesiam S. Sabini *Mola*; ibidem ante eandem ecclesiam columnam miliariam fractam vidit Chaupy III, 505 neque tamen inscriptionem enotavit.

n. ..... (= 6294 *d*) Canusii in postica inscr. n. 636.

n. ..... (= 6289 integra) Cannis Guarini comm. XVII ed. 2 1840 p. 26.

n. ..... (= 6292 *b*) Cannis bis repetita: *piédestal de forme ovale répété sur l'un et l'autre côteau couvert des ruines de Cannes Chaupy*; easdem duas columnas inscriptas memorat sed non affert Riedesel *Reise* p. 247. 248, unam earum Voy. pitt. de Naples III p. 31.

Canusio Rubos *M. P. XXIII* *a Benevento M. P. CVIII*

n. LXXXVI Trani Gud. l. c. ad n. LXXXIV. Idem videtur esse quem vidi ibi in villa publica signatum LXXX\ . ., oblitteratis aut duabus litterarum hastis aut una.

*n. LXXXVII (numeris valde obscuris) Giovenazzi vult se vidisse Pratillius, v. infra in Giovenazzensibus.

n. LXXXIX Trani Pigh. Gud.; ante aedes Lambertini, nunc monasterii S. Iohannis Pratilli; ante aedes archiepiscopi bipertitum Chaupy ll. cc. ad n. LXXXIV.

*n. XC (= 6289 fracta, 1—5) extra Canusium Pratilli p. 525, a quo videntur pendere Mola p. 32, Castaldi p. 17.

n. LXXXXI (= 6289) Trani in villa publica vidi ego; est Gudii Tranensis LXXXI.

n. LXXXXIII Trani Gud.; ante aedes Campitelli Pratilli (qui male dedit CIII pro XCIII) Chaupy ll. cc. ad n. LXXXIV.

n. LXXXXIV (= 6289) Trani in aedibus Carcani ego. Idem videtur quem in iisdem aedibus collocatum dedit Pratilli (l. c. ad n. LXXXIV) signatum numero IC, quod scripsit pro LXXXXIX.

n. LXXXXVI (= 6289) Trani Pigh.; fortasse Gudius (qui male LXXXXVII); in aedibus Carcani Pratilli (qui male XCVI); ibidem Chaupy ll. cc. ad n. LXXXIV; ibidem ego.

n. CI (= 6289) Trani Pigh.; in aedibus Carcani Pratilli Chaupy ll. cc. ad n. LXXXIV, ego. C mihi dubia visa est.

n. CIII Corati ante aedes Palmieri Chaupy III, 505.

n. ..... (= 6293 *b*) prope Coratum, quod remanebat a sinistra Traianae, loco antiquo M. p. ante oppidum (Roma venienti, ut videtur) Chaupy III, 505, qui ait numerum legi non posse, sed credi fuisse CIV; qualem cum inscriptione Traiani integra Pratilli p. 526 edidit, fraude sine dubio. Verum inscriptionem cippi, quem ait rep. M. p. a Corato ad vestigia Appiae, edidit Mola.

Rubis Butuntum *M. P. XI* *a Benevento M. P. CXIX*

n. CVIIII Trani Pigh. Idem videtur esse cippus n. CVIII quem Trani sub fenestra carcerum ecclesiasticorum vidit Pratilli, Trani in vico ubi sunt aedes Campitelli Chaupy ll. cc. ad n. LXXXIV.

*n. CXI Bisceglie rep. esse a. 1697 et translatam a Pompeio Sarnelli episcopo Biscegliano in porticum episcopii auctor est Pratilli p. 529.

n. CXII Trani Pighius (hic enim videtur esse cippus eius n. CXIII); in aedibus Carcani Pratilli l. c. ad n. LXXXIV ibidemque ego; vidit praeterea auctor Voy. pitt. de Naples III p. 38.

n. ..... Giovenazzi quattuor cippos miliarios in porta antiqua, quintum in foro evanidos omnes extare auctor est Paglia (*storia di Giovenazzo* Nap. 1700. 4. p. 20); unius inscriptionem aeque sine numero inde retulit Mur. 230, 4 (a Tafurio); quattuor cippos extare ibi, et in uno vix legi LXXXVII (v. supra), in altero . . . . III, tertium et quartum plane evanuisse refert Pratillius p. 530; denique tres cippos numeris carentes omnes vidit ibi amicus Friedlaender.

n. ..... Bitetti in ecclesia. Donius II, 96 ad n. LXXXI quem vide haec praescripsit: 'Bitelli in ecclesia, columna miliaria, cui alia similis Ceriolariae in Apulia, apud Grut. 151, 2.' Ibi Gruterus refert quidem, sed neutrum locum Donianum memorat; cippus autem quem Donius exhibet, adhuc extat Cirignolae, quam puto latere in Ceriolaria. Videtur igitur Stephanonius et Bitetti (sic enim corrige) et Cirignolae vidisse, quorum locorum indicationes Donius perturbavit.

Butunto Barium *M. P. XII* *a Benevento M. P. CXXXI*

n. ..... (= 6289 fracta, 10. 11) Barii olim in vestibulo sacrae aedis D. Petri fratrum minorum, nunc dicitur extare prope aedes praefecti provinciae. Ed. Beatilli in Barina historia integram, fractam Mola in vet. mon. Barii eff. p. XXVI et apud Orlandium III p. 92. — Pratilli p. 537 ait in hoc legi numerum *c*XXVIII.

n. ..... (= 6289 fracta, 9. 10. 11) Barii in fundo capituli Pratilli p. 533. Praeter cippum supra relatum alterum Barii *in molo* sepultum esse refert Mola Giorn. lett. vol. 44 p. 92. Eundemne an diversos cippos intelligant Pratillius et Mola ignoratur.

Bario Gnatiam *M. P. XXXVII* *a Benevento M. P. CLXVIII*

*n. CXLIII Gnatiae. Pratilli p. 545.

Gnatia Speluncas *M. P. XXI* *a Benevento M. P. CLXXXIX*

Speluncis Brundisium *M. P. XVIII* *a Benevento M. P. CCVII*

Brundisinorum decreto statuam Traiano positam esse testis est n. 454.

Viam Traianam quamquam stravit primum Traianus, tamen dudum ante in usu fuit eamque ipsam Strabo VI, 3, 7 cum Appia Benevento Tarentum (XII) indeque Brundisium componit: *μία μὲν ἡμιονικὴ διὰ Πευκετίων, οὓς Ποιδίκλους καλοῦσι, καὶ Δαυνίων καὶ Σαυνιτῶν μέχρι Βενεουεντοῦ, ἐφ' ᾗ ὁδῷ Ἐγνατία πόλις, εἶτα Κελία καὶ Νήτιον καὶ Κανύσιον καὶ Ἑρδωνία.* Stationes Beneventum Herdoniae Canusium conveniunt; sequuntur Netium, quod etsi esse Ezetium tab. Peut. s. Ecetium geogr. Rav. viri docti dudum viderunt, tamen ex tabula ope Ravennatis melius intellecta nunc demum apparuit quaerendum esse prope Bitettum fere; Celia in suburbano agro Barinorum; Gnatia et Brundisium redeunt

in Traiana. Eandem viam tenuit Horatius Roma proficiscens Brundisium; qui Benevento profectus cum primo die pernoctasset post longum iter et incommodum in *villa Trevici,* altero hospitio usus post iter M. P. XXIV in oppidulo *quod versu dicere non est,* tertio denique Canusium pervenit. Itaque per aliquot milia passuum post Beneventum adhuc secutus est Appiam, usque ad diverticulum ibi fere ubi nunc est Frigento; unde Appia proficiscentes deflectebant dextrorsum Romuleam versus inter Bisacciam et S. Angelum Lombardorum, contra praeferentes viam paullo breviorem quod feci tFlaccus, sinistrorsum divertebantur mansum Trevici, quod adhuc nomen antiquum retinet et recto itinere plus minus XXX M. P. Benevento distat. Inter Trevicum et Canusium medium interpositum est Ausculum, ubi commode manet qui hac iter faciet; quare cum et intervallum XXIV M. p. optime conveniat (distat enim Ausculum a Trevico recto itinere XXII M. p) et Ausculum nisi elisa syllaba versu dici nequeat, de hoc omnino oppidulo locutus est Horatius. Quod recte vidit primus Chaupy III, 494 et ipse olim comprobavi et probavit Kiepertus. — Unde intelligitur Traianum quamquam praeterea antiquae viae iter secutum tamen instituisse, ut non per Trevicum, sed per Equum et Aecam pergeret circuitu VI c. milium; quam viam et ipsam antiquitus iam usurpatam esse probat Cic. ad Att. VI, 1, 1, ubi ait Atticum per Equum profectum esse Brundisium. Neque cur hanc potius viam elegerit imperator, nos latet; Aeca enim itur Luceriam Arpos Sipontum et commode utraque via et Brundisina et Sipontina ibi iungebantur.

XIV. HERCVLIA. *Equo tutico Nerulum.*

6296 in Melfitano.

a *praecedit n.* 6300

IMP· C· MARC*us aurelius*
in latere n. 6301 *a* BALERIVS· DIO*cleti*
ANVS· P· F· INVI*ctus aug et*
IMP· C· M AVR*elius*
MAXIMIANVS *p· f· invic*
TVS· AVG*ustus et*
FLAVIVS· VA*lerius*
CONSTANT*ius et*
GALERIVS *val· maximianus*
NOBB· CA*ess*
PASS*uum m*
X....

Brocchi Bibl. Ital. Febr. 1820 vol. XVII p. 219. — 1 Diocletianus aliquoties pro c· vulgari Marcus dicitur Grut. 278, 6. — 12 post x puncta om. Brocchi.

**b* in Arianensi ab una parte:

D· D· N· N
DIOCLET....
MAXIMI....
INVICT....
CONST.....
MAXIM......
CAES......
AB · AVFIDENA
LXXVII

Cum Lupoli et Vitale inscriptionem ab altera parte columnae scriptam n. 6299 edidissent, Romanelli topogr. II, 338 auctorem citans Cassittium et illam auxit adiecto in fine

AB· AEQVO
M· VII

et alteram hanc addidit Mihi vero appendices certe AB· AEQVO M· VII et AB· AVFIDENA LXXVII aut ex vestigiis incertis interpolatae videntur aut plane confictae, neque si umquam fuissent in lapide Ariani adservato, auctor et Arianensis et diligens Vitalis facile praetervidisset utramque. Equum (sic in itiner. Ant. p. 103. 111. 112 bis. 115 codices longe plurimi, Egotanticon geogr. Rav. IV, 34; apud Cic. ad Att. VI, 1, 1 cod. Mediceus; itaque reperio in edd. schol. Horat. Sat. 1, 5, 87, cum apud Serv. ad Aen. 8, 9 utrumque codd. praebeant) an Aequum (tab. Peut. et itin. Hieros. p. 610) rectius scribamus non definio; vereor tamen ne Aequum praetulerit Romanellius eiusve auctor propter acta S. Liberatoris episcopi Arianensis ab ipso citata ubi legitur 'Apuliae in civitate Aequum,' pro Aeca puto. Denique milia signata in lapide videntur sic intelligenda, ut in via Aufidena ducente Equum tuticum, quae secundum itinerarium Antonini fuit M. P. LXXXIII, certus locus eligeretur, unde Aufidena distaret M. P. LXXVI (vel LXXVII), Equus M. P. VII. At in Italicis certe cippis miliariis, praeterea quod rarissime locum ponunt unde numerentur milia (v. n. 6258), milia numerata numquam deprehendi ex eo loco per quem quis iter facit utrimque ad viae et caput et terminum, sed constantissime ex capite viae ad locum per quem transitur. Praeterea Aufidena, in via Interpromio Equum perducta ad iungendas Claudiam Valeriam et Latinam Aeserninam media statio, male pro capite viae ponitur; neque facile intelligitur, quomodo ex loco tam distanti ab Ariano, quam fuit is quem indigitant numeri, lapis Arianum adveheretur. Quas ad rationes ubi accedit auctoritas Romanellii saepe labefactata et iam quasi eversa, maxime in lapidibus qui locum antiquum memorant (cf. n. 207. 75*. 76*. 119*. 226*. 248*), non temere hanc inscriptionem aut falsam aut interpolatam asseverare videbimur.

6297 in miliariis Zuncolano Monteleonino Lagopesolano.

IMP· CAES
M· AVREL· VALER
MAXENTIVS· P· F
INVICTVS· AVG
PONTIF· MAX· TRIB
POTESTATE· VI· VIAM *p. Chr.* 311
HERCVLIAM· AD· PRI
STINAM· FACIEM
RESTITVIT

Zuncolanum exhibent Nov. Fior. 1751, 10 (inde Donat. 220, 1) ab Ernesto Freeman Anglo qui non emit ut aiunt sed descripsit; Vitale Ariano p. 16; Guarini comm. XIII p. 58; Lombardi mem. dell' Instituto I, 223 (inde Guarini var. monum. 1835 p. 46); schedae Cassittii.

Monteleoninum fractum ed. Guarini in appendice ad *alc. monum. antichi* (1828) p. 3.

Lagopesolanum dedit Viggiano Potenza p. 224, unde Lombardi mem. dell' Instituto I p. 222 exscripsit.

V. l. haec est. — Vv. al. dividit ut editur Monteleoninus. — 1 Montel.; in Zunc. sic Cass., IMP· CAIS Nov., IM· CAES Lomb., IMP· CAESAR Guar., IMP..AT C..S Vit.; Lagop. IM... COES..... — 2 in Zunc. om. Guar. — 3 MAX.NTIVS Lagop. — F Montel.; Lagop. FL; sic in Zunc. Vit. Lomb., FI Nov. Cass., P Guar. — 4 INVICITVS Nov. — 6 sic Lagop.; ‖ POTESTATE...‖... VII· M‖ Montel., in quo reliquo desunt; POTESTATE· VIAM in Zunc. omnes, nisi quod Guar. POTESTATIS· II· VIAM legit. — 7 HERCVLEAM Lagop. et in Zunc. Vit.; reliqui in hoc HERCVLIAM. — 9 RESTIVIT add. *sic* in Zunc. Vit., RESTIVIVIT add. *sic* in eodem Cass.

6298 in miliarii Salani antica.

dD· nN
CONSTANTI
NI· NAXIMI
....
AVGG· ET·
BEATISSIMO
RVM· CAES
ARVM
B· R· P· N

Gatta p. 89, qui 1 E· D· M· N, deceptus litterarum erasarum vestigiis incertis.

6299 in miliario Arianensi. Stetit olim aut ad Herculiam aut ad Traianam aut ad Appiam, inter quas medium Arianum situm est.

D· N
IOVIANO· AVG
PIO· FELICI· INVIC
TO· BONO· REIP
NATVS

Giorn. enciclop. di Napoli 1785 Iul. p. 93; Lupoli iter Venus. p. 149; Vitale Ariano p. 19; Romanelli topogr. II, 338 a Cassittio (v. n. 6296 *b*). — 1 D· H Vit. — 2 PIO· FELICI om. Rom. — in fine ‖ AB· AEQVO ‖ M· VII add. Rom., v. ad n. 6296 *b*.

6300 in miliario Melfitano.

THEODOSIO.....
ARCADIO......
sequitur n. 6296 *a*

Brocchi l. c. ad n. 6296 *a*; qui notat hos duos versus alia manu scriptos esse.

6301 in miliariis Melfitano et Salano.

a in Melfitano:	*b in Salani postica:*	*scribe:*
DD· NN· AA· AC· N	....	DD· NN· MAGNO
MAXIMO· ET· FL	..NO..MAXIMO	MAXIMO· ET· FL
VICTORI· SEMPER	ET R VICToRI A	VICTORI *cet.*
AVGG· BONO· RP·	VGG· BoNo	
NATI...	R· P· NATIS	
Brocchi l. c. ad n. 6296 *a*.	Gatta l. c. ad n. 6298.	

Restituit Borghesius.

Viam de qua agitur ex nomine intelligitur primus stravisse Maximianus imperator; stationes recenset solum itin. Ant. p. 103. 112 sic:

ad Equum tuticum		
	XVI	XXXIII
ad Matrem magnam		Sentianum
	XX	XXIV
in Honoratianum		Baleianum
	XXVIII	XII
Venusia		
	XV	
Opino		
	XXIX	
ad Bradanum fl.		
	XXIV	
Potentia		
	XXIV	
Acidios		
	XXVIII	
Grumento		
	XXVII	
Semuncla		
	XVI	
Nerulo		

in tab. Peut. enim pingi non potuit quippe quae diu ante Maximianum concepta fuit, neque reperitur ibi nisi via Potentia M. P. XV Anxiam, inde M. P. XVIII Grumentum. — Cui itineri non male respondent lapides (cf. etiam n. 6288), etsi milium numeri aut interierunt aut scripti nunquam fuerunt.

1. (= 6296 *b*. 6299) Ariani in aedibus seminarii *nelle officine inferiori*, ubi tamen ego frustra quaesivi. — Utrum ad hanc viam vere pertinuerit necne dubium esse supra iam dixi.
2. (= 6297) Zuncoli VI M. P. ab Ariano in massa Susanna in loco dicto S. Caesarii territorii Arianensis *Vitale* similiterque reliqui. Columna *di marmo piombino*, alta palm. $4\frac{1}{2}$, diametri palmi 1 unc. 1.
3. (= 6297) Monteleone VIII M. P. ab Ariano orientem versus in ecclesia, columna fracta alta palm. 2 *Guarini*.
4. (= 6296 *a*. 6300. 6301 *a*.) Melfi olim neglecta in angulo plateae episcopalis, nunc in aedibus publicis *Brocchi*.
5. (= 6297) Lagopesole inter Venusiam et Potentiam in castello *Viggiano*; frustra ibi quaesivit *Lombardi*.
6. (= 6298. 6301 *b*.) in territorio Salae in columna.

Non ab Aeclano igitur, quod olim posui contra lapides et contra itineraria, sed ab Equo tutico via perrexit recta ad pontem Aufidi (*ponte di S. Venere*) et Venusiam, ut viam qua profectus est Horatius secaret inter Trevicum et Ausculum (in qua viae parte cippi primus fortasse, certe secundus et tertius olim steterunt), deinde Appiam antiquam eo tempore plane neglectam sequeretur a ponte Aufidi (prope quem fuit cippus quartus Melfitanus) ad Venusiam. Diversoria quae in itinerario nominantur praeterea plane ignota sunt; circuitus tamen plures videntur ibi fuisse, nam in tabula Zannoniana recto itinere numeravi M. P. LI, cum in itinerariis sint LXIV aut LXIX. — Sequitur tractus Venusia Potentiam, inter quas duas stationes interponit itinerarium, ut Venusia M. P. XV eatur *Opino*, inde M. P. XXVIIII ad fl. Bradanum, indeque M. P. XXIIII Potentiam; perverse omnino, neque mihi imponi patiar summa p. 98, quam post opus absolutum ex singulis articulis saepe mendosis subductam esse mihi quidem constat. Denique cippus Lagopesolanus viam Herculiam a Venusia recto itinere perrexisse Potentiam demonstrat, quae distant unius diei modico itinere. Quare videntur confusae esse hoc loco duae viae, altera haec, altera Venusia ad Bradani ostia et mare, cui opinioni favet quod eiusmodi via iterum describitur p. 113 eiusque prima statio a Venusia XII M. P. est *ad Pinum*, eadem omnino cum *Opino* XV M. P. a Venusia. — Simili errore inquinatae sunt in itinerario stationes Potentia Grumentum, quod item est diei paullo maius neque tamen magnum iter, minime LII M. P; contra recte omnino tab. Peut. numerat M. P. XXXIII. In itinerario similiter pro XXIV + XXVIII scripserim XXIV + VIII = XXXII, ut Potentia Anxiam, inde ad fl. Acirim numerentur M. P. XXIV, inde Grumentum M. P. VIII, in quibus computandus est editissimi clivi Grumentini tortuosus ascensus; qua in re auctores habeo Cluverium (p. 1280) et Romanellium (I, 428). Huius partis cippus non extat nisi unus, quem Gatta repertum ait in agro Salano; quod de Marsici novi agro accipere potest, qui improprie et parum accurate Gattam locutum esse concedit. — Grumento via Herculia pergebat ad alteram Capua Regium, quacum iungebatur ad ipsum Nerulum (prope Rotondam); statio Semuncla quae inter Grumentum et Nerulum nominatur plane ignota est meraque coniectura est latere in eo nomine fluvium Semnum hodie Sinno.

Via Herculia quamquam munita est primum cura Maximiani imperatoris, neque cuiusquam priorum imperatorum nomen in huius viae cippis repertum est, tamen dudum antea usitata fuit; hoc enim est tertium ex tribus itineribus, quibus qui Brundisii aut Regii escenderint Romam proficisci solitos esse Strabo tradit VI, 3, 7: *τρίτη δ' ἐστὶν ἐκ Ῥηγίου διὰ Βρεττίων καὶ Λευκανῶν καὶ τῆς Σαυνίτιδος εἰς τὴν Καμπανίαν, συνάπτουσα εἰς τὴν Ἀππίαν, μακροτέρα τῆς ἐκ Βρεντεσίου τρισὶν ἢ τέτρασιν ἡμέραις διὰ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν*, id est Regio Nerulum via transit per Bruttios, Nerulo Potentiam per Lucaniam, inde Venusiam per Samnium (Strab V, 4, 11) intratque in Appiam apud Equum tuticum, qui postea limes fuit Campaniae.

Ita summa cura et diligentia viae Italiae inferioris inveniuntur munitae. Praeter oram maritimam, ubi etsi ubique fere natura viam fecit in itinerariis non omissam, arte munitae viae rarius inveniuntur propter flexus nimios te circuitus, hoc fere systema viarum innotuit. Regio Iulio via per Bruttios strata reperitur ad Nerulum, quae ibi divergit sinistrorsum Capuam, dextrorsum, quae est via Herculia, Venusiam. Ibi secatur ab Appia veniente a Tarento, neque tamen iunguntur; Appia enim pergit Aeclanum et Beneventum, Herculia Equum tuticum, ubi recipitur a Traiana Brundisio pergente Equum tuticum et Beneventum. Beneventi Traiana iungitur cum Appia pergitque Appia Capuam, unde itur Romam duabus viis, Appia per Sinuessam, Latina per Teanum Venafrum Casinum. Praeterea duos alios ramos emittit Latina, alterum Teano Allifas Telesiam Beneventum, alterum Venafro Aeserniam Bovianum Saepinum Equum tuticum. Qui pagus tam exiguus cur delectus sit tanquam cardo viarum Campaniae Samnii Apuliae intelligetur dinumeratis milibus viae Appiae Roma Beneventum et Traianae Benevento Brundisium; quae etsi non ab eodem praefecto videntur esse curatae (v. Borghesi in Burbuleio p. 32), tamen cum in locum Appiae extremae harum omnium viarum antiquissimae et primariae qnasi succederet nova Traiana, non immerito unius viae vicem obtinere nobis videntur. Milibus quae posuimus dinumeratis Roma Brundisium inveniuntur M. P. CCCLXX, Roma Equum M. P. CLXXXV, ut ab Equo eodem spatio distaret uterque viae terminus; quae causa fuit cur eo dirigerentur a septentrione via Samnitica, a meridie via Bruttia Lucana. — Ab hac forma viarum Campaniae Samnii Apuliae Lucaniae Bruttiorum separata et quasi seiuncta invenitur altera viarum Marsarum et Aprutinarum; cuius duo tanquam brachia sunt Valeria cum Claudia Valeria ad lacum Fucinum pertingens et ostia Aterni, et Salaria quae relicto Reate ad Interocrium dividit se bifariam pergitque laeva Asculum et ad ostia Truenti, dextra Amiternum et Interamnam, quod brachium Salariae Amiterninum cum Valeria coniungitur dupliciter, via Albensi et via Claudia nova. Utrumque systema non coniungitur nisi viis parum munitis et desertis, quales sunt Antinas viaque ab Interpromio aliave statione Claudiae Valeriae in brachium Latinae Aeserniam perducta, denique via quae transiit sub Iuvano.

PARS DECIMA.

INSTRVMENTI DOMESTICI INSCRIPTIONES.

Composui hoc capite quidquid inscriptum vel impressum reperi in suppellectile domestica, praeter ea quae factis iam rebus sive stilo sive minio atramentove postea inscripta sunt. Huiusmodi enim inscriptiones, quarum longe maxima pars in muris Pompeianis observata est, paucissimae alibi apparuerunt, ut in amphoris vinariis quaedam notata atramento, cum propter argumentum plane singulare et plerumque cum re cui inscriptae cernuntur nulla ratione coniunctum, tum propter scripturam, quae solet esse non quadrata sed pugillarium propria, proprium locum videntur sibi postulare. Composui autem has nostras sive intra regnum effossas sive aliunde illatas duabus ex rationibus: primum enim pleraeque in quibus leguntur res facillime loco cum moveantur, locum saepe mutaverunt et hac aetate et aetate Romana quamquam diversis ex causis; ut etsi quo primum loco erutae sint tegulae sigilla aliave eius generis constet (quamquam id ipsum persaepe ignoratur), tamen minime inde sequatur loco originis ea esse reperta. Deinde ad harum quisquiliarum qualemcunque usum facilius pervenietur collectis ex eodem genere compluribus exemplis, quae inter se collata et comparata invicem se explicent et illustrent. — Ad singula ut procedamus, de adscriptionibus ad opus musivum (exceptis tamen veris titulis scriptis opere tessellato, ut n. 2245), de inscriptionibus in libris et ponderibus Herculanensibus vel Pompeianis maxime, de tesseris scriptis si quae adnotanda erant, dixi ad singulas. In reliqua suppellectile separavi instrumentum quocunque modo signatum ab anulis signatoriis. Suppellectilem signatam rursus divisi in quattuor partes, quarum prima complectitur scripta in auro argento aere vitro, altera scripta in tegulis, tertia scripta in vasis pateris amphoris mortariis et reliquo instrumento cretaceo et lapideo, quarta scripta in lucernis; quamquam interdum ubi minus accurate auctores res descripserant de parte cui tribuerem dubitavi et saepius fortasse in hac re erravi. Tegulis inscripta retuli quotquot reperi omnia neque sciens quidquam licet minimum omisi, cum hoc genere multum ars nostra profecerit, praesertim tegulis consule notatis, quales tamen in regno Neapolitano nullae reperiuntur. Figlinarum uberrima sylloge instituta a Marinio auctaque a Borghesio, quam Aem. Braunii manu descriptam possidet Otto Iahn, utilissima mihi fuit ad comparandas inscriptiones doliarias regni Neapolitani cum Romanis. Hanc syllogen intellige ubi Marinium numero addito simpliciter citavi. — Contra ex iis quae lucernis vasisque inscripta sunt non nisi potiora recepi, ne cum ingenti meo lectorumque taedio parum res proficeret. — Restant anuli signatorii, quorum duo genera fuerunt, alterum anulorum gemmam sive veram sive vitream includentium vel certe ex auro argentove flatorum, alterum lamellarum aerearum. Illi tabulis litterisve obsignandis praecipue adhibebantur et plerumque signum habebant, non litteras, id quod comprobat ipsa signi sive sigilli appellatio. Inscriptiones, quae in his rarius deprehenduntur, modo nomina enuntiant modo acclamant (VIVAS n. 11. 13; AVE n. 17; HILARO· *salutem* n. 10). Contra signacula aerea quod sciam nulla extant nisi litteris signata, et indicant plerumque nomen aliquod secundo casu, raro recto positum, rarius etiam formulas VTERE· FELIX, SPES· IN· DEO, VIVAS· BENE (v. n. 286 — 293). Quae inscriptio retroversus sculpta plerumque, etsi non desunt in ipso sigillo recte procedentes, legitur in lamina aerea modo quadrata, modo forma piscis soleae cordis circuli aliave qualicunque, rarissime ita comparata ut rotundo corpori impressa id ne deprimeret et planum faceret (v. n. 164), adfixa manubrio quod in plerisque anulum repraesentat ipsumque saepe ab altera parte litteras scriptas habet, saepissime initiales nominis laminae principali inscripti, vel signum aliquod simplicissimum, ut spicam palmam caduceum. A quibus manubriorum notis et quasi minoribus sigillis distinguendae sunt opificum adscriptiones collocatae in lamellae maioris parte opposita, ut IVSTVS· *fecit* n. 83 cf. n. 56. 143. 168. Harum aenearum laminarum usum ut intelligeremus, fecit panis Pompeiis repertus eiusmodi lamina notatus (n. 55 cf. n. 287); videnturque omnino adhibitae esse ad cibos ac potus (ut ait Plin. H. N. 33, 1, 26) anulo a rapina vindicandos, ut prout res inciderat maius minusve signum imprimeretur amphoris clausis panibus similibusque. Cui optime convenit quod officia ubi exprimuntur sunt arkariorum (n. 13. 87) actorum (n. 29. 82. 86. 183) dispensatorum (n. 90. 100) procuratorum (n. 101. 108. 127) rationalium (n. 188) neque unquam ab honestioribus hominibus, quorum proprii fuerunt anuli gemmati sive sigilla, eiusmodi lamellas anulatas gestas esse crediderim; paucis quae eiusmodi nomina prae se ferunt (n. 7. 42. 65. 194; cf. n. 1) et ipsis servis libertisve eorum quorum nomina ibi leguntur attribuendis. Tegularios non his laminis, sed typis mobilibus usos esse probabile est; ne figulos quidem istas usurpasse crediderim, sed similes potius ligneas. — Horum sigillorum aereorum (ita enim vulgo nominantur, quamquam proprie sigilla non sunt, sed laminae scriptae) non exiguum numerum composuit *Raimundus Guarini* (*alcuni suggelli antichi* Nap. 1834. pp. 100. *appendice de' suggelli* pp. 20), ut aliquot eorum ipsa praelo subiiceret optimo consilio; sunt enim quasi facta ut ad exemplum typorum excudantur.

6302 *opere tessellato adscriptiones.*

1 Pompeiis in aedibus Fauni ante portam.

HAVE

Descripsi.

2 Pompeiis in via consulari in domo q. d. Vestalium ad portam posticam.

SALVE

Romanelli viagg. I, 99.

3 Pompeiis in aditu aed. poetae.

CAVE· CANEM

Acta Amiconis 2 Mart. 1825. Mus. Borb. vol. II t. 56 aeri incis.; Gell Pomp. 1835 p. 142 ligno inc.; Iorio p. 99.

4 Pompeiis in vico phallorum.

caduceus alatus, delphinus, calathus

LVCRV · ACIPE

Bull. Nap. II, p. 90.

5 Pompeiis *casa del cignale*, in opere tessellato, in quo cernitur bestiarius, supra quem est vulpis, infra aper et canis. Nunc extat in mus. Borb. in ea parte cui nomen est a principe Salerni.

supra hominem:

FESTVS
CVM
TORQVATO

infra:

ME· TORQVATVM

Acta 14 Ian. 1809. Descripsit Otto Iahn, qui non vidit ME. Ed. Iorio p. 48.

6 Pompeiis in aedibus *de' capitelli colorati* s. Ariadnae in via Fortunae, in limine primi cubiculi ad dextram ingredienti a vico Fortunae in tabella ansata.

ICHT ∵ HOC

Avellino B. N. V p. 36, qui legit *hic et hoc*; malim *(f)ecet hoc.*

6303 *in libris et ponderibus.* Cf. n. 373.

1 in superficie centumpondii Herculanensis quod extat in mus. Borb., 96 libr. Rom. P. *Baj.*

TI· CL*au*DIO· CAeSAR· AV*gu*S· IIII
L *vi*TELLIO III· COS· PONDER· EXACT
/ǁRV/////////IFIII · CVDR· AEDIL p. Chr. 47

in latere:

Γ CEN   ИAƂIT

Descripsi. Ed. Bajardi cat. p. 356 pessime, accuratius Rosini diss. isag. p. 55 tab. VIII, cuius typum contuli et 3, quem Rosinius legit AP/ALEIII CVPR· AED· II, emendavi ut supra dedi, quamquam explicare nequeo. Initio cave legas AR pro ᴧ̣R. — Cf. Reines. II, 91.

2 in manubrio staterae Herc., nunc in mus. Borb.

TI· CLAVD CAES AVG L VITEL·
III· COS· EXACTA AD· N/TIC·
CVRA· AEDIL· p. Chr. 47

Descripsi. Ed. Bajardi cat. p. 356; Winckelmann *Werke* II p. 77; Rosini diss. isag. tab. VIII p. 55. — 1 excidit IV ante L· — 2 quid sibi velit N (vel N/)TIC ignoro.

3 in manubrio staterae Herculanensis, nunc in mus. Borb.

IMP· VESP· AVG· IIX·
T· IMP· AVG· F· VI· COS
EXACTA· IN· CAPITO p. Chr. 77

Descripsi. Ed. Rosini diss. is. p. 55 tab. VIII; mus. Borb. tom. I tav. 55. — 3 antea fuit IMCAPITO, sed reposuit scalptor IN· CAPITO. — Quem Anglus *Lord Essengel* Portici in museo vidisse dicitur apud Gorium symb. dec. II vol. 2 p. 144 (inde Donat. 212, 5) congium aereum inscriptum:

IMP· CAES
VESPAS· COS· IV (*scr.* VI)
TITI· F· IIII
MENSVRAE
5 EXACTAE· IN
CAPITOLIO
P· X

is haud scio an nunquam Portici fuerit. Videtur Anglus quaedam retulisse de staterae inscriptione quam supra posuimus, quibus sibi aliisque persuaderet eadem ibi legi quae ex congio Romano notaverat Langermannus (Reines. IV, 17. Fabrett. 526, 372).

6303 4 in mensura aerea Herculanei rep., nunc in mus. Borb.

D· D· P· P
HERC

Descripsi. Ed. Rosini diss. is. p. 55.

5 in decempondio ponderis gramm. 3258 ex lapide serpentino in museo Borbonico.

L · BATILIVS
X
FELIX AGMR
D· S· D

Descripsi. Ed. Cagnazzi su i valori delle misure e dei pesi degli antichi Romani Nap. 1825. 8. p. 145 et tab. aeri incisa; Guarini alc. mon. ant. spieg. p. 37. — Difficultatem fecit vocabulum MAGNAR*ii*, μεγαλεμπόρου, pro quo Guar. legit MAG· AEQ.

6 Herculanei rep. sine ansa; P. 122 libr. Rom.

TA. *e regione* II.

Bajardi cat. p. 355.

7 Herculanei rep., P. 99 libr. Rom.

PON
C

Martorelli in litt. 10 Febr. 1750 (Gori symb. dec. II vol. 2 p. 128); Bajardi cat. p. 353.

8 Herculanei rep., P. 49 libr. Rom., utrimque extremo margine.

PONᵀ *et* T (L?)

Bajardi cat. p. 353.

9 pondera plumbea, Pompeiis variis locis rep.

EME
ab altera parte
IABBEBIS

Acta Pomp. 24 Ian. 1761; 19 Ian. 1771; 21 Mai. 1808 cet. Romanelli I, 106. Bull. dell' Inst. 1830 p. 121 (ubi triginta octo eius modi pondera referuntur reperta). Bajardi cat. p. 351. Winckelmann Werke II, p. 77. 211. Gerhard Neap. ant. Bildw. p. 160.

6304 *tesserae.*

Tesserarum inscriptiones paucissimae tantum hic exhibentur. Gladiatoriae enim, quae propter consulatum inscriptum longe ceteris utilitate praestant, non reperiuntur nisi in agro Romano, unde erutae sint necesse est et haec quam descripsi in museo Borbonico edidiitque ex eodem museo descriptam a Minervinio Henzenius ann. XX (1848) p. 288.

1

PHILOXENVS · METEL
SPECT
IMP· CAE· X· C· NORB u. c. 730
K· IVL

et altera quae ex Borgiano transiit in Borbonicum:

2

SPECT
IOLLA · SALVIENI
IV N MAR
NER·CLAVD·T·QVINT·CO// u. c. 741

quam ibidem descripsi edideruntque Marini Arv. p. 26 et Cardinali dipl. p. 124 n. 221. Ille falsam iudicavit maxime propterea quod QVINT*ilius*, non QVINCT*ilius* ibi scribitur; quod solum cum non sufficiat ad eam condemnandam neque certa fraudis indicia equidem deprehenderim, hoc loco omittere nolui. Avellinii de hac tessera ad Arditum epistolam (act. acad. Hercul. vol. III p. 77) non vidisse me doleo. — Ad cenatorias tesseras pertinet haec musei Borgiani olim (unde in agro Romano repertam esse verosimile est), nunc Borbonici edita et Giorn. Arcad. XI p. 231 (ubi suspecta dicitur, sine causa puto) et a Cardinalio iscr. ant. ined. n. 317 et Gerhardio Neap. ant. Bildw. p. 225 et Henzenio l. c. p. 286:

3

BENIGNE · PR· DAT
XXX A. NT· III· VIR

quacum Henzenius l. c. composuit sequentes quas omnes descripsi in museo Borbonico:

4	5	6
VAPIO IIII	PERNIX XVII	ARΠAX XIX
rep. Pompeiis 27 Iul. 1780; v. acta eius diei. Ed. Gerhard. l. c. — Similem tesseram musei Kestneriani ed. Henzen. l. c. tab LIII n. 46: VAPIO ‖ VIII A.	Ed. Gerhard l. c. — Similem tesseram fractam extare Neapoli in museo Fusci Minervinius auctor est apud Henzenium l c.	Ed. Gerhard l. c.

Solis numeris inscriptas tesseras recipere nolui. — Tertium genus tesserarum quae creduntur theatrales, inscriptum numeris et Graece et Latine, praeterea interdum inscriptione Graeca, relinquendum visum est collectoribus inscriptionum Graecarum. Tesseram inscriptam

CAV· II
CVN· III
GRAD·VIII
CASINA
PLAVTI

quam ut Pompeianam admiserunt Orellius n. 2539 ex Romanellio (viaggio I p. 216) et alii multi, minime proferri a Romanellio quasi esset antiqua, sed exempli causa qualis sibi videretur fuisse Romanorum tessera theatralis demonstravi *Berichte der sächs. Gesellsch.* 1849 p. 286. — Denique tesseram, quam ex Borgiano ed. Giorn. Arcad. XI p. 231, Cardinali i. a ined. n. 316 quamque in museo Borbonico descripsit Minervinius apud Henzenium l. c. p. 289:

6304 7

M· AGRIPPA COS *circulo scriptum*
intra circulum:
III
ab altera parte:
XXVI

quam ibi ego non vidi, recte puto et auctor in eph. Arcad. et Henzenius suspectam iudicaverunt.

6305 *in instrumento ex auro argento aere vitro.*

1 extat in museo Borbonico. '*in ismaniglia d'oro a caratteri formati a puntini*' *Guar.*

CORIILIA· NYM

Guarini fast. ed. 1 p. 135; sugg. p. 77; app. p. 15.

2 in fibula argentea Aeclanensi.

LVCI· RATELLI
FAMOLA

Guarini comm. XII p. 9.

3 in fibula argentea Aeclanensi.

TEOΔA
BIVA

Guarini comm. XII p. 9.

4 in fibula apud Iorium.

AVCISSA

Parascandolo delle Cariatidi Nap. 1817. 4. p. 88.

5 Pompeiis in vase aereo bis scriptum in ansa utraque.

CORNELIAES· CHELIDONIS

Mus. Borb. tom. III tav. 14. Gerhard *Neap. ant. Bildw.* p. 168 sic: CORNELIA· SCRIBONIA, sed ipse dubitat de lectione.

6 Herculanei '*in manico di patera a lettere di metallo bianco*'

S· CARVILIVS

Bajardi catal. p. 196.

7 Herculanei in patera.

CIPI BI...

Bajardi catal. p. 196.

8 Eboli in pectine aereo.

CABIRE

Ann. dell' Inst. 1832 p. 298.

9 Pompeiis in scutulo aereo litteris punctatis.

RET
SECVNb

Diss. Isag. tab. XVII; Iorio p. 96; mus. Borb. tom. IV tav. 29. — RET... SECVNDO diss. Ior.

10 Pompeiis in scutulo aereo.

A· ALF
FORTV

Diss. Isag. tab. XVII.

6305 11 aenea lucerna pulchre scalpta Gnatiae rep., inde translata Neapolim, postea Maceratam, deinde Panormum ad Io. Vintimilliam.

in parte superiori:

L· C· I

in parte inferiori:

C· I· C
I· O· M· S

Manut. not. expl. p. 84 (ex eo Grut. 17, 2). 1064, 10 (ubi deest inscr. partis sup.) e sched. Verderii. Delineasse dicitur Scacchus Elaeochrism. l. I. c. 7. Gualt. tab. Sic. n. 51 (ap. Burmann. thes. Sic. vol. VI p. 131) accurate descripsit anaglyphum.

12 in horologio solari pernae aereae figura cum anulo quo suspenderetur; sub lineis septenis intersecantibus se. Rep. Herculanei 11 Iun. 1755.

IVN MA AP MA FE IA
IV AV SE OC NO DE

Antich. di Erc. vol. III prefaz. p. V (inde Gell. Pomp. 1821 p. 226. 271) ubi vide explicationem.

13 in aenea lucerna rep. Herculanei 27 Nov. 1760.

TIBVRTI · CA//TVS

Antich. di Ercolano t. VIII p. 259. 267; lectio est incerta.

14 in fragmento vitreo caeruleo apud negotiantem Neapolitanum. Simile idemve fuit penes Fabrettum.

ab una parte:	*ab altera:*
ARTAS	.PTAC
SIDON	.ЄΙΔѠ

Descripsit Friedlaender. Ed. Fabretti 530, XXXI; Panofka mus. Bartholdian. p. 157; Raoul-Rochette lettre à M. Schorn. p. 228; Minervini Bull. Nap. IV p. 23; cf. Cavedoni Ann. XVI (1844) p. 165. — In simili fragmento ibidem sibi viso legit Friedlaender:

ab una parte:	*ab altera:*
N E I	Σ E I
KѠN	ΔѠN

6306 *in tegulis.*

1 Neap. in museo ducis de Noja.

VENERVS · HERVC

Marini Arv. p. 418; figl. n. 1371.

2 Hipponii ap. Capialb.

C· L· CAESARVM

Capialbi inscr. (v. p. 1) (in alio ex. est CAESAR).

3 Hipponii ap. Capialb.

LEPIDAES· ET
AGRIPPINAES

Capialbi inscr. l. c.

4 Capreis rep. in villa Iulia *Mangoni.* Pompeiis rep. *Guar.* prope Torre del Greco *Min.* in museo Andreinii *Gor.* in mus. Borb. *vidi ego.* Neapoli accepit *Marinius.*

HYACINTH
IVLIAE
AVGVST

Descripsi. Gori mus. Etr. I p. 255 (inde Mur. 1018, 4) tegulam esse non indicans; cod. Halensis Vallettianus; Mangoni ric. sull' isola di Capri Nap. 1834 p. 117; Guarini comm. IX ed. 2 p. 43; Minervini Bull. Nap. II p. 123; Marini n. 13.

5 in tegula litteris inversis et extantibus, quae prostat in porticu sin. mus. Borb.

IMP CAES HADRIANI
AVG
ɞ

Descripsi. Similis est Marinii n. 36.

6 in mus. Borb. sep. col. 49 notata nota Farnesiana; aliud exemplum extat Urbaniae in aed. Matarozzi.

PI//IMITIVI
DO/// /IFVLIDDL

Descripsi. Marini Arv. p. 769 figl. n. 85 descriptam accepit a Lancellottio sic: PRIMITIVI || DOMIT TVLI DDI; corrigit TVLI D D L, recte omnino et explicat: *Doliare De Licinianis.*

6306 7 Foriae in insula Ischia rep. *ego;* Pompeiis *Guar.* in septem tegulis Herculanensibus *Baj.*

SAB APR

Habui Ischianam ab amicis (SAB APRI); Pompeiana exempla ed. Guarini comm. IX ed. 2 p. 43 tria (SABATI.... acta Pomp. 18 Mart. 1761 — SABAP — SABAPR) et Minervini Bull. Nap. II p. 123 (SAB APP); Herculanensia Bajardi cat. p. 285 (SAB APP); denique Neapolitanum in aed. Goldinieri (S · AB· AR) exhibet Marinius n. 534. 'Fortasse Sex. Abudius Aprilis' Borghesius.

8 rep. Herculanei in theatro.

ABDAE
LIVIAE

Venuti scop. p. 64, inde Marini n. 536. — Fuitne ZABDAE?

9 Pompeiis *Guar.* in catacumbis Neap. *de Iorio.*

M · AC· AMP · F

Guarini comm. IX ed. 2 p. 45; de Iorio guida alle catac. tab. V n. 3. 27. 28; altero loco AMB Iorio.

10 circulo scripta, Pompeiis.

ACTI
S

Acta Pomp. 14 Iul. 1764; Guarini comm. IX ed. 2 p. 40.

11 Pompeiis.

M· ADIIVS· AM

Guarini comm. IX ed. 2 p. 42. 45. Cf. n. 9. 13.

12 Hipponii ap. Capialb.

Æ· Æ

Mem. p. 186 n. 14; inscr. l. c., ubi est Æ· Æ.

13 Pompeiis.

MAERIVSMI

Acta 1 Sept. 1759. Estne eadem ac n. 11?

14 prope Castrum novum.

S· L· ALFICI

Bull. 1836 p. 109. Palma stor. V, 205.

15 Hipponii apud Capialbum.

ALA

Capialbi mem. p. 186; inscr. l. c.

16 Varani prope Castellamare.

L· AMADERTONI

Capacc. l. II c. 10 p. 474 (inde Reines. II, 49. Marini n. 573).

17 Hadriae.

AN

Mozzetti Bull. 1832 p. 153.

18 apud Marinium; Guar. locum non indicat.

Guarini:	*Marini:*
ANCAR ANIF	ANCAR ANICE
OPVS SVRVATA	OPVS SVBVRIA

Guarini sugg. p. 94; Marini n. 576. 'fortasse *Ancarii Aniceti opus suburtanum*' Borghesi.

19 Pompeiis *Guar.* Herculanei *Baj.* Varani prope Castellamare *Cap.*

L· ANNI· DELI

Bajardi cat. p. 285; Guarini comm. IX ed. 2 p. 43 bis (in altero ex. deest L·). Eadem videtur Capaccii l. II c. 10 p. 474 (inde Reines. II, 49; Marini n. 582) · P· ANNODINI.

20 Casertae apud Danielem.

L· ANSI· DIODORI

Marini n. 584.

21 rep. Capuae in eccl. S. Prisci tribus exemplis *Monach.*; ad aquaeductum Casertanum rep. 1770 *Esperti;* Neapoli accepit *Marini.*

L· ANSI· PRISCI

M. Monach. sanct. Cap. p. 65; Esperti Caserta p. 60, qui ANS· L pro ANSI. Marini n. 585 qui L· ANSI· PRISCI.

6306 22 Neapoli accepit Marinius.

L ANSI
REDIENI

Marini n. 583.

23 Neap. apud princ. de S. Georgio.

L ANES'/

Descripsi.

24 Aeclani.

CN· AE
E R O S

Santoli tab. IV p. 60. 61.

25 Pompeiis *Guar.; Herculanei Baj.*

L· APICAPON

Guarini comm. IX ed. 2 p. 44 in duabus tegulis. Bajardi cat. p. 285 qui LAPICAPCRS et LAPICATON.

26 Anxani apud de Giorgio.

APIHONIHG

Descripsi. Cf. sequentes duas.

27 Histonii in villa Marchesani.

APOLAV
G V H G

Descripsi. Ed. Marchesani p. 210.

28 Histonii in villa Marchesani.

|V· G

Descripsi. Ed. Marchesani n. 119.

29 Pompeiis in aede Isidis.

A· APVLEI
PVDENTIS

Acta Pomp. 16 Nov. 1765; Guarini comm. IX ed. 2 p. 43.

30 prope Lenolam rep.

ARIORTAE

Notarjanni p. 171.

31 Neap. apud princ. de S. Georgio.

ARIST *corona*

Descripsi.

32 ad Salinellum rep.

M· ARMINII

Riccio Bull. Nap. III p. 108; in alio ex. legit KARMINI.

33 Hipponii ap. Cap.

ARPANO

Capialbi inscr. l. c.

34 in Pontia insula.

M ARRI MAX

Guarini iter vag. mans. I p. 21 ab Eichholzero.

35 Hipponii ap. Capialbum.

A· AVLIVS

Mem. p. 186 n. 8; inscr. l. c.

36 Eboli rep. in sepulcro.

M· BADEI

Ann. dell' Inst. IV (1832) p. 297.

37 Hipponii ap. Cap.

BAGV

Capialbi inscr. l. c.

38 Aeclani.

L· BALB

Santoli tab. IV p. 60. 61.

39 Herculanei rep.

. . . . BALBVS

Bajardi cat. p. 285; Guarini comm. IX ed. 2 p. 49.

40 Histonii.

L· BARBILLEV

Marchesani n. 59.

6306 41 Neap. in catac. *Iorio;* in museo Borg. vidit *Mar.*

C BRENI
SENECIO

de Iorio guida alle cat. tav. V n. 12; Marini n. 645. — C BREXI SENECIO Ior.

42 Hippon. ap. Capialb.

N C MACIA

Mem. p. 191 n. 15; inscr. l. c.

43 Hipponii apud Capialb. Eadem occurrit Arimini.

Q· C· P

Capialbi inscr. l. c. Marini n. 658.

44 Neap. in catac.

L· CA ARIAN

de Iorio guida alle catac. tav. V n. 29.

45 Pompeiis in theatro.

C· CAESON

Acta 1 Dec. 1764. Guarini fasti ed. 1 p. 178.

46 Hipponii ap. Capialb.

M· CAL· VIT

Mem. p. 186 n. 12; inscr. l. c.

47 Herculanei rep. in theatro.

CARDI
SEXTILI

Venuti scop. p. 83.

48 Hipponii ap. Capialb.

CELER

Mem. p. 186 n. 30; inscr. l. c.

49 Pompeiis *Guar.* Herculanei *Baj.* prope Torre del Greco *Bull.*

CERES

Bajardi cat. p. 285 fracta; Guar. comm. IX ed. 2 p. 44 fracta; integra Bull. Nap. II p. 123.

50 Herculanei rep.

CILLIREI

Bajardi cat. p. 285.

51 Fundis.

CLARI

Sotis Amicle p. 19 in teg. duabus.

52 Interamnae in mus. Delfici.

C· CLODIVS· C· F
VEL

Delfico p. 134.

53 Pompeiis.

CNI

Guar. comm. IX ed. 2 p. 44.

54 Histonii in villa Marchesani.

C COPONI *sic*

Descripsi. Cod. de Benedictis; Marchesani p. 358 n. 59.

55 Hipponii apud Cap.

CORI

Capialbi inscr. l. c.

56 ad ripam fl. Salini.

CRESCEN· CRISAN

Mozzetti fil. Abruzz. XI, 59.

57 Neap. apud princ. de S. Georgio.

L· D· PHAV

Descripsi.

58 Pompeiis.

DE

Guar. comm. IX ed. 2 p. 44.

59 Hipponii ap. Capialb.

DEMOSC

Mem. p. 186 n. 9; inscr. l. c.

6306 60 Tortoreti *presso la Madonna delle Pietrure* in tegula magna *Fior.*; Histonii *de Bened.*; Interamnae passim *Delfico.*

C· DEXI
STABERIA

Misit Fiorellius; ex cod. de Benedictis ed. Marchesani n. 59 qui SABERIANI; legi in tegulis nomen Caiae Deciae Staberiae refert Delfico Int. p. 87.

61 circ. initio incerto, Neap. in catac.

DIOGENES· P· P· SEX

de Iorio guida alle catac. tav. V n. 13.

62 circulo scr. initio incerto; Neap. apud princ. de S. Georgio.

DIONYSI· CORDI· I///

Descripsi.

63 Pompeiis.

DOMITIA ALEXA

Acta 21 Iun. 5 Iul. 1766; Guarini comm. IX ed. 2 p. 43. — TIA altero loco acta.

64 Aeclani.

C· EIONI· AK

Santoli tab. IV p. 60. 61.

65 Hipponii ap. Capialb.

EPAPHRÆ

Mem. p. 186 n. 11; inscr. l. c.

66 Hipponii ap. Capialb.

EPRENN

Mem. p. 186 n. 21; inscr. l. c.

67 Hipponii ap. Capialb.

ERILLI·

Capialbi inscr. l. c.

68 Fundis.

EVCHRI·

Notarjanni p. 193.

69 Pompeiis.

L· EVMACHI·

Guarini comm. IX ed. 2 p. 42 (in tribus tegulis); Bull. Nap. II p 6; item fracta ib. II p. 123; acta Pompeiana 16 Aug. 1750. 18 Mart. 1761. 11 Dec. 1761.

70 Neap. in mus. Borb.

ioui *opt* ma*x* | fulg*uratori* | *v*ene*ri pote*nt*i* | mi*nervae* | *l* hel*vius* l *f* | ama*ranthus* | u *s l m*

Lupoli p. 294 'vetusti epigrammatis fragmentum, quod sic restitui posse censeo.' Restitutio eiusmodi timida fraus est.

209* Venusia ut aiunt Canusium translata. *Lup.*

saluis. d. d. d. n. n. n | constantini. magni | filiis. et. caesar | uolusius. uenusius | u. c. corrector. apul. et. calabr | ob. amorem | patriae. statuas | ornatui. porticus. p | l. d. d. d

Lupoli p. 313. 364 qui ait se exscripsisse. Constantinus saepissime *maximus* dicitur, nunquam *magnus*; praeterea insolens est omissio nominum, magis etiam vivo Constantino patre filiis solis honor habitus. Vivo enim Constantino titulus positus sit necesse est, cum eo mortuo statim tres filii Augusti procederent.

210* Venusiae.

..... | p. f. aeterno. in|uicto. augusto | pont. max. trib | pot. cos. ii. p. p | procos | uibonius. caecilianus | u. p. corr. apulee '*sic*' *Lup.*

Lupoli p. 312. 364 qui ait se exscripsisse. Nemo praeter Lupulum in lapidibus invenit correctores unius Apuliae movetque praeterea titulus «aeterni» eo loco positus, de quo vide Borghesium apud Cavedonium marmi Mod. p. 293, qui salva tum Lupuli auctoritate lapidem ad a. 312 retulit et infra fractum putavit, scribens APVLĖ Ē | CALABRIAE. D. N. M.Q. E.

211* Venusiae in antiqua basi inedita rep. ante hos tres annos inter rudera monasterii S. Trinitatis. *Lup.*

orontius. u. p | corrector | apuliae

Lupoli p. 312. 364 ait se ipsum exscripsisse.

212* Venusiae in extrema S. Trinitatis templi parte.

..... | ... c. liuius. l. c.... portic.... | ....

Lupoli p. 340.

213* Mascheti in foro nitidissimis literis.

a. caecili|o. miciano | uix. an. xx. m. x | caecilia | ursula. mater | filio. pientissimo | decur. uenus

Lupoli p. 321. Potest esse sincera.

214* Venusiae adversus aedes Augustinianorum, litteris nitidissimis.

uiuit | sex. occio. sex | l. felici. fabr | materiar

Lupoli p. 324. Potest esse genuina.

215* Venusiae in ruderibus monasterii S. Trinitatis.

d. m | amoreni. primilla | mater. filio. suo. pientis|simo. et. sibi. pos. qui. uixit. an | xx. m. uiii. l. d. d. d

Lupoli p. 341. Suspecta propter nomen Amorenis.

216* Venusiae in aed. privatis.

d. m | aniola | annia | h. p

Lupoli p. 350. Si genuina, est male lecta. *Have pia?*

217* Venusiae in domo privata.

mayonio | ampliato | amic. et. pisiniae | brioni. contuber | pater

Lupoli p. 353. Interpolata videtur, sed frustra quaesivi unde corruperit.

218* Montemilone prope Venusiam.

c. uennonio. c. f. hor | romano. maximus. et | romana. parentes. frugi | bono. fideli. qui. uixit. ann. xx | ..e. iniuria. caesus. quam | ..l. ustillo. patri.... | ....uo....

Lupoli p. 345. Sine dubio falsa

XI. SIPONTUM.

219* Siponti.

pomp. uict | ord. sipon

Ex Sarnellii *Cronologia de' Vescovi Sipontini* (Manfredonia 1630) quam non vidi repetivit Gervasio iscr. Sip. p. 52, qui falsam esse agnovit.

XII. LUCERIA.

220* *T. Tibilii Primitivi* titulum a Ligorio confictum ut Lucerinum, a Pollidoro iterata fraude ad Larinum relatum, v. in Frentanis falsis.

221* locus non indicatur.

d. m | q. claelio | claelii. patricii. f. f | martia. ap. uiro. suo. lucer | m. p

Ex schedis Califani.

XIII. VIBINUM.

222* Bovini rep. 1640 in porticu Francisci Sorga Neapolitani ante forum ad eccl. cath., in pavimento operis tessellati albi et nigri, fragm.

uibinates. posuerunt | publici. honoris. causa

Ex ms. Francisci Consiglio. Facile fingi potuit ut antiqua lis de Bovini nomine aetate Romana dirimeretur; accedit quod titulus qui a. 1640 dicitur rep. invenitur demum apud auctorem qui scripsit a. 1820.

XIV. AECA.

223* Trojae.

d. m | c. minutius. ciuis. sabi|nus. bin. et. iun. f. c

Mur. 2082, 2 a Como. Interpolata potius quam ficta.

224* Trojae.

iii. uir. i. dic. q..... | annon. et | prou. afr.....

Pratilli p. 517.

225* Trojae.

l. aeliani pre..... | et. claudiae.....

Pratilli p. 517.

XV. BASELICE.

226* prope Baselice ad eccl. S. M. a Murgara.

imp. caesari. diui. m. antonini. f | l. septimio. seuero. pio. pertinaci. aug | arab. adiaben. parth. pont. maximo | trib. potest. ix. imp. xii. cos. iii. procos. p. p | munificentissimo. prouidentissimoque. principi | ordo. populusque. murgantius | quod. basilicam. hanc. sua. impensa | construendam. curauerit

Reperit Io. Ant. Cassitto ediditque Romanelli topogr. II, 481. Falsam esse demonstravi Bull. dell' Inst. 1848 p. 5. Ficta est ut definiretur tandem antiqua Murgantia, quam post Liv. X, 17 nemo memoravit, ita, ut ex *Baselice-Murgara* efficeretur *basilica Murgantina*; sed *Murgantius* peccat contra grammaticae leges, adiectio «hanc» contra epigraphiae; deinde trib. potest. IX pertinet ad a. 201, cos. III ad a. 202 sq, imp. XII ad a. 210 sq., ut nullo modo hae notae concilientur, neque post a. 199 dictus est Severus *Parthicus*, sed *Parthicus maximus*. Quid quod falsarius expressit lapidem Mur. 347, 1 ubi Severus dicitur *pius pertinax Aug. Arabicus Adiabenicus Pont(icus) et Parthicus maximus* (inde mirum illud «parth. pont*ifici* maximo») *tr. pot. VIII imp. XI. cos. II* (inde IX — XII — III). — Cf. n. 248*.

XVI. TREVICO. BISACCIO. CARBONARA.

227* prope Trevicum ad fl. Lavellam.

.....cundini | .....f. iur. dic | .....n. praef | .....rdioniae | .....lia concor | .....mar. incomp. f.

Pratilli p. 507.

228* prope Trevicum.

d. m | platoniae | castae | q. messius | ciminius | con. b. m. f

Pratilli p. 507.

229* Ansani prope Trevicum (distat inde vi p. versus occid.) nuper repertum esse titulum *Messenii Osci* refert Giustiniani diz. topograf. I p. 201.

230* Bisaccio, quod Pratillio est Romulea.

nymphis. auf*idi* | seruatric. *sacr* | c. magius. c. *f* | uelleianu*s* | rest. et. de*dic.*

Pratilli p. 465; inde Lupoli p. 180, quicquid dicit de amico primae admissionis qui sibi communicaverit.

231* Bisaccio.

q. fossio. q. f. q. n. | equiti rom. trib. coh | aedili propraetori | uix. ann. li. m. x. d. iii | amici fecerunt

Pratilli p. 465.

232* extra Carbonaram ad viam qua ad Aufidum itur.

memoriae aeternae | a. cornell a. f. collatini | praef. aerar. s. et. leg. | iu. adiutric. aedil. q̄. q̄ | primo fetiali adlecto | sex. clodia caecilia | uxor pientiss. fecit | xiii. kal. august | l. postumio q. opimio cos | qua die populo epulum dedit

Vulpi a Pratillio Calogerà XIX p. 123, diss. Corton. II p. 177, inde Mur. 287, 2. Pratilli p. 467. Recte condemnavit Cimaglia ant. Ven. p. 193.

XVII. AECLANUM. FRIGENTO.

233* Ambros. Leo hist. Nolana f. 9 v. haec narravit: 'Consocia arma cum Samnitibus Nolanos fecisse testatur marmor quoddam antiquum in quo inciso legitur exercitus Samnitium Nolanorumque victoria illustri potitos nec plura legi queunt litteris ob antiquitatem interlisis.' Lapidem extare in laevis antis portae australis oppidi Mirabellae quod a *miris bellis* nomen acceperit.

234* Mirabellae.

dianae | nemorensi | felici | maxima. luci|niana. pro. inco|lumit. et. redit | l. lucini. uiri. s | uot. sol

Pratilli p. 458, ex eo Lupoli p. 94.

235* Frigenti.

pani. mercurio. sac | claudius. ofellius | lupercus | pro. uoto

Pratilli p. 463; e Pratillio Guarini ric. Ecl. p. 92, ex eodem Giustiniani IV, 880 qui err. typ. «fani». Unde quasi ineditam inscr. transscriptam sibi a Ciampio iun. produxit Guarini spicil. Ecl. 1826 p. 17. Transscripsit scilicet Ciampi e Giustiniano.

236* Mirabellae.

imp. caes. aelio. hadriano | antonino. aug. pio. fel. p. p | subiugatori..... | reipub...

Pratilli p. 457. Lupoli p. 103 dedit 3. 4. ita «subiugatori. orbis. terrarum | respublica. aeclanensium».

237* prope Fontanarosam.

imp. caes | m. antonino | aug. arm. parth | patri. patriae | uia. ad. pontem | auf. et. uenusiam | aquar. interrupt | et. latrocinis | restituta | aeclanenses | d. d

Vulpi Calogerà XIX, p. 121 a Pratillio; Mur. 1020, 1 e Vulpio; Pratilli p. 459 a primicerio Mirabellae Fabricio Ruggieri. Lupoli p. 179 omisit 6, quod fraude, non negligentia factum videtur.

238* Frigenti.

c. cepidio. nigerio | aufustiano | inuicto aurigatori | in. faction. uarIs. plu|ries. agitato. semper | uictori. ab. imp. domi|tiano. aug. caes. plu|ries. coronato. pre|mIsq. iii. aucto. p. s | uix. ann. lxiu. m. iii | lucilia. appuleia. uxor | mar. b. m. fec

Vulpi a Pratillio Calogerà XIX, p. 121, ex eo Mur. 2020, 1 non sine v. I.; Pratilli p. 462, qui cum finxerit, sequendus est.

239* Gesualdi prope Frigentum.

cn. herennius. q. f | pulcher | praef. leg. ii. italic | q. herennio. fil. dulc | n. s. pos. l. d | uix. an. xuiiii. m. ii

Pratilli p. 459.

240* ad Mirabellam in via quae Frigentum ducit rep.

q. paedio. q. fil | praetori. trib. mil | patrono. coloniae | resp. aeclanensium | d. d.

Pratilli p. 457, ex eo Lupoli it. Venus. p. 115.

241* Mirabellae.

l. secundus. l. f. cor | crescens | ii. uir. praef. alimon | prou. apuliae. et. lucan | statuam. mercurI. ob | honorem. quinq. posuit | in. cuius. dedic. decur. sing | et. popul. uiritim. denarios | sing. dedit | l. d. d. d

Pratilli p. 458 a primicerio Mirabellae F. Ruggieri; ex eo Lupoli p. 98. aliique. Pratilli cum suspicatus esset 4 «proc» pro «prou» legendum esse, Lupoli tacite ita reposuit; deinde p. 368 ubi de correctoribus scribit, item tacite «corr» mutavit. En fidem hominis!

242* Aeclani.

..... | aeculanensium | patrono. ob. innu|mera. in. eos. bene | .....

Pratilli p. 456. Aeculanum pro Aeclano non invenitur in inscr. genuinis.

243* prope Aeclanum paullo post pontem ruptum.

o p. claudius. p. l | ualentinus | s
h et | m. claudius | frater s

Refert Pratilli p. 453 neque alius vidit, nam ex Pratillio sumpsit Guarini comm. XIII p. 59, oblitus se iam repetivisse ric. Ecl. p. 141. Turbat Marcus Claudius Publii liberti frater, item cognomen praetermissum; praeterea sigla «o. h. s. s» vulgaria in Campanis lapidibus, in Aeclanensibus nunquam reperta arguunt Campanum falsarium.

244* Mirabellae.

d. m | c. caelio. rufo | qui. uixit. ann. xxui | m. uii. c. caelius. fil | infeliciss

Lupoli p. 124 n. 39 ex sched. Barrassianis suspectis.

245* Mirabellae in aed. privatis.

l. fabricius. a|pro. uixit | annus. x.... | hic. situ.... | chreste. uxsor | fecit

Lupoli p. 125 n. 51. Cognomen Apronis suspectum.

246* Mirabellae.

a. igniae. crispinae | theiae. iustinae. parentes | infelicissimi. et | a. ignio. crispino | c. trebatius. c. f. frat | materq. theia. iustina | p

Lupoli p. 123 n. 35 ex sched. Barrassianis. Gens Ignia est Beneventana; si genuina est, dele «a» init.

247* Frigenti in eccl. S. Marciani ad parietem.

depositio. pomponiae | legitimae. principalis | ii. kal. sept | pomponius. pat | q. uix. a. l. dulciss. coniu

Lupoli p. 129.

248* Locosano in turri horologii.

heraiscus | eggiae. nerullae | ser. ioui | amarano | aram. posuit

Ex apographo Io. Antonii Cassitti sive edidit sive edere se simulavit Romanelli topogr. II, 321 (inde Orell. 1213), qui retulit Iovem Amaranum ad Montemarano vicum inter Abellinum et Nuscum. Eggia gens est Aeclanensis et admitteremus fortasse hunc titulum si ab alio auctore proferretur; at in Romanellio hoc evenit singulare, quod paucae inscriptiones quae ab eo primum prolatae sunt, oppidi alicuius dubiae positionis vel rarius memorati nomen continent; vide *mil. Blanda* n. 76*, *Herculem Acheruntinum* n. 119* Iovis nostri Amarani simillimum, *basilicam Murgantiam* n. 226*. Quare hanc quoque loco movere non dubitavi. Cf. Bull. 1848 p. 32.

249* Aeclani apud archipresb. Ferro.

i. o. m | et | genio. tib. caes | fullones

E schedis Cassittii.

250* Montellae (Princip. ult.) ad caput Caloris.

d. m | piano. ouidio. omnibus. honoribus. defuncto | annis. lxxxxii | uiuo. bibliotecario

E schedis Cassitti. Falsa sit oportet, sed unde fluxerit non liquet.

251* Aeclani.

IV· EP· AECL...
....

Guarini ric. Ecl. p. 164 ex schedis ms. Videtur conficta ut mentio extaret Iuliani episcopi Aeclanensis, de quo vide Lup. p. 79.

Guarini nov. mon. ecl. 1824 p. 29. 30 ludicra n. 252*—258* protulit e codice illo ut opinor quem ait p. 1 '*un vecchio affumigato quinterno di mano fedele sì ma poco pratica del mestiere dell' antichità*'.

252* .....|.....| inter. flores. iacet | o. spes. fallaces

253* .....|.....| intempestiue. sepultus

254* miseranda. memoria | hanc. aram. complectitur |.....|.....

255* .....|.....| improba. felis. digitum. mor|det. et. intereo

256* uae. tibi. uiator. luge |.....|.....

257* diis. lem. coniug. scel. sinto |.....|.....

258* .....|.....| ux. coni. pos. d. m

259* rep. pone passum Mirabellae in agro DD. Ferri.

hic ceres hic pallas sumus hic pomona lyoeus

Guarini iter vagum mansio I p. 13.

260* Mirabellae penes Mattiam.

aduersis. non succumbas | laetis non credas

Guarini alc. mon. ant. p. 10. legit ipse. Recentem puto, non falsam.

261* Frigenti.

.....us. c..... | larcius. inuentus | poplici. l. seruos. minist | .....|.....| tabellarius

Guarini spic. ecl. 1826 p. 19 a Ciampi. Cf. n. 72*.

Frigenti.

262* r. p. irpinae | iucundus

263* r. p. aeculanensium

Giustiniani dizionario IV, 383. Videntur falsae; Aeculanum nemo dixit pro Aeclano nisi Pratilli (v. n. 242*), neque unquam fuit Hirpinorum respublica aetate Romana.

264* rep. 1784 in loco dicto Cornaleto in territorio antiqui Ferentini, quod Vecchiae est Leoni.

maxim. rullian | dxxi | de. sam....tibus. et | apuleis... k. mart

della Vecchia p. 12.

265* rep. in Montegogliano prope Nusco a P. Magistro Minorum Conventualium Amato Santagata, sed interiisse dicitur adhibita a lapicida quodam ad focum faciendum in aedibus suis in loco dicto Flitta.

m. curius...... m. n. den. xiix | de. samnitib.... re|gge. pyrrho. ebr.

della Vecchia p. 33.

Haec ex fastis triumphalibus Capitolinis a. u. c. 481. 478 derivata esse nemo non videt; notandum tamen secundum fragmentum desumptum esse ex Ciarlante storia del Sannio l. 2 p. 170, qui dat cum iisdem fere erroribus.

266* rep. in agro Ferentinati (i. e. prope Leoni).

....m. iunio. prætore...

della Vecchia p. 54. Conficta ex Liv. XXXI, 4., ut Ligures Baebiani Leoni collocentur.

267* *ne' così detti cerri di S. Amato.*

.....ferentina

della Vecchia p. 90.

268* Fontigliani, fragm.

mario egnatio irpino

della Vecchia p. 94.

269* Fontigliani in eccl.

c. p. lucretio. tri|cipit. trib. mil | u. c... | et. suis. parentib | concubinae

della Vecchia p. 106.

270* Fontigliani in eccl.

.....lucio | ...iio. panza. quaest

della Vecchia p. 107.

271* in agro Iudaeorum prope Aufidum.

M· RAPRIO· FLAONIO
MAXIMIANO· M· BAEBIVS '*sic*' *d. V.*
FLAONIVS· MAXIMIA
NVS· FILIO· CARISSI
MO· QVI· VIXIT· ANIS IIII
M· X· D· XV· DEPOS
ITVS· POS'· DIES· XVIII *sic*
SI· QVIS· EVM· APERBERIT '*sic*' *d. V.*
FISCO· DABIT· SS· D

della Vecchia p. 65. Haud scio an falsa sit, propter nomina insolita, summam quingentorum numorum nimis exiguam, denique depositionem post dies duodeviginti.

272* rep. in loco dicto *Serrone del Conte* in Roggiano in pertica Nusci.

m. naeuio. uiatori

della Vecchia p. 82. Potest esse genuina.

273* in via Appia *Lig.*, ibi ubi est titulus Q. Marcii Glyptiani n. 1352.

dIs. manib | m. iulius. m. f. serg | plutianus *(sic)* | ueteranus. praetor | fecit. sibi. et. suis | liberis | in. fr. p. xu. in. ag. p. xuii

Gudius ms. 1218, 2, ed. 171, 7 ex Ligorio.

PARS QUINTA.

CAMPANIA.

I. BENEVENTUM.

274* Tarracone *Manut.* apud Aceras (?) in amphitheatro in via oppidi *cod. Red.* Beneventi *Mur.*

Manutius:

templum. hoc. sacrum. her....
.....augusti. nomen. felix
remaneat. stirpis. suae. laetetur.....
parens. nam. quom. te. caesar. te. m.....
exposce. deum. caeloque. reperies....
mundum. reges. sint. hei. tu.. ei.. sorte....
huic.imperent.negantq.nos.felicibus.uoteis.sueis

l. aurelius. l. f. pal. rufus. primopilaris
....xui. militaris. sec......
...imp. caesaris....

cod. Redii:

templum. hoc. sacratum. herculi
quod. germ. augusti. nomen. felix
remaneat. stirpis. suae. laetetur
parens. nam. quom. te. caesar. tem
exposcet. deum. caeloq. repetes. sem
mundum. reges. sint. ei. tua. quei. sorte. fe
huic. imperent. regantque. nos. felici
uoteis. sueis
l. aufidius. palfurius. primopilaris
xui. militans
imp. caesaris

Muratori:

templum hoc sacratum her.....
....uoe....ce....augusti nomen felix....
remaneat stirpis suae laetatu u.....
parens nam quom te caesar tem.....
exposcet deum caeloque repetes sel..
mundum reges sint heic tua quei sorte...
huic imperent regnentque nos felicibus
uoteis sueis
l. aurelius l. f. pal. ru.... primopilaris
xui. militans st.........
imp. caesaris..........
....

Manut. quaest. epist. 3 p. 48; qui subiicit hunc titulum: *In Hispania.* «l. aurelius. l. f | pal | rufus | primopilaris | leg. xui | h. s. f», quem recepit Grut. 531, 4 altero omisso. Gud. ms. 949, 1 e cod. Redii p. 176 b, 1. Mur. 116, 4 e sched. Ambros. (ex eo de Vita p. 78 et I, 16). — In vv. ord. conveniunt Manut. et Mur., ad quos Redianum exemplum disposui ceteroquin optimum. Haec et tres sequentes e codice Redii et schedis Ambrosianis desumptae singulares admodum sunt et quamquam singulae patronum videntur posse invenire, omnes tamen vix erit qui defendat.

275* Beneventi.

hic sit..... | ...mu..... | prima iuuenta fuit.... | dum uarias cupit spec.... | .... museo figere in alto | decidit et hermas hoc nunc est pondere clausus | aeternasque lacrimas reliquit carpo parenti | qui uixit annis xxi. m. uiiii | diebus xx. carpus coloniae | pater infelicissimus fecit

Mur. 1172, 7 e sched. suis, e Mur. de Vita cl. III n. 23 et Burmann Anthol. IV, 306.

276* Beneventi in claustro monasterii S. Sophiae *Gud. Mur. de Vita.*

Muratorius:

t. uedianus. t. l. august
fructus. sibi. et
munatiae. priscae. uxori
benemerenti. de. me. hoc. feci
monimentum. animo. libens

asiniae. c. l. tarentinae. et
primigenio. et
hamintae. et
saturnino. et
dextro. et
....

cod. Redii:

t. uedianus. t. l. august. fructus

sibi. et. munatiae. priscae. uxori
benemerenti. de. me
hoc. feci. ei. monumentum. animo
libens. et

afiniae. c. l. tarentinae. et
primigenio. et
hamintae. saturnino

ex. ('sic' Gud. ms.) dextro
in. agr. p. xiiii

de Vita:

t. uedianus. t. l. august. fructus
hoc. fecit. sibi. et
munatiae. priscae. uxori
benemeritae. de. me
monimentum. animo

libens. et. anniae. c. l. tarentinae
primigeniae
hamintae. saturnino

ex. dextro
in. agro. p. xiiii

Gud. ms. 957, 1, ed. 287, 13 e cod. Redii p. 120 b. 1; Mur. 1417, 4 e sched. Ambros.; de Vita II, 11 (Donat. 91 5), qui ignoravit Muratorii typum, Gudii citavit et fortasse corrupit. — Animo libentem monumentum fecisse maritum uxori quis feret?

277* Beneventi apud sanctimoniales S. Petri.

t. felicis omni|um artificiorum | studiosissimi q. u | ann. xuii. m. xi. d. uiii | parentes perquam infeli|ciss. luxuri

Mur. 953, 2 e sched. suis, e Mur. de Vita VIII, 15.

278* Beneventi in domo magistri Iuliani Latoni.

l. scerini. annei. africani | fil. dulcissim | qui. uixit. ann. xii. m. uiii. dies. x | parentes. infelicissimi | amissione. eius. perpetuis. tenebris | et. quotidiana. miserabili. ululatione | damnati

Apian. 102, 3, ex eo Grut. 705, 11. V. 1. cod. Redii p. 120 a 8. apud Gud. ms. 1086. de Vita cl. IX n. 24 e Grutero. 1. «scenni» cod. Red.

279* Beneventi *Ap.*; ibidem in ponte S. Mariae Angelorum *de Vita*; Romae in aedibus Ciampolini *Grut.*; Alatri *Mur.*

pontia. t. pontii. filia | hic. sum. quae. duobus. natis. a. me | auaritiae. opus. ueneno. consumptis | miserae. mihi. mortem. consciui | tu. qui. hac. transis. si. pius. es | quaeso. a. me. oculos. auerte

Apian. 104, 2. Fabric. 1587 p. 204. Grut. 921, 6 e Mazochio paullo aliter. Mur. 1810, 7 e sched. Nic. Pacediani. de Vita IX, 223 ex antiquis schedis Verusii et Viglioni, et Apiano. — Variam lectionem afferre piget; ficta est ex Iuv. 6, 638.

280* Beneventi.

crescentillae. filiae. dulcissimae | fecerunt. crescens. pater. et. soteris. mater | quae. uixit. annis. xi. m. ui. d. ii | epaphroditus. tata. posuit

Mur. 1157, 5 e schedis Pacediani, quae sunt refertae falsis et male collocatis. de Vita non habet.

281* Beneventi in minori eccl. di Cerretari.

aesculapio.perga|meno. sacrum | l. antonius | .....rus cum | .....l. polla | .....re. et | .....ano | coss | l. d. d. d

Reines. I, 115 (Langermannus e Ligorio), inde de Vita cl. I. n. 30.

282* Beneventi.

patri. ammoni. et. herculi | fratri. et. mineruae. palla|diae. et. ioui. olympio. et | samothracib. cabiris | et. indico. soli. atq. apol|lini. delphico

Reines. I, 143 a Langermanno; ipse damnavit.

283* in via quae e Latina it in viam Traianam Beneventum pergentem, ubi est opp. Mynernianum. *Lig.* Ad Beneventum retuli, ne tempus tererem extricando cui oppido tribui voluerit Ligorius.

cereri. mynerniae. conseruat | praedior. mynernian. sacrum | gn. domitius. gn. l. mynernius | procurator. client. ti. caes. aug | praefectus. annon. carae

Gudius ms. 1546, 3, ed. 17, 5 ex Ligorio.

284* Beneventi.

dianae. celesti | sacrum | crescentina | cum. su. liber

Reines. I, 56 (Langermannus ex Holstenio et Ligorio), inde Gud. ms. 1141 v., 1 et de Vita I, 20.

285* Beneventi.

ioui. uictori. pacifero | sacrum | m. sutorio. m. f. men. uero | ueterano. uot. uou | bell. germanic. dac | sutoria. ulpiana. et. titus | sutorius. m. f. men. honoraTus | fac. cur | u. s. l. m.

Gud. 7, 7 (ms. 1280, 4) e Ligorio; de Vita I, 2 e Gud.; e de Vita Donat. 3, 2.

286* Beneventi.

iunoni. stygiae | crescentina | matrilia. cum | fil. su. u. s. l. m

Reines. cl. I n. 34 (e spicil. Holstenii Lambecius); Gud. ms. 1137, 3 e Reines.; Spon. p. 80 e Reinesii epistolis; de Vita cl. I n. 6 e Reinesio.

287* Beneventi.

uictoriae augustae | m. numerius. m. f. men. fabia|nus. iiii. uir. quinquenn | ui. uir. aug. patronus mu|nic. sua. pecun. restit

Gud. ms. 1280, 5, ed. 61, 4 e Ligorio; e Gudio de Vita I, 31.

288* Beneventi.

helenae augustae | genetrici d. n. constantini max | uictoris et triumphat. semper aug | elpisticus u. p. p. p. rer. priuatar | pietati. eorum | semper. deuotissimus

Reines. cl. III n. 55 a Langermanno, inde de Vita p 497 et cl. IV n. 5.

289* Dentecani.

dIs. manibus | m. minius. m. f. fab | crispinus. uet | sibi. et. miniae. con|iugi. sanctissimae | bene. de. se. merito | s. t. t. leuis

Gud. ms. 1387, 2, ed. 280, 6 e Ligorio.

290* Beneventi.

l. uelleius. l. f. uerinus | et. leuicior. l. uelleio. uero | patri. et. matri | sextiae. maiori

Reines. XIII, 55 a Langermanno; e Reinesio de Vita IX, 224.

291* Ariani.

q. babrius cor. amiantus pa. quaestor p. r. ex s. c. in p. a. s. h. e. templum iani antiquitus erectum ab indigete [indigene *Lup.*] uno e principibus ianiculorum qui tempore itali regis a sutrio exsiens et tyrannidem fugiens coloniam quingentorum uirorum nobilium coniugatorum huc transtulit ianumque colens sedem sibi suisq. firmam delegit ac arianum nomen loco imposuit dirutum iam a samnitibus tempore pontii eorum ducis proptereaq. arianenses in bello samnitico romanis praesidium dedere funditus sua peq. erexit et ornauit post iugum italiae impositum ab urbe urbium principe in anno a fundatione eiusdem quinquagesimo [quingentesimo *Lup.*]

Mur. 1802, 3 ex Ciarlantii Samnio. Lupoli it. Ven. p. 141.

292* Beneventi ad ripam Caloris rep.

felicib. auspicIs | caes. diui. neruae. f | traiani. augusti | germ. dacici. p. p | condita. colonia | beneuentana | pert. iul. phi | .....

Pratilli p. 451 ab Hieronymo Albino, inde Donat. 346, 2. Damnavit de Vita p. 38.

293* Beneventi rep. ad ripam Sabati.

diuo. commodo | augusto | pio. felici. p. p | restitutori. scen | theatr. sacror | certamin. et. publ | aerari. et. thermar | beneuentani | d. d

Pratilli p. 448 ab archidiacono Io. de Nicastro.

294* Beneventi rep. extra portam Rufinam.

m. alfio. m. f. m. n | pal. renato | decur. primo. reipubl | beneuentanor | praef. sacr. ceremon | augustal ... | et. colleg ... | a. se. reno ... | ob. munif ... | ordo. et ... | statuam. p.... | m. lepi ... | plan....

Pratilli p. 408 ab Hieronymo Albino.

295* prope pontem Leprosum in agro Philippi Beri in sepulcro, in quo crepundia crystallina litteris graecis inscripta et ossa pueri reperta sunt.

flau. max. fausta | aug....spes. reipublicae

Guarini alcuni suggelli antichi p. 83.

II. CAUDIUM. MONTESARCHIO. S. AGATHA GOTHORUM.

296* ad furcas Caudinas rep.

MESIAE SACRVM
M'· COMPITIVS· VALENS
M'· F· STEL· EQV· ROM
CVRATOR· VIARVM

ex latere eiusdem basis:

MESIAE· ET
SETIAE
COMPITIANAE
D· D

Gud. 57, 1 (ms. 1350, 1) e Ligorio; de Vita I, 28 e Gud.

297* Caudii.

l. sylla. con | fausta | beneuentum | felix

de Vita p. 32 (Donat. 333, 4) e schedis suis ms.; recte spuriam iudicat.

298* medio loco inter Caudium et Airolam.

fortunae | superae | sac | aelius. porcius. lib | peric. euasus | dicauit

Pratilli p. 396 qui ait referri a Muratorio in tom. III; apud quem non extat.

299* rep. M. p. ab Airola versus Arpajam, '*oggi dicesi altrove trasportato*'.

ara et hostiae et homines duo qui sacrificant.

urceus iunoni | lucinae | uot | nunnia. ianua|ria. pos *patera*

Pratilli p. 398.

300* inter Arpajam et Montesarchium, ara quadrata.

ara. uentor....

Pratilli p. 399.

301* rep. ad furcas Caudinas 1749 supra Arienzum.

fl. claudio. sulpiciano. c. u | procos. prou. achaiae. daciae | praet. $\overline{qq}$. $\overline{ii}$. praef. urbis | uiar. min. et. lat. curat | consulari. campaniae | uiae. appiae. aug. consul | absq. reip. et. paganor | inpensa. restitutori | beneuentani. et. caudini | publice. d. d

Pratilli consol. della Camp. p. 45, qui ait aquarum impetu lapidem detectum esse a. 1749 et paullo post aliis aquis iterum esse sepultum (imitatus scilicet quae Pellegrinus dixit de titulo n. 1411), secum communicatum esse a fratre Bern. Mar. Neapolitano *de' Minutoli Capuccino.* — Ante p. 9 hunc lapidem *Statii Prisci* appellat (v. Corr.), mentiturum bonae memoriae esse oportere immemor. E Pratillio habuit Donati 250, 3. Damnavit Marini Arv. p. 392. Ficta est ut viae Appiae confirmaretur appellatio Augustiae (cf. Pratilli via App. p. 27).

302* inter Forchiam et Arpajam.

q. catio. mo|desto. primipil | bis. praef. equ | praef. annon | praef. fabr | decur. primi | ordinis. q. uix | ann. lxi. m. iii | paulla. hilara | marit. incomp. f

Pratilli p. 398.

303* in columna terminali quae extat Montesarchii.

cocceian

Pratilli p. 391. Ficta ad stabiliendum locum villae Cocceianae Horatii.

304* Forchiae.

dis. man | iucundae. seuerae | septenn. puellae | ossa. heic. sita. sunt | pontia. seuera. ma|ter. infelicissima | fecit

Pratilli p. 398.

305* Airolae prope monasterium *de' FF. Scalzi di S. Pier d' Alcantara.*

q. munatius. q. f | stel. apronius | l. munatius. felix | m. munatius. eros | munatia. felicula | et. heluia. muna|tia. soror. de. suo | sibi. posterisq. suor | fecer | in. fr. p. xui et | in. agr. p. xii

Pratilli p. 397.

306* Montesarchii tria fragm. in pilis pontis *della Tesa.* Ego diligenter sed frustra quaesivi.

numisi|us. q. f. |uir. i. d
tribun |de. sua. pe|q. f. c

Pratilli p. 400. Cum invenissem hanc in Cassittii schedis, ubi errore calami «tribum» scriptum erat, ego nescius adhuc in his inesse quam plurimas Pratillianas et hanc ipsam apud Pratillium legi, genuinam putavi; quod confitendum mihi est propter ea quae olim de hoc lapide scripsi.

307* Montesarchii *nella piazza di sotto.*

..... | facien. censuer | curante. l. opimio

Pratilli p. 401, augens gentem Opimiam Beneventanam.

308* Apelosae inter Montesarchium et Beneventum.

hic. situs. est. nostrae. splendor. turpilius. urbis grammaticus. prisci. uictor. et. ultor. ani

Pratilli p. 402, cuius et «prisci» et «ani» saepe victoris sepulchro merito posteri haec inscribent.

309* Varoni prope Montesarchium apud Nicolaum Maddalona.

d. m. s | a. uibbio. feli|ci. q. u. a. xx. m. i | uibbia. procu|la. fratri. b. m | fec

Pratilli p. 401. Potest esse genuina.

310* in valle Caudina inter Arianum et Arpajam.

.....cinio. stel | .....etuo. l. fil | ....et. praef | *c*oh. i. uolunt | *ca*mpanorum | .... tauit. an. li | .....

Pratilli p. 392 finxit '*a gloria de' nostri Capovani*'; ipse supplere iubet nos ex lapide L. Flavii L. f. Quir. Saecularis praef. coh. primae voluntar. Campanorum. Intelligit Grut. 1108, 5, quam citando corrupit; quod ait a Fabrettio p. 200 emendari *voluptar.* in *voluntar.*, et ipsum falsum est.

311* Airolae in ingressu vici.

..... | ...alt. ped. lxiii .... | ...repos. suor ..... | ...et. hospitium .... | .... circumdat.... | ...long. ped. cx.... | ... ofillius. et. te... | ...tris. sui. adqui...| .....

Pratilli p. 397.

312* Airolae.

..... | quod ab agro in murum | et a muro in riuum | ..... decurrat | sen. cons. reip. caudi|nor. absq. noui. fe|der. sponsion...| .....

Maffei M. V. 475, 4 a Pratillio.

313* Airolae? Certe sequitur Airolanam.

dis manibus | agilliae. seuerae | uisit. ('*sic Maff.*) annis. xxx | m. i. diebus. xxu | benemerenti

Maffei M. V. 475, 5 a Pratillio.

314* prope Arienzum rep. in faucibus vallis Caudinae.

cn. coccei. cn. l | ossa. heic. sita. s | lucilla. cocceia|na. uxor. b. m. p

Pratilli p. 390; ficta propter Horatii *Coccei plenissimam villam, quae super est Caudi cauponas.*

315* Airolae? Certe sequitur Airolanam.

d. m. s | ofilliae | c. fil. piae | feliculae | l. tettius | secundinus | coniugi | b. m. f

Maffei M. V. 475, 6 a Pratillio.

316* Foglianisi prope Montesarchio.

tethydi | tethydes. f | adolescenti. summae. spei | uix. ann. xx | sub *aSCia ded*

Guarini iter vagum mans. I p. 50. Habui etiam ex schedis Cassittii.

317* S. Agathae *de' Goti* rep., inde translata in villam regiam Casertanam.

iulio. probiano c. u | cons. campaniae | ab. origine. patr... | patriq. aman... | statuam. e..... | .....

Pratilli de' cons. della Camp. p. 101.

318* in oppido S. Agathae.

d. m. sac | q. publicio | q. f. ianuar | filio. kariss | q. uix. annis | xxuiii. mens. u | diebus. xuiii | q. publicius | priscinus. pa|ter. inf. fecit

Maffei M. V. 475, 3 a Pratillio.

319* in oppido S. Agathae.

sac | d . m | q. publicius | priscinus. a|meriae. ianua|riae. con. kariss | benemer. sibiq|ue. uiuos. fecit

Maffei M. V. 475, 2 a Pratillio.

320* S. Agathae de' Goti rep. 1728. In atrio eccl. cathedralis collocant Liguori apud Orlandum et Rainone.

c. iulio. c. f. caesari | imp. triumuiro. r. p. c | patrono | d. d

Edidit primus Egizj lettera al Langlet (ed. pr. 1738) ed. 1750 p. 53, ed. 1795 p. 161., qui habuit ab Antoninio; inde Mur. 219, 1 et alii repetiverunt: Liguori episcopus apud Orlandium città d'Ital. I 1770. p. 117. Rainone p. X. Donati 457, 8. Amicus Minieri-Riccius mihi affirmavit se lapidem vidisse, non vidisse se alterum n 321. Num in lapide ficta est?

321* S. Agathae de' Goti rep. 1728.

i. o. m | c. o. d. i

Edidit primus Egizj lettera al Langlet (ed. pr. 1738) ed. 1750 p. 53, ed. 1795 p. 161 (ex eo Mur. 1978, 6) ab Antoninio acceptam, qui haec esse voluit «*Iovi Optimo Maximo Ceterisque Omnibus diis Immortalibus*».

III. ABELLINUM.

322* Abellini, antiquo oppido Samnitum.

aesculapio. et. hygiae | sacrum | l. antistius. l. f. stel. arrenus. tr. mil | et. titus. antius. auctus. eq. rom | u. u. l. m

Gud. ms. 1152, 3, ed. 46, 7 e Ligorio.

323* Abellini, antiquo oppido Samnitum.

dianae. maduriae | q. annius. q. f. stel. acilianus | patronus. pl. abellin | iiii. uir. quinquen. iter | sacrum

Gud. ms. 1152, 4, ed. 30, 6 e Ligorio.

IV. ABELLA.

324* Abellae.

dianae. et. appollini. et. cereri | et. libero. patri. inuic | q. aterius. q. l. olympionicus | procurator. client. aug | sua. pecun. d. d

Gud. ms. 1152, 2, ed. 26, 5 e Ligorio. Remondinius I, 267 et ex eo d'Anna II, 142 aiunt hoc titulo deperdito Abellanos alterum reposuisse quem ipse legi extatque ante aedes baronales: «dianæ. sacrum | anno. mdlxiii»

325* Abellae penes Io. Bapt. Victorium. *Prat. d'Orv.* rep. in villa P. P. Camaldulensium, nunc apud Io. Bapt. Victorium, evanida admodum. *Ram.*

l. ouinio. uitali..... | patrono. generi..... | dignissimo. togato. primori | loci. defensori. prouin|ciae. camp. ob. eius. me|rita. adque. innumera|bilia. beneficia. quae | circa. ciues. suos. exhibe|re. dignatur. uniuer|sus. populus. abella|nus

Pratilli p. 382, ut supra dedimus; altera deinde tituli recensio per Remondinium I, 268 (inde d'Anna II, 270) innotuit, quae differt praesertim 1. 2. Remondinius enim sic: «tarquinio. uitali. n. f. ui. uiro | patrono. generi. et. r. aricin»; similiter d'Orville p. 599 sic: «tarquinio. uitalo. ne. u. f. | patrono..... | dignissimo. togato. prin» Praeterea Rem. 3 «prim», 6 «atque», 10. 11 coni. — Haec quoque recensio tota refert Pratillium mihique ab ipso Pratillio profecta videtur. Remondinius partem titulorum Abellanorum cum acceptam referat Marco Mondo, qui Mondus redit inter personas Pratillianas quales sunt Vecchionius, d'Issa aliique, adscripti ut falsis lapidibus auctores essent, Pratillium arbitror sive ipsum sive per personam interpositam Remondinio dedisse et hunc titulum spurium et si qui alii in Abellanis similes reperiuntur. Ceterum finxit Pratillius ut *defensorem provinciae* inde adstrueret.

326* auillia. f | aelianae. m. | egnati. rufi | equitis. roma|ni. sacerdotis | iouia. f. ui. uir. | abellanor. | *defensoris* | *prouin*ciae | *campaniae*

Remondini I, p. 263 non addens ubi extet et unde sumpserit; ficta est adhibito titulo n. 1952 L. Egnatii Inventi, patris L. Egnatii Pollii Rufi equitis et altero n. 1989 quem regio Iovia Nolae posuit Pollio Clementiano. Cum *defensor provinciae Campaniae* et *sevir* hic redeant plane ut in titulo praecedenti, iure hanc referemus ad inscriptiones Abellanas quas a Marco Mondo, hoc est a Pratillio accepisse se fatetur Remondinius.

327* Abellae 'ancor può vedersi in una delle scale del Convento de' PP. Minori Osservanti.' *Rem.* Frustra ibi quaesivi.

manlius. pa|cius..... ui|uir. col. iur. lat | foederat

Remondini I, 265, ex Remondinio d'Anna II, 267. Spuriam esse facile apparet, cumque redeat in hac *sevir* idem qui fuit in duabus praecedentibus, hanc quoque Pratillianam existimo.

V. NOLA.

328* Nolae extat litteris grandibus simillimis eis quae Romae in platea Iudaeorum cernuntur optime antiquitatem imitantes in facie aedium splendidarum, quae fuerunt Ursi de Ursinis. Aliud exemplum Romae fuit in aedibus Ursinorum apud campum Florae *Apian.*

ursus alus ciuis satrapes ex umbria in armis floruit adolescens, uir postquam factus est aequatum capitolium recondidit, tabularum leges seruauit, rem p. a faliscis liberauit, quirites in exilium actos reduxit, pontem refecit, plebem pacauit, diuisum imperium | conciliauit, uixit annos xxxxuiii diebus uiii sacrum. uituria ursi ali uxor carissima augusti caesaris neptis, quae de pudicitia uersus condidit, uixit annis xxxx mensibus x. diebus iii. eorum superstites filii uiii filiae ui pro se ipsis posterisque eorum iii kl. maias | d. m.

Descripsi. Ursus de Ursinis comes Nolanus saec. XVI ex clara gente Nolana Ursinorum hanc ipsam domum aedificandam curavit. Apian. 231. Cod. Waelscapple f. 128. Pacichelli viaggi t. IV vol. I. p. 402. Pococke p. 69 n. 14.

329* Nolae in marmore quadrato rep. inter duo amphitheatra hae litterae restabant ceteris deletis.

templum. augusti

Ambr. Leo f. 13r. 19r.; ficta est, ut situs innotesceret templi quod Nolani Augusto apud se defuncto consecrarunt.

330* Nolae.

portiae. tulii | c. catonis. f

Capaccio p. 886 ita confusam dedit cum titulo genuino n. 1978: «fl. ualerio. portiae. tulii | constantio. c. catonis. f | nobilissimo. caes.» Unde excerpsit Reines. III, 50: «fl. ualerio | constantio | nobilissimo. caes» et XVII, 99 inscr. quam supra dedi.

331* Nolae.

cereri. august | m. aurelius. uiridianus | u. c. curretor. campan | et. nolan. patronus | iiii. uir. quinquenn | d. d. d | l. d. d. d

Gudius ms. 1560, 4, ed. male 16, 6 ex Ligorio.

332* Nolae.

ioui. opt. max | l. pompedius. l. f. pobl | lucillus. ui. uir | augustalis. et. patro|nus. col. aug. nolanae

Gudius ms. 1560, 3, ed. 10, 2 ex Ligorio.

333* Nolae; quod cum Panv. non adscripserit, ex coniectura additum vid.

l. ranio. acontio. l. f. publ | optato. uir. clar. cos | ordin. curatori. reip. no|lanorum. cur. pec. p. xu. uir | sacris. faciund. patrono. r. p | iii. uiro. ad. agr. diuiden. x. uiro | stlitib. iudicandis. stat. ex. aer | s. p. q. nolan. d. d

Panvin. fast. ad a. 1086 (ex eo Smet. 164, 3, item Grut. 463, 3). Frustra quaesivit Remondini storia I, 19; scilicet ficta est a Ligorio ad exemplum Gruter. 463, 4. Cf. Borghesi in Burbuleio p. 31.

334* Nolae.

l. sicinio. l. f. ser. ualenti | militi. leg. xxx. ulp. donato. ab | imp. traiand. torquibus. iii. ar|millis. iii. phaleris. ob. bellum | dacicum. singulari. praefectorum | pr. tesserario. optioni. fisci. cur|atori. corniculorum. tribuni. euo|cato. aug. 7. coh. uigilum. 7. cohor. xii | urb. 7. coh. ix. praet. donis. do|nato. ab. imp. hadriano. torquib | et. armill. hasta. pura. corona. au|rea. ii uir. quinquennali. patro|no. municipi. curatori. rei. pub | nolanorum. septemuir. august | titul. usu | s. p. q. nolanus. d. d

Mur. 1064, 3 e Ligorio. Excerpta inde dedit Panvinius civ. Rom. p. 731 ed. 1558, quae repetiverunt ex eo Smet. 164, 4, Grut. 469, 9, Capaccius p. 882.

335* Nolae.

t. tettienus. t. f. felix | patron. col. nolanae

Panvin. Rom. p. 731 ed. 1558. Manut. orth. 342, 18. Grut. 473, 9 e Goltzio. Capaccius p. 463. Gud. ms. 1560, 2 e Lig. 2 «nola. nat» Man. Lig.

336* Nolae in S. Apostolorum.

c. caesari. augusti. f | cos. principi. iuuentutis

Mur. 221, 6 e schedis Pacediani, quae sunt suspectissimae.

337* Nolae.

d. m | q. antisti | comi | comiani | aed. col. et | iuliae. eutichiae | uxoris

Maff. M. V. 353, 7 ab Arnolfinio; cur falsam putem, dix ad n. 452*.

VI. NUCERIA.

338* in tabula marmorea reperta Nuceriae in campis Ausoniis.

memoriae. arceseniae | priscae. uixit. ann. lu | mens. uii. d. xxi. h. uii | m. arcesenius. m. f. clad | sabinus. et. l. arceseni|us. m. f. claud. felix | uet. leg. x. aug. gem | matri. pilssimae. b. d. s. | m. posuerunt

Gudius ms. 1228, 2, ed. 252, 2 ex Ligorio.

339* Nuceriae.

..... iussion. dari. elian | ..... c. cons. campaniae | ..... omne .... lu .... is | .....

Pratilli p. 380; cons. p. 87, ubi «aelian».

340* *scavata presso la città di Sarno.*

felix orestilla que | feliciter crispino euodio | nupsit puerperio uix | educta infeliciter obiit | maritus pientiss. ucsori. s | b. m. fecit | contra uotum

Mem. per servir all' istoria e letteratura Venezia 1759 T. II p. 176 q. n. v.; inde excerpta totius Ital. nec non Helv. litterat. Bern 1760 T. III p. 221. Indidem sumpsisse videtur qui inseruit Nov. Fior. 1768 p. 172. (inde Donat. 401, 18. 464, 6.). Pratillium refert. — «eduta, obit» Nov. Fior.

VII. SURRENTUM.

341* Surrenti in Campania.

DIS· MANIBVS
CRASSITIAE· ANTIANAE· C· F
L· CRASSITI· FIRMICI· FILIAE
CRASSITIA· VENVSTA· MATR
FILIAE· PIISSIMAE· POSVIT

Gudius ms. 1362, 2, ed. pessime 234, 8 ex Ligorio; ex eo Capasso p. 93.

342* Surrenti in aedibus Francisci Vulcani *Cap.*, nunc ad portam.

....ecto. nympaeo. cum. plumbo | surrentin. deo

Vidi ego et medio aevo incisam esse intellexi. Ed. Capaccius L. II c. 12 p. 508, Reines. I, 200 ex Capaccio, Spon. misc. p. 114 ex eodem, Anastas. p. 146, Capasso p. 88.

343* Surrenti.

conradus. fustagonerius | syrrentinus | faustinae. lepidae. rom. clar. drus. f | coniugi. amatis. dis. man. lachry | cl. mar. m. agrip. coss

Anastasius p. 146.

344* Surrenti.

d. man | oculi. corianae. sur | uirg. cast. consacr | coss. hon. e. olib.

Anastas. p. 148. Similis praecedenti.

VIII. STABIAE.

345* in agro Stabiano, qui est Campaniae prope Crateris sinum.

hygeiae. sacr|um. conseruat | ruri. *(sic)* et. fontis | edesianor. praed | l. edesius. auinus | priscus. capanus *(sic)* | et. edesia. priscil|la. iocunda. d. d

Gudius ms. 1404, 1, ed. 47, 3 ex Ligorio.

IX. POMPEII.

Portici.

346* diis | d | quiperis

347* ueatioiii

348* m. t. cicerone consule

349* timeite yi-msite | tous...oc

350* parenti | patriae

351* horatii flacco | urinatus

352* titio neapol | duci

353* c curtiii | diphilus

354* constantinopo. greli | imperatori to

Pococke p. 72. Aut falsa aut ex pictis vel graphio scriptis titulis minime intellectis enata; ita n. 347* ut videtur ex «uenatio uela erunt». De n. 350* cf. in sinceris n. 2222.

X. AGER NEAPOLITANUS.

355* inter Baias et Anversam *Ap.* in vinea Pompiae in via Flam. *Maz.* apud Actium Epiri oppidum *Waelsc.*

d. m. s. l. asconio elpinchano sodal. titi uix. ann. xxiiii men. ui d. xii et liuiae rufinae uxori eius castiss. uix. ann. lxxii. men. uiii. d. ui. quae adfecta cineribus coniugis adeo fuit ut ad secundum nullo unquam tempore transire uoluerit quanuis diu superuixeret et aetas posceret et ualida natura uirilem quem semper seruauit animum fidemq. pudicitiae quasi mutare compelleret et ne breuem domesticam pugnam credas, post maritum uix. ann. l. m. uiiii q. pisonius elpinchanus fil. parentibus opt. et sibi fecit.

Maz. 177; Apian. 129, 1; cod. Waelscapple f. 128; Fabric. 1587 p. 219; Grut. 305, 2 ex Apiano. Pratillius p. 205 vidit!

356* inter Baias et Anversam *Ap.* prope Actium Epiri oppidum *W.* Atellae *Schr.*

d. m. p. attilio rufo et attiliae beronicae ux. uixer. ann. xxiiii. sed publ. men. x. ante natus est et eadem hora fungorum esu ambo mortui sunt. ille acu, ista lanificio uitam agebant nec ex eorum bonis plus inuentum est quam quod sufficeret ad emendam pyram et picem quibus corpora cremarentur, ceterum amicorum pecunia et prefica conducta et urna empta atque indulgentia pontific. locus datus est.

Apian 128; cod. Waelscapple f. 128; Fabric. 1587 p. 201; Schrad. f. 258; Grut. spur. 14, 8, ex Apiano Fabricio Burchelato. — Partem citat Reines. XVII, 1 e Vertranio Mauro de iure lib. c. XX, Mur. 1805, 4 e Reinesio.

357* inter Baias et Anversam *Ap.* in agro Sinuessano noviter rep. *cod. Orti.*

d. m. sex. ualerius mercurialis augur t. labieno festiuo alumno dulciss. uix. ann. xui. horis xuiiis. hunc a dis senectutis meae seruatum spem deliciasq. uorax apstulit orcus. opto siquid oblectaneum apud manes est, pro nequitiis iocisq. quibus coaeuos capiens me oblectare solebat, insontem animulam reficiant. in h. s. siue seruus siue libert. siue liber inferatur nemo. secus qui fecerit mitem isidem iratam sentiat et suorum ossa eruta atque dispersa uideat.

Apian. 129, 2; cod. Orti f. 141 b.; Fabric. 1587 p. 202; Grut. 304, 1 ex Mazoch. Ap. Fabric. Pratillius p. 209 vidit!

358* Neapoli.

m. l. florus. m. f. l. m. l. f. pronep | infeliciss. parens. afflictus. praeposteritate | nat. nu. filium. un. h. cond. quem | importuna. mors. ademit. praerepsitq | senii. baculum. cui. iam. defessa. aetas | adnitens. per. breues. ann. ss. alleuabat | nunc. ante. mors. adsequitur. quam | tristes. lachrimae. deseruerint

Apian. 118, 1; Fabric. ed. 1587 p. 217; Grut. 684, 6 ex Apiano et Fabricio. — «nota. post», quod in fine legitur apud Ap. Grut., casu adhaesisse videtur.

359* Puteolis. 'Ariadnae crematae sparsis in undas cineribus.' *Fabric.*

d. m
ne. quis. flere. uelit. si. tumulum. ac. titulum
uiderit. extructum. sic. fatum. uoluit
uixi. dum. potui. tempore. quo. licuit
ignis. habet. corpus. ipsam. coelum. animam
uexit.aqua.port-meus.terra.hic.habet.ac.cineres
ignis. aqua. terra. coelum. simul. capiunt
si. nomen. quaeris. quam. liber. rapuit
digna. ariadna. polo. nobile. sidus. ero
amoque. ego. nec. casta. cessit. penelope
alcesti. comes. aemula. mors. placuit
saluos. erit. coniugx. maior. erit. tumulus
terdenos. annos. menses. undecim. post
diuisos. fatis. ter. sex. uixi. dies
annos. bis. septem. uirgo. ago. sed. reliquos
coniuge. alexandro. sosia. cum. sosio
iungit. carus. amor. diuidet. ipsa. mors

Tacuinus 1525 f. LXXV, unde nisi fallor descripserunt posteriores: Manut. orth. 1561 f. 16; 1566 259, 123; codex Waelscapple f. 146; Iacobon. ad Font. p. 217; Fabric. antiq. ed. 1587 p. 137; Mazzella Pozz. p. 263 ed. princ.; Grut. 757, 3 e Manut. et Mazzella; Burm. Anth. IV, 56. Nemo enim neque locum aliter indicavit neque in lectione quidquam variavit, nisi quod primus Gruterus, typographi Tacuiniani errorem emendans, 6 pro «portimeus» scripsit «port-meus» ibidemque correxit «terra. habet. hic. cineres», rectius quam ante eum Fabric.: «uexit. aqua. partes. terra. habet. hic. cineres». — Tacuini liber cum ludicris fraudibus refertus sit, cumque hic appareat ineptus lusus de cadavere inter quattuor elementa quasi dispertito, nemo credo falsam esse negabit.

360* Neapoli *Man.*, apud Spataphorum *Cap.*

d. m | l. arulenus | sosimus. fecit | clodiae. chari|di. suae. coniug | dulcissimae | quae. si. ad. uitae | metam. peruenis | non. hominib | neq. dis. inuidis|set. uix. secum | uixit. dies. xu

Manut. orth. 247, 79, inde Grut. 758, 4; Capacc. L. I. c. 21 p. 348, qui 1 om., 2. 3 «l. aurelius. zosimus»; 5 «suae» om.; 6 «dulciss.», 8 «peruenisset», 10 «neque. diis. inuidisset», reliquis omissis. — Suspecta cum per se tum propter similitudinem cum n. 364*.

361* Puteolis.

sil. petronilla. m. an. ianuarii | coiux. grauiss. ex. tt. ss. hh | ut. iunoni. pronub. suae. uirg | ereptae. prim. aedes. mar | construatur. imp

Grut. 25, 3 ex Aldo (ubi hic dederit, nondum investigavi) et Verderii schedis; Capacc. l. I c. 21 p. 338. l. II c. 24 p. 731.

362* Neapoli apud Spataphorum *Chytr. Cap.* Ad hunc et quinque sequentes titulos, quos extitisse in lapidibus omnes arbitror, notavit Victorius: 'inventa in lapidibus antiquis partim Praeneste partimque in agro Tiburtino et partim Romae', ut fortasse fraudes hae prodierint ex officina Romana. Quod confirmat n. 363* Lipsio Romae visus.

aeternae memoriae facti. glaphyra cl. lusci f. adfecta adeo cineribus cl. fausti mariti heu kariss. ut ad alium transire nunquam uoluerim etsi fortuna praepotens constantiae semper inimica surdo discrimine pudicitiae placidam ruinam minabatur et uiridis aetas fidem coniugii uiolare impellebat. inter utrasque tamen fluctuans mulier mensibus uii d. iii non tam corpus caelebs quam animam pudicam seruaui, et ne a tantorum domestica hostium pugna continuo augescente uincerer procorum petulantem turbam fugiens uiua me condidi monumento. at posteri si inuidetis, imitamini. si quis uero probauerit, probetur, sin improbauerit, improbum se esse sciuerit. uale mors, salue uita perpetua. uixi ann. xui.

Cod. Victorii f. 64a cum quinque seqq., quarum quattuor Arcucius quidam misit Victorio (cf. Orelli inscr. I p. 566), alias Marius Columna (var. lect. XXXVII, 8). Chytraeus delic. p. 117; Schrad. mon. It. f. 251; Capacc. I, 21 p. 350; Reines. XIV, 78 ex Chytraeo et Cap. Damnant Cap. Reines. — Expressa ad n. 355*.

363* Romae *Lips.* (cf. ad n. 362*); Neapoli apud Spataphorum *Cap.*; nunc in mus. Borbonico sep. col. 56.

DIS· MAN
C IOCVNDO· C· F· EXQ· QVIXII AN· VIX·
ET SEPTIES SPECTANTIB· PVB· IMPP·
SER· GAL· OTH· SIL· A· VIT· ET· P· R·
SALTAVIT CANTAVIT ET PLACVIT
PRO IOCIS QVIB· CVNTOS OBLECTABAT *sic*
SI QVID OBLECTAMENTI APVD VOS EST
MANES INSONTEM REFICITE ANIMVLAM
FAVSTVS NVNC INFAVSTVS
PATER ET SIBI FEC·

Descripsi et damnavi. Victorius in var. lect. l. XXXVII c. 8 et in cod. f. 64b; Manut. orth. 441 (inde Grut. 332, 4); Lips. auct. p. 25 (inde Grut. 331, 7); Capacc. L. I c. 21 p. 351. — Expressa ad n. 357*.

364* Neapoli apud Spataphorum *Cap.* in vinea Didaci Mazae *Mur.*

d. m | c. aelio. qui|si. tantili | querelarum | in. conubio | liquisset | lachrimar | tot. in. morte | non. fudiset *(sic)* | crispa. con

Cod. Vict. f. 65a; Capacc. l. I c. 21 p. 348 (inde Reines. XIV, 5); Mur. 2068, 6 a Como.

365* Neapoli apud Spataphorum.

heu. uota. heu. preces | orcus. tandem. eripuit | ephebo. filio. dulcissimo | hermia. mat. infeliciss. f

Cod. Vict. f. 65b; Capacc. L. I c. 21 p. 351 (ex eo Reines. XII, 46 et Mur. 1160, 7).

366* tabella marmorea in medio paullum depressa cum quinque foraminibus, Neapoli apud Spataphorum *Cap. aliique,* Interamnae *Mur.*

· d. m
iniice. si. pietas. usquam. est. suspiria. et. imple
mecum. hospes. lacrimis. marmoris. hoc. uacuum
nam. formae. exemplum. periit. cum. obiit. mea. lyda
quam. periere. homines. uel. periere. dii

imp. caesar | t. aelius hadrianus | antoninus aug. pius | p. p | aquaeduct. fontes | et thermas publ | sua impensa restit | ordo decurionum | munificentiae pientiss. princ

Pratilli p. 150.

692* prope Molam.

septim..... | pert. au.....

Pratilli p. 141.

693* Itri in monasterio Conventualium.

procula uxor dile|ctissima sic me solu | relinquis post an. lu. | cum quo sine querela | uixisti. abi nunc fel | ipse lacrim. cineres | dito | numisius architect | maritus merentiss | posuit

Pratilli p. 139.

XXIV. FUNDI.

694* sub lago di Gerezano Fundis.

herculi. et. iolae | calpurnia. et. calpurnius | fil. primigenius | d. d. d

Reines. I, 68 ex Holst. et e Ligorii antiq. Langerm.

695* Fundis in via Appia in tabula aerea litteris argenteis aeri commissis, hanc possedit Molsa poeta Mutinensis.

ioui. fundano. optimo. maximo | conseruatori. statori. sacr | titus. fusidius. t. f. stell. auTus *(sic)* | fundanus | patronus. munic. praefectus | fabrum

Gudius ms. 1480, 4, ed. 5, 8 ex Ligorio.

696* Fundis.

l. antonio. l. f. stell. secundo | l. antonius l. f. stel | camillus. seuerianus | iiii. uir. capital ≈ | praef. fabr. f. coer

Mur. 673, 6 ex Ligorio.

697* in tabula ex aere Corinthio rep. Fundis.

l. autronius. l. f. pom ≈ | uagonius. prosper | scriba. colleg. arual | procurator. lu|di. matut. iii. uir. mon | fidei. concord. p

Reines. I, 457 ex Holsten.

698* non longe a Terracina.

dis. manibus. sacrum | c. foundanius. c. f. pal. pompeianus | fecit. sibi. et. suis. liberis | l. foundanio. c. f. l. n. laeuino. equesT | p. foundanio. c. f. l. n. uenusto. militi | coh. x. praetoriae. ›. felici | et. l. fourio. l. f. et. iuniae. foundaniae | coniugi. suo. et. m. foundanio | prisco. et. foundaniae. iocundae. uernae. suae | h. loc. foundan. uill. quod. quisque. aedif | sunt. circ. maceriae. cinT.... comun..... | in. fr. ped. xxx. in. agr... sitas

Gudius ms. 1460, 3, ed. 304, 6 ex Ligorio.

699* Fundis in aedibus baronis.

herculi inuicto | sac | fundan | l. gauius l. f. lena | c. ualerius felix | patr. pec. sua p

Pratilli p. 132.

700* prope Fundos *alla Badia.*

..... | munic. fundan | d . d

Pratilli p. 130.

701* Fundis in praedio fr. Dominicanorum.

scutum cum cap. Medusae, in scuto:

uot

m. rufrius m. f. ouf. mil. xx. uic.
kl milit. ann. xlii | de se uict. miner- nou
uae uictr. aram quiesc. d

idem anaglyphum quod supra.

Pratilli p. 134.

702* Fundis extra portam qua Itrium itur in fundo DD. Calamita.

DIS MAN
L· SATVRNINI / L· F
FAVSTI
TABLAR / VIAE APP
LAT / ET FLAM
/ O· H· S· S.
MARCIA PROCVLA
MARITO DVLCISS
ET SIBI ET SVIS
H· M· P· D· H· N· S

Pratilli p. 133.

703* Portellae in confinio Neap. rep. 1725.

L· VALERIV / S L· LIB
HER / MIA
ET MAR / CIA ONYCE
AVG· / LIB
D· / D

Pratilli p. 129.

704* in ruinis templi Nympharum ad mil. Appiae LXXII.

m. ualerio m. f | paullino | patrono col | fundani

Pratilli p. 130.

705* in pago Rimauri prope Ausoniam *(le Fratte)* dicitur olim extitisse.

hic iacet somno sopitus graui | filius regis mauri

Notarjanni p. 190.

706* Fundis in gradu aedium Gregorii Accappaliccio.

.....marti | n..... uener.... | ....run .... | c....undan: | municipi.... | ...in ...abu....

Notarjanni p. 212. Haec si quidem dicit *Marti Veneri fecisse* nescio quid *Fundanum municipium*, sane falsis erit adnumeranda; quamquam Notarjannius sine commentario simpliciter edidit neque ipse quid sibi velit videtur intellexisse.

707* Coreni in eccl. rurali S. M. de Coreno.

augustali. colonia | neronensi. claudia | augusta. puteolis

Notarjanni viaggio per l'Ausonia p. 184 a doctore Benedicto Altieri e pago *delle Fratte*. Inauditum cognomen *Neronensis* suspectum est neque unquam simile quid repertum in Puteolanis lapidibus. Videtur ficta ad Tac. ann. XIV, 27. 'Puteoli ius coloniae et cognomentum a Nerone adipiscuntur.'

XXV. CASINUM.

708* in Casinati in ruinis villae.

MEMORIAE
SEX· VIGELLI· AQVINAT· QVI
ANN· ATTIGIT· CENTENS
SET· ALTERVM· ET· NONAGENS
PERPET· INOFFENSA· VALETVD
EXEGIT· RELIQVOS· SEPTEM· ET· D· XIIX
DECVBVIT· ET· OCCVBVIT
NAT· LVD· SAECVL· VIII· OBIIT· SEQVENT

P. Manut. in Cic. fam. XII, 25; A. Manut. orth. 769, 1 (ex eo Fonteius de gente Caes. p. 175); Lips. auct. p. 42 (a Nic. Florentio), inde Grut. 926, 8. — Fortasse antiquior Ligorio.

709* Casini.

apollini. inuicto. mithrae | sacrum | t. auidius. t. f. stel. princeps | patronus. munic. et. colon | casin. municip. iiii. uir. quinq | d. d. kal. aug. uinomalo. et. opi|lione. cos

Ex Ligorio ms. 1336, 1, ed. 24, 2 Gudius.

710* Casini.

ioui. opt. maximo | m. paetidius. m. f. stel. fausti|nus. iiii. uir. quinquenn | et. ui. uir. augustalis. patr | munic..... | .....

Gud. ms. 1336, 2, ed. 9, 4 ex Lig.

711* Casini.

ioui. optumo. m | sacrum | c. uipsanius c. fil | stel. castus | stat. ex. aere. pos | et. argen. pond | xui | d . d

Mur. 8, 1 ex Lig.

712* in monte Casini.

libero. patri. sac | l. pauius. l. f | stellatina | anoccius | ii. uir | quinq. col | fab. freteal | sua. pec. d. d

Mur. 549, 1 ex Ligorio. — In hac emendarunt «fab. fregel» et Fabrateriam Fregellanam inde excuderunt.

713* in monte Casini.

maricae | l. albius. l. f | tauriscus | babulia. albia | d. d

Fabretti 694, 152 ex sched. Barberinis. Nominum ratio Ligorium prodit.

714* curatori. reipubl | col. cassinatium

Panvin. imp. Rom. p. 714 ed. 1558, p. 335 ed. 1597, unde dant scriptores Casinates Cafaro p. 6; Gattola p. 739 n. 25. — Excepta sine dubio ex aliqua Ligoriana inedita vel certe mihi ignota; Cassinum pro Casino in titulis sinceris non legitur.

715* Ummidiorum praeter titulos notos Casinates duos alios affert Romanelli viaggio p. 44:

in cella Iosephi de Vico:

a *Ummidii Ianuarii*

prope theatrum rep., nunc in cella DD. Petracconi:

b c. ummidius.....schola.....c. umm.....

Quorum fides sit penes ipsum.

716* Casini.

pro. salute | imp. caesaris | fl. cl. iuliani | p. f. a. p. m. d. n | casinates | ioui. optimo. max | et. apollini. mithrae

Broccoli Tiano Sidicino p. 199 nescio unde, sed videtur composita ex Ligorianis quae praecedunt n. 709* et 710*.

XXVI. AQUINUM. FREGELLAE. ARCAE.

717* Aquini in Hernicis ad viam Latinam.

dianae. piae | augustae | conseruatrici | sex. gallaccius. sex. f | ouf. patrocinus *(sic)* | ui. uir. august. ii. uir | quinq. d. d

Gudius ms. 1223, 1, ed. 26, 11 ex Ligorio.

718* Pontecorvi.

sanctissimo. herculi | sacrum | a. uiuasius. a. f. maec | primitiuus | aram. d. d. pro. salut | uiuasiae. iucundinae | et. uiuasi. uitaliani | minori. fr

Mur. 65, 2 ex Ligorio; Cayro Fregelli p. 70 ex ms. Ligorii bibl. Neap.

719* Aquini.

ioui. optumo. maximo | pro. salute. m. aureli. antonini. aug | s. populusq. aquinas

Mur. 1031, 3 ex Ligorio.

720* Aquini.

MAVORTIO· PACIFERO
CVSTODI· CONSERVATORI
SACRVM
C· GIGANIVS· C· F. CAPENVS
FLAMEN · AVGVSTAL
VI· VIR· AVG· PATRONVS· MVN
AQVINAT· BIS· ET
M· PACCIVS· M· F· STELLATINA
CRASSVS· II· VIR· IVR· DIC
PRAEFECTVS· FABRVM
ORNAMENT· ET· IMAGIN· REST
KAL· IVN
IMP· CAES· ANTONINO· AVG· PIO· II· ET
. . . C O S . . . .

Gudius ms. 1221, 2, ed. 37, 7 ex Ligorio.

721* Aquini.

C· BETVTIVS· M· F· OVFEN
PATERCVLVS
MAVORTIO· PACIFERO
SAN. CONSERVATORI HS· L
DONVM· DEDIT· ET· IMAGIN
RESTITVIT
COLLABENT · EXORNAVIT
QVINQVEN· ITER

Gudius ms. 1222, 3, ed. 37, 6 ex Ligorio.

722* Aquini in via Praenestina Gabina.

mercurio | l. galabius. l. f. uictor | patronus. munic | casinatium. lyrinat. et | m. sagasius. m. f. stel | camillus | praefectus. fabr | ii. uir. qq. d. d

Gudius ms. 1586, 1, ed. 36, 1 ex Ligorio.

723* Aquini.

dIs. manibus. sacr | q. cauerio. q. f. ouf. trico | mil. coh. uii. praetor | uIxit. ann. lxxx | men. ui. hor. uiii. mil. ann | xxi. euokato. aug | lucia. caueria. mithrodora | liberta. et | m. cauerius. strymonius | libertus. c. e. f *(sic)* | in fr. p. uil. in. agr. p. xi

Gudius ms. 1225, 3, ed. 159, 8 ex Ligorio.

724* Aquini in Hernicis.

cerceniae. torquatae | uirgini. uest. s | uix. ann. xci. m. uiiI | m. cercenius. m. l. oreus *(sic)* | patronae. piIssimae | sanctissimae | ex. test. legat. caussa | fac. cur

Ex Ligorio Gudius ms. 1223, 2, ed. 107, 2.

725* Aquini.

dIs. manibus | sex. parigio *(sic)*. sex. f. ouf. mussino *(sic)* | lucilliano. mil | legion. iii. italic | uixit. ann. xlui. mens. ui. die. uii | militauit. ann. xiii | q. parigius. q. f. ouf. metinus | ex. testam. fac. cur | in. fr. p. xui. in. agr. p. xxiI

Gudius ms. 1226, 1, ed. 179, 7 ex Ligorio.

726* Aquini.

l. ueturio. l. f | homuncioni | tr. mil. bis. leg. xu | apollinar. et. leg. uii | macedonic. praef. eq | pontific. d. d. public

Gudius ms. 1222, 1, ed. 186, 4 ex Ligorio.

727* Aquini in Hernicis '*in una testa di colonna di mischio.*'

imp. domitiano. aug. uiii | t. flauio. sabino. cos | ex. rat. tyc *(sic)*. sarisc | n°. lx

Gudius ms. 1223, 3, ed. 97, 4 ex Ligorio.

728* rep. in agro Aquinati in loco dicto *Fontanella.*

marc. brut. primicer | marc. brut. primicer | sibi. suisq. parit | inter | fregellam. et. interamnam | dic|auerun samit | uic. triun | uil. dext. | cons...

Cayro Aqu. p. 384 n. 101, qui accepit a notario Francisco Carlevale.

729* in ruinis Fregellarum.

pro. salute. c. rufi. sereni | aram. et. bas. deae. cyrist | donum. dedit. xi. kal. mai | l. iuuenio. paccio. et. p. iunio | quartio. romulo. ii. uir

Reines. I, 130 ex Holsten.; Cayro Fregelli p. 70 ex ms. Lig. bibl. Neap.

730* Fregellis nunc Ceprano.

spei. inuictae | sacrum | t. uasconius. fre| gellanus. edil. qui | aerar. satur. pec | sua. facion. coer

Mur. 91, 1 ex Ligorio.

731* Fregellis.

imp. caesare. flauio | uespasiano. aug | tribunic. pot. ii | cos. ii p. p | municip. fregen | d. d

Gudius ms. 1462, 3, ed. 87, 9 ex Ligorio.

732* Fregellis.

faustina | augustae | frenates | publ. dd

Gudius ms. 1462, 2, ed. 91, 3 ex Ligorio.

733* Fregellis prope Cepranum.

sex. uibio. sex. f. stel | lepidiano | 7. leg. iii. ital. p. u | donato. a. diuo. aug. seuero | torquibus. ii. armillis. ii | eq. faler.... bello. sarmat. et | ab. diuo. caesare. m. aurelio. an|tonino. donato. hasta. pura | et. corona. aurea | uallar. torquibus. armillis | patrono. munic | fregenates | d. d

Gudius ms. 1462, 4, ed. 186, 6 ex Ligorio.

734* Alios Fregenates Ligorius agnovit in Etruria prope Palum fuitque in his partibus re vera oppidum Fregena s. Fregenae dictum; quibus attribuit titulum Neptuni Severiani Fregenii Gud. ms. 1598, 6, ed. 41, 2.

735* Ceprani.

t. flauio. exil. uag. T | flauius. f. flau. p | benaem. p. p

Ex Antonio Vitalione (Ciprano ravviv. cap. XIII) affert Cayro Fregelli p. 95, auctorem istum dubiae admodum fidei esse notans, quod sane comprobat absurdum hoc commentum.

736* Arce.

....do. dec. et. plebs. arkarum | patrono

Grossi Arce p. 43, notans hoc fragm. recens eruto confirmari opinionem Manutii Arkanum Ciceronis non ab arce, sed ab Arcis nomen traxisse. Cf. n. 661*.

737* rep. extra Arcem orientem versus in regione dicta *la Fontana buona* in villa doctoris Calcagni quae Q. Ciceronis fuisse dicitur et appellatur nunc *Aja di Cicerone*.

q. tulli. m. f. m. n. cor. cic

Grossi Arce p. 124.

738* Arce.

cereri. sanctae. sac | ex. p. p. d | cn. appuleius. l. f. ter. niger | q. satrius. sex. f. ouf. iustus | duo. uirei. i. d | appuleia. sacerd | aedem. et. aram. s. p. f

Grossi Arce p. 145. Nomen alterius II viri sumpsit ex Arcana genuina.

739* Arce.

c. auianius. philoxenus | architectus | redemptor. operis

Grossi Arce p. 148. Nomen sumpsit ex Arcana genuina.

XXVII. ARPINUM.

740* in via Latina Campana.

dIs. manib. sacr | c. ecilio. c. f. pupin. ferculo | ui. uir. aug. arpin. flamini. marT | m. ecilius. c. f. pupin. gallus | testamento. poni. curauit

Gudius ms. 1403, 2, ed. 102, 10 ex Ligorio.

741* Arpini.

m. tullio. ciceroni. m. f | romanae. facundiae. principi | quaest. aed. cos. pro. cos | imperatori | arpinates

Grossi Volsci T. III p. 34 dedit ex *Mauri* antichità Romane et *Ricchi* Reggia de' Volsci p. 242. — Eandem sic s. l. exhibet cod. Waelscapple f. 113. 140: «m. tullio. m. f. ciceroni | romanae. facundiae | principi. quaestori | aed. pr. cos. imp | p. p | arpinates» neque lubet quaerere ubi praeterea extet.

742* Arpini in foro.

c. marius. c. f. cos. uii | m. tullius. m. f. cic. cos. p. p | ciues. nostri

Grossi Volsci III p. 34 ex ore P. abb. Buonafede, qui vidisse se diceret; voc. «ciues» alia et recentiori manu adiectum esse.

743*

ossa	ossa
p	p
satur	deorū
semp	sem///r

Haec apud Mur. 296, 2 adhaeserunt titulo Atinati Tauleriano L. Arruntii cos., a quo separanda esse iam vidit editor. Est nota inscriptio sepulcri Saturni, quod Arpinates monstrant, relata a Taulero p. 15 et Dionigia f. 47 et videtur errore apud Mur. tribui Atinae, etsi haec quoque originem trahit a Saturno apud Annium Viterbiensem sigilloque utitur inscripto «atina Saturni filia». — Setiis item monstrant templum Saturni cum titulo: «saturno. profugo sacrum». Corradini Lat. antiq. T. II cap. 3 p. 20, inde Grossi Volsci T. I p. 46.

XXVIII. SORA.

744* Isola di Sora rep. 1790 in clivo meridionali versus pagum Brocco.

quintus. lucius. barea. soranus | musarum. amicus | domitillam | puellam. forma. et. uirtute. praestantem | quam. adamauerat | duris. parentibus. ei. denegantibus | in. hac. uilla. quam. lautius. aedificauit | luctu. moestitia. et. dolore. confectus | suum. infelicem. amorem. continuo. fleuit

Hoare classical tour I, 336.

XXIX. ATINA.

745* alla Villetta inter Atinam et Soram in rupe litt. palm., rep. 1723 in publica via reficienda.

ioui | quod. periculum | feliciter. euaserit | l. sulla | u. s. l. m

Gori Etr. 2, 406 (Matth. Aegyptius misit Caietano Berenstadt), ex eo Mur. 7, 4. — Eiusmodi titulus cum ab incerto auctore proficiscitur, nullo modo admitti potest.

746* Falsum titulum quem *L. Merulae* posuerit *ordo et pleps Atinas*, vidi inter schedas Amadutianas Savignani neque tamen descripsi.

PARS SEXTA.

SAMNIUM.

I. VENAFRUM.

747* Venafri in Campania.

dianae. augustal | m. antonius. m. f. stel | caluinus. ui. uir. aug | patronus. colon. uen | quinquennal. ii | iiii. uir. colleg. fabr | ferr. et. dendroph

Gudius ms. 1667, 2, ed. 27, 3 ex Ligorio.

748* Venafri.

iunoni. reginae | capitolinae | sacr | s. p. q. uen

Gudius ms. 1667, 1, ed. 12, 4 ex Ligorio.

749* Venafri rep. prope conventum Carmelitanorum.

ioui o. m. et | mineruae fru-
urceus gif | c. iulius rufus c. u | *patera*
procos. campan | u. s.

Pratilli de' consolari della Camp. p. 35 ex historia ms. Venafrana Bellii p. 9, auctoris saec. XVII, si credis. Pro «u» 3 potest legi etiam «fil».

750* in agro Venafrano *all' osteria del Sesto* a. 1749 in aquis reperta.

ex. decreto. et. au...|..iuni. maximi. u. c...| prae. aluei. tiber. et...|..mpaniae.. uic...|...ximiani. aug. cos...| uiatores. quib. tutel...|pr.......rpet. secur...|....uiam. latin...|...uento. teles...| alif....... ex ea calat...|.....enafr. casin. usq...|...pedi ....atq...| ab latroci....ra...| nib..... pro ....is...| ne. illis. aut. in. il...|.....penas. pro...| mer....et. ins...| per.....|.....

Pratilli cons. p. 58.

751* prope Presenzanum ad Latinam, in marmore nunc deperdito.

uiae. praenest. uet. et. latinae. corr*ector*

Pratilli p. 12 ad exemplum T. Vettii Probiani correctoris viae Flaminiae et Cassiae Ligoriani (Gud. 31, 10).

752* prope S. Pietro in fine inter Casinum et Teanum. Trutta ait recens rep.

latii. ciuibus | soremnis | pater. et. fil

Trutta ant. Allif. p. 416. Suspecta eo magis quod vicus ubi reperta est dicitur S. Petri in fine Latii.

753* 'olim Venafri in via S. Nicandri, ubi non amplius extat' *de Utr*.

diuo. syluano | portae. romanae

Cod. de Utris; Cotugno p. 86. 'Spuria iudicio meo; Silvanus deus fuit, non divus' Borghesi, recte; videtur ficta ut ad aedem S. Ianni quae nunc est portam olim extitisse probaretur.

754* Venafri *nell' arbusto de' Sig. Reglieri*.

l. sulla. dictat

de Utris ms., inde Cotugno p. 76.

755* litteris magnis, Venafri *nel casino de' Sigg. de Utris*. *de Utr. Cot.* Frustra quaesivi.

C· MA
DE· PAR
C· MAR

Codex de Utris; Cotugno p. 76. '*Per tradizione so che nell' altro pezzo leggevasi* «uictoria»' de Utr. (volueruntne «de. parta. uictoria»?). Genuina esse potest, ut longe alio pertineat ac quo traxerunt isti; sed non debuit separari a praecedente.

II. ALLIFAE.

756* Allifis. *Gud.* Neapoli in domo Tiberii Buccii *Fabric. Grut. Reines.*

deo. aeterno | pro. restituta. ualitudine. ex. uoto | aediculam. t. antonius. felicianus. d | addicit. et. coniunctum. fundum. tri|num. et. tricenum. iugerum. cum. ole|to. patet. quoquo. uersus. p. lxxx. ex | annuo. uectigali. heres. die. natali | eius. iii. kal. sept. peractis. sacris. da|to. epulum. capulatis. sacerdotib | aug. cum. his. et. samnils. caetero. po|pulo. nostro. allif. crusta. et. mul|sum. ex. xxu. si. neglexerit. doloue | malo. sumptui. pepercerit. fructus | et. municipium. capulati. sacerdotes | fundi. adeunto

Fabricius Antiq. ed. 1587 p. 26, ex eo Grut. spur. 3, 6; Reines. I, 269 (e schedis Ligorii Spanhemius); Gud. ms. 1179, 3, ed. 11, 7 e Ligorio. — V. 1. omisi; expressit Ligorius capulatos sacerdotes tituli Allifani genuini.

757* Allifis.

ioui. optimo. max | l. oppius. c. f. ter. priscus | scriba. aedil. sua. pecun | d. d

Gud. ms. 1179, 2, ed. 8, 11 ex Ligorio.

758* Allifis.

d. m | p. iunio. adaucto. uix. annis. lxiiii. et | gemellae. ueneriae. uix. an. xxxu | pari. fato. decesserunt. nam. ambo. eadem | hora. fungorum. esu. mortui. sunt | ille. acu. haec. lanificio. uitam. agebant | nec. ex. eorum. bonis. plus. inuentum. est | quam. quod. sufficeret. ad. emendam | pyram. et. picem. quibus. corpora. crema|rentur. caeterum. amicorum. pecunia | praefica. conducta. et. urnae. emptae. sed | locus. munere. pont. donatus

Gud. ms. 1180, 1, ed. 374, 4 e Lig. Est n. 356* nominibus mutatis.

759* Allifis.

m. oppius. m. f. ter. aucTus | patronus. coloniae | alifan. $\overline{iiii}$. uir. quinquen | i. o. m donum. ded

Gud. ms. 1179, 1, ed. 8, 10 e Ligorio.

760* ad pontem Volturni dictum *Ponte Ladrone* inter Aeserniam et Allifas.

... et. uolturno... | ...fadius...

Finxit Iosephus Antonini lettera dell' Egizio al Sig. Langlet in calce, motus feriis Volturno in kal. Allifano. Falsam esse vidit Trutta p. 227.

761* prope Allifas *al torrione.*

...cremutio... | ...sidicino...

Antonini Lucania I p. 244.

762* in ruinis Baiarum inventum esse marmor his verbis inscriptum quidam retulit Truttae non credenti.

aqua. allifana

Trutta ant. All. p. 143.

III. TELESIA.

763* Tylesiae in agro Samnitum.

dianae. uictric | sacrum | l. antonius. l. fil | calidus. tylesius | eq. public. u. s. l. m

Gud. ms. 1664, 2, ed. 29, 1 e Ligorio.

764* Maddaloni *al canto del monistero delle monache.*

*imp. caes. l. septimio. se*uero. pio. pert*inaci aug. tr. potest* | *ui. p. p. et. imp. caes. m.* aurelio. anto*nino pio augusto* | *parth. trib. pot. pont.* max. p. p. et. iul*iae piae. fel. aug* | *colonia* telesia. de*dicauit*

Pratilli p. 364 ita cum supplementis edidit.

765* 'Telesiae nuper rep.' *Pratilli*; in episcopio *Pacelli.*

d. m. s | l. annaeo. tranquillo. l. f | praef. equit. in. prou. pannon | et. praef. iur. dic. bouian. et | beneuent. $\overline{ii}$. uir. telesiae | annia. sabina. tranquilia | mar. incomp. q. u. an. luii. m. ii | b. m. h. n. s | in. fr. p. xii | in. agr. p. xii

Pratillius apud Vulpium Calogerà XIX, 117 (inde Mur. 1034, 2) et paullo diverse in Appia p. 422; inde Pacelli n. 7.

766* Campolattari in agro Telesino rep. 1733, quod ipsum probat titulum falsum esse, nam hic vicus non Telesina sed Ligurum pertica comprehendebatur.

l. rebellio. l. f. renato | pantomimo. sui. temporis | primo. sacerdoti. dian. uictr | et. apollinis. palat. ab. imp | m. aurelio. antonino. aug. pio | fel. bis. coronato. et. consen|su. omnium..... | proclamato. ob. insignem. eius | uirtutem. et. beneuolentiam | colonia. telesia. p | d. d

Pratillius apud Vulpium Calog. XIX, 118 (inde Mur. 1119, 1) et paullo aliter in Appia p. 426; inde videntur sumpsisse Pacelli n. 25, Trutta p. 250.

IV. AESERNIA.

767* Aeserniae.

mauortio. et. nerienae | pacif. sacrum | c. sextinius. c. f. tromen | coruus. trib. mil | leg. $\overline{iii}$. parthic. p. fid | $\overline{uii}$. uir. epulonum. $\overline{ii}$ | $\overline{iiii}$ uir. quinquenn | praefectus. fabrum | patronus. munic. aerer *(sic)* | colon. aug. uot. s. l. m

Gud. ms. 1450, 4, ed. 36, 9 ex Ligorio, qui ait se habuisse a cardinali Amulio s. Mula. — Nota veram tribum Aeserninorum novisse Ligorium.

768* in tabula marmorea reperta Aeserniae.

dls. manib | c. trasidius. c. f. trom. seuerus | ui. uir. augustalis. patronus | colon. aeser. aug. municipal | uiuen. loc. donat. caussa...| decurion..... | et. popul..... | .....

Gudius ms. 1451, 4, ed. 140, 1 ex Ligorio.

769* Aeserniae.

..... | q. $\overline{ii}$. uiro. uiar. cur | praef. alim. et. iurid

Pratilli p. 8.

770* '*in pietra assai scabrosa, larga palm. 2 alta p. 2½, murata in una casa rurale presso il fiumicino Vandra, appartenente al Sig. Laurelli di S. Cataldo, luogo distante da Isernia circa 3 miglia verso Fornelli.*'

O VINII PIETATE IN
VANDRA SEPVLTVS
PRIAPVS NEPTVNI
ORACVLO DEFOSSVS
EREXI MVLIERES
CAVTETE *sic*
infra phallus ingens in lapide alio

Cremonese ectypon misit Instituto archaeologico. Vandra rivulus est prope Aeserniam.

V, AUFIDENA.

771* 'visitur in via publica prope fl. Sarum.' *Poll.*

siluano | sacrum | ulp. aurelius | l. seleucus | ruf. seruilius | ex. uoto | l. m

Pollidoro ms. f. 409, inde mendose dedit Romanelli scov. Fr. I, 354. — Trium hominum absurda nomina satis indicant fraudem.

772* Castel di Sangro 'extat in suburbio.' *Poll.*

quartillae | quae. uix. an. iii | m. ii. d. xii | l. marcilla | fil. b. m | delicio | p

E Pollidoro f. 409 descr. Romanelli scov. Fr. I, 354 qui ded. 2 «uixit». — Nomina omnino Pollidorum sapiunt.

VI. LARINUM. USCOSIUM *(Guglionisi).*

773* Luceriae in Apulia Daunia. — in viridario DD. oppidi Torre maggiore in dioecesi S. Severi quae adiecet Larinati.

Ligorius:	Pollidorus:
dis. manib. sac	dis. manib. sac
t. tibilius. t. f. pompt	t. tibilius. t. f. pompt
primitiuus	primitiuus
ueteranus. coh. $\overline{uii}$	ueteran. coh. uii
praetoriae. patron	praetoriae. patron
munic. lucerini. d	munic. larin. d. s
fecit. sibi. solus	fecit. sibi. suisq
l. d. d. d	l. d. d. d

Gud. ex Ligorio ms. 1514, 4, ed. 184, 4, quae err. typ. dedit «lucrini».

Pollidoro ms. f. 347, qui vult descripsisse e schedis Caprioli, idem misit Mur. 1111, 8, unde repetivit Tria p. 48.

Haec optime docet Pollidori interpolandi rationem; municipium *Lucrinum* (ita enim legit) mutavit in *Larin.*, *solus* in *suisq.* itaque ex titulo qui fraudem ingenue ut ita dicam profitetur confinxit typum quo dolus altius tegitur. Hoc uno titulo actum est de Pollidori fide

774* Larini.

corpus. lanariorum. et | coriariorum. sua. pecunia. fecerunt

Romanelli scov. Frent. II, 141 qui cum neque alium Larinatem lapidem nisi ex Tria sumptum habeat neque unde sumpserit hunc indicet, summa eius negligentia facit ut errorem suspicer, ne gravius quid dicam. Apud Pollidorum non extat aut certe non reperi.

775* ad S. Martinum in Pensili extitisse volunt inscr. quae nominaret *Cliternorum remp.*, frustra quaesitam a Pollidoro f. 274.

776* 'in agro Uscosino (i. e. prope Guglionisi) in loco dicto *il Casalino* aedificii latericii non vulgaris reliquiae supersunt cum parte antiquae piscinae et aquae receptaculi tectorio obducti. Murum alicubi intersecant cuniculi plumbei. Nobiliori operis parti viam Traianam spectanti affixa fuit haec tabula marmorea non ita pridem reperta.' *Poll.*

IMP · C · T · AELO · HAD
ANT · AVG · LOLLAN · G · F
BRVTTO · PRAELVM
LACVM · FVRNVM
'*sic*' *P.* TRAPPETE · FACIEN · C ·
ET · MVRVM · N(V) · C · XV

Pollidoro f. 444, unde ed. negligentissime Romanelli scov. Fr. I, 17, melius Corcia storia delle due Sicilie I, 199. — Consules anni p. C. 139 imperite expressit. — 6 'i. e. «nou*avit* c*ubitis* xu».' Poll.

777* rep. prope Guglionisi M. p. a via Traiana Frentana, translata in id oppidum ad Dominicum Mancini.

sabbia. q. l. quartilla | fecit. sibi. et. q. sabbiae | lol. chremes. patron. et. s. | h. m. h. n. s

Pollidoro f. 444, unde ed. Romanelli sc. Fr. I, 169.

VII. HISTONIUM.

778* Histonii Frentanorum, pro quo scripserunt male Isconi Ferentinae regionis.

aureliae. lucidae. gratiae | dulcissim. adolesc. inte|gerrimae. uenustissimaeq | m. aurelius. lucius. pius. infeli|cissimus. pater. insperatos | titulos. dedit. mis | ultq. dona

Apian. 160, 1 (inde Fabric. 1587 p. 219, Grut. 694, 4); Grut. 674, 15 ex Burchelato; cod. Waelscapple f. 129 cuius typum exhibeo. Vetustam hanc fraudem suo patrocinio dignatus est Pollidorus f. 327, qui questus de corrupto Apiani textu tamen eum expressit nisi quod pro «mis*it* ult*ima* q*ue* dona» exhibuit «maest*us* ultima*que* dona l*argitus est*» — restituta scilicet ex Capriolo suo vera lectione.

779* Histonii.

c. camurio. c. f. albo | ui. uir. augustal | camuria. ualeria | mater. filio. piissi|mo. posuit. ex. testa|mento. fieri. poni. cu|rauit. cum. m. camuri|us. t. f. arn. uelox. le|gat. caussa. loc.... | ornauit. nomin.... | arbitratu..... | et. ara.....

Gud. ms. 1643, 2, ed. 100, 3 ex Ligorio.

780* Histonii.

d. m. s | riccilia. fausta | fecit. sibi | et. suis. commun | ricilio. m. f. arn. ueri|diano. eq. r. fratri | suo. carissimo. et. c. an|tio. riciliano. nep. suo | dulcissimo. et. ricilio | c. f. arn. adnep. l. ricili | modesti. auunculo. fau|stino..... | in. fr. p. xiii. in. agr. p. xiii

Gud. ms. 1643, 1, ed. 309, 11 ex Ligorio.

781* Histonii.

t. statorio. t. filio | proclo | praefecto. annonae | leg. leg. x. aug. fidel | praef. fabrum. histo|niensium. patrono | municip. eiusdem. hist | ui. uiro. august. et. iiii. uiro | quinquenn. sac. f | ob. merit.... | statu.....| publice

Gud. ms. 1642, 1, ed. 139, 1 ex Ligorio. Pollidoro f. 313 eam a Capriolo quoque referri auctor est. De Benedictis notat a Ligorio eam se habuisse neque reperiri Histonii.

782* Histonii *Lig.* Titulum non videri falsum, sed transpositum et conflatum ex duobus Aeclanensibus genuinis dixi ad n. 1315. 1326.

c. pompullius. p. f. hor. prim
pil. trib. mil. praef. q. care
ia. p. f. gemella. uxor
a. arbitratu
gemellae. uxoris. t. f. iiii. q. u
an. l. m. i...............
faustus. caesutia. q. l. philo
filius. mater

Gud. ms. 1642, 2, ed. 181, 4 ex Ligorio. — Unde Petrus Pollidorus effecit duos Histonienses, quorum alter hic est:

c. pompullius. p. f. l. u. primi
pil. trib. mil. praef.... aemi
lia. p. f. gemella. uxor
arbitratus. s. p. q. f

Mur. 844, 7 not. a Pollidoro, qui ultima explicat «*Senatus populus que frentanus*». — Quod cum postea Pollidoro displicuisset, in antiquitt. Frent. ms. fol. 328 (unde negligenter ed. Romanelli scov. Frentane I p. 205 Marchesani Vasto n. 22) ita scripsit: '*Qui sequuntur postremos titulos Pyrrhus Ligorius in ms. cod. bibl. Ottobonianae verbo Histonium Tom. I. B. II mendose descripsit. Integros emendatos ex Capriolo et Lucio Canaccio Istoniensibus reddimus*':

c. pompilius. p. f. ual. primi
pil. trib. mil. praef. l. ferrat
p. f. gemella. uxor
arbitratu. s

Alter exstat apud solum Mur. 1259, 3 (a Pollidoro); in ms. videtur additurus fuisse, sed non addidit.

gemellae. uxori. t. l
quae. u. ann. l. m. u
faustus. caesutius. q. l
philo. filius. matri

783* Sebastianus Rainaldus in orat. de antiq. et praest. Anxani memorat non ita pridem apud Histonium veterem aram repertam esse cum titulo «mauorti. conseruatori» dedicatam C. Furio et C. Silano cos.

Pollidoro ms. f. 324, inde Romanelli scov. Fr. I, 210, Marchesani n. 18. Cf. n. 791*.

784* Histonii.

† locus feliciani diaconi | matricularii ecciae sci | eleuterii qui bixit annos | lxuii m. ix. depositus in | pace iu. kal. aug. postumio | lampadio et oreste cos

Pollidorus de episc. Ist. ms. (apud Romanellium sc. Fr. I, 232, inde Marchesani n. 67; ego in cod. non reperi) ex Capriolo et Canaccio. — Ficta ad Gratiani decretum p. I dist. 24 c. 3: 'presbyteri diaconi et universi clerici Stomensis [Stoniensis *al.*] civitatis — — in ecclesia beati martyris Eleutherii episcopi — —'

785*

m. blauio. q. fil
iu. u. i. d. aedili
curat. uiae. ualeriae. claudiae
et. traianae. frent
interamnates. histonienses
bucani
benemerenti

'Histonii, misit Petrus Polidorus' Mur. 1050, 7, qui in hoc lapide coniungi oppida tam dissita, qualia sunt Histonium Frentanorum et Praetuttianorum Interamna, miratus adscripsit 'fides huius marmoris sit penes cl. abbatem Polidorum.' Quod pupugit hominem ut fraudem fraude tegeret novamque hanc editionem in codice suo f. 262 collocaret (quam expresserunt Romanelli scov. Fr. I, 321, Corcia storia I, 189):

m. blauio. q. f
iu. u. i. d. aedili
curat. uiar. ualeriae. claudiae
et. traianae. frent
interamnates. histonienses
bucani
ben. mer.
funus. sepulchrum. marmoreum
et. maceriam
decreuerunt

callida ad titulum tuendum narratione adornata. Tituli partem superiorem a Virgilio Capriolo ICto Histoniensi descriptam in schedis Barberinis referri (ms. f. 49), ubi tamen nemo ex plurimis qui iis usi sunt reperit; utramque partem adhuc extare Histonii locis diversis, alteram in suburbano *la Penna*, alteram in viridario marchionum Histoniensium sub vase citreorum, quas coniungendas esse constare ex natura lapidis litterarum forma opere mensura denique, idque primum intellexisse Sebastianum Paulli clericum regularem Matris Dei (ms. f. 262). Denique ut refelleret Muratorii argumentum, de Interamna Praetuttiana cogitare desiit (quam initio eum intellexisse mentio viae Valeriae Claudiae non obscure indicat) oppidumque Termoli, cuius episcopus antiquissimae originis numquam dictus est nisi episcopus Thermularum a balneis quibus adhuc ibi utuntur, voluit fuisse olim Interamniam Frentanam, cui praeterea fraude attribuit titulum Neapolitanum Asclepii et Salutis (v. n. 2586). — Quae fabula quamquam penitus insedit hodiernae de oppidis et viis Frentanorum doctrinae, tamen tota reiicienda est; quis enim credet titulum et c. a. 1600 Capriolo Histoniensi visum et extantem adhuc ibidem post centum fere et quinquaginta annos aetate Pollidori, in oppido de antiquitatibus suis prae ceteris sollicito nemini innotuisse nisi per Muratorii syllogen? quis credet viis Valeriae quae Roma pergit ad Aprutium quamque consularem fuisse nemo ignorat, Claudiae inde ad mare pergentis, Traianae quam per Frentanum agrum perrexisse voluit Pollidorus, coniunctis praefectum fuisse quattuorvirum nescio quem? Accedit quod P. Blavii nomen redit in alia Pollidoriana n. 797* totaque eiusmodi funeratio a tribus civitatibus viarum curatori facta inepte et ridicule excogitata.

786* *alla Pennaluce* iii p. ab Histonio.

imp. caesari | t. aelio. hadriano. diui. f | antonino | pio. felici. augusto | p. p. trib. pot. uiii. cos. iii | bucani. ob. merita | pos

Mur. 1032, 4 a Pollidoro; ms. Pollidori f. 266 (inde Corcia I, 266) 'a Capriolo Canaccio et Baroncino iam pridem descripta.' — Numeri non consistunt neque recte Antoninus Pius dicitur *pius felix augustus* (Eckhel VIII p. 454). — 5 «p. m» pro «p. p», 7 «p.» pro «pos» Mur.

787* Titulum *L. Baebii Aviti* Romanum Grut. 373, 1 Pollidor. f. 58 (inde Mur. 682, 2) Buca Histonium translatum ait. — Titulum falsum *Cn. Arrii Aximi* Grut. 366, 2. Gud. 144, 5 Zagarolensem cur Marchesani inter Histonienses n. 31 receperit, ignoro.

VIII. ANXANUM. AMNIUM. ORTIUM.

788* in nemore inter Orsognam (Ortium *Pollidori*) et Guardiagrelam rep. 1697 *Poll.*; Romae *Mur.*

dis | salutiferis | dedicata. stilikone. et | antemio. coss. kal. apr

Pollidoro f. 372; Mur. 399, 3 e schedis suis. — Non dico falsam (neque enim hic locus est iudicare de Muratorii Romanis) sed certe non Anxanensem.

789* inter ruinas veteres non longe ab Anxano ultra Sarum, MM. p. a fluvio Saro, totidem a mari distantes, ubi Pollidoro antiquum Amnium fuisse putat, ara iam pridem inventa annoque 1605 Anxanum in aedes patrum Congregationis Oratorii translata *Poll.* Errore ad Castellum de Sangro refert *Rom.*

hygiae | salutari | m. sulpicius | edentulus | u. s. l. m

Mur. 21, 8 a P. Pollidoro; Pollidoro f. 109 (inde Romanelli scov. Fr. I, 368; Corcia I, 186).

790* Anxani 'fragmentum zophori igne ambustum nuper rep. in vicinia S. Luciae meridiem versus, ubi maiores Dianae templum exstitisse credebant.' *Poll.*

IONI· LVCINAE

Pollidoro f. 117, unde ed. Romanelli II, 114. Videtur subesse puerilis lusus in nominibus S. Luciae et Lucinae Iunonis, quem ut magis confirmarent alium lapidem saeculi decimi tertii postea finxerunt editum ab eodem Romanellio l. c. p. 115.

791* ara Anxani prope antiqui oppidi portam orientalem inter veterum murorum ruinas rep.

mauorti | custodi | conseruatori | l. uibius. m. f. pop | uulsius | tr. mil. leg. u | macedonicae | u. s. l. m

Mur. 44, 9 a Pollidoro; Pollidoro f. 118. Mavortis nomen pro Marte certum est fraudis indicium exceptis scilicet antiquissimis quibusque titulis.

792* reperta in pomoerio Anxani veteris.

pelinae | beneficae | m. albius | niceratus | ex. uoto. d. d

Mur. 99, 3 a Pollidoro; Pollidoro f. 118. — Ficta ad genuinam Superaequanam, quae item extat apud Pollidorum interpolatione tracta ad Ortonam.

793* in monasterio S. Iohannis in Venere vi. p. ab Anxano, ara elegans.

ueneri | conciliatrici

794* ibidem reperta *Poll.*; Ortonae *Mur.*

Pollidoro ms:	Romanelli:	Guarini:
	....	quintillae
quinctillae		
l. herutii	quintillae. l. herutii	l. p. iscauri. f. c. herutii
donum	.... donum	prisci coniugis donum
ueneri	ueneri	ueneri

Mur. 122, 2 a P. Pollidoro secundam exhibet, utramque Pollidoro ms. f. 436 (inde Romanelli topogr. III, 53 qui alteram lacunis deformavit propter nominum inconcinnam rationem; Guarini alc. spig. arch. p. 27. 28, qui eandem nescio unde corrupit; Corcia storia II, 187). Confictae propter agnomen monasterii.

795* Anxani in suburbio in horto Carmelitarum.

..... | ......pro. salute. publica. et | ciuium. commodo. res. curare. et. utilia. con|stituta. principis. auctoritate. firmata | conseruare. integra. ni....... | ..... | ...quod. solet. acci|dere......... congregatis | omnib......... adiutore | u. deuot............... | ....foro. conciliab....... | ...annonam....... uenalia...... | ....dare. ali.... | .....

Mur. 566, 1 a P. Pollidoro; Pollidor. f. 126 ex Virg. Capriolo. Tituli genuini Avionii Iustiniani aliud fragmentum esse perhibetur, cuius rei testem citat Pollidorus Capriolum, cum plerique scriptores Anxanenses utramque ita exhibuerint quasi nihil altera ad alteram pertineret. — Ficta est propter celeberrimas quae nunc sunt nundinas Anxanenses, quas item antiquissimas esse placuit.

796* Anxani 'nunc prostat in aedibus Rosatae familiae.'

q. aurelius. mitranus. c. f. p. n | porticum. restituit. gradus. fecit

Mur. 471, 7 a Pollidoro; Pollidoro f. 116, unde ed. Romanelli scov. Fr. II, 124 et Corcia I, 183. — Liceat componere hoc loco quae de nominum ratione Pollidoriana observavi. Viri saepius quam expectes cognomine carent *M. Blavius* n. 785*, *L. Herutius* n. 794*, *L. Veturius* n 823*, *M. Visellius* n. 799*, aut habent duo nomina (*Eustrasius Caesidius* n. 817*, *Fl. Clatrius* n 798*, *Fl. Ninnius* n. 825*, *C. Mitius Cutronius* n. 801*, *C. Pompilius Valerius* n. 782*, *L. Seleucus Rufus Servilius* n. 771*, *L. Vibius Vulsius* n. 791*, *Ulpius Aurelius* n. 771*) aut patrem patronumve post cognomen collocant (*Q. Aurelius Mitranus C. f. P. n.* hic, *L. Didius Ruber L. f.* n. 826*, *Eustrasius Caesidius unguentarius L. libertus* n. 817*, *Fl. Clatrius T. f.* n. 798*) Mulieres plerumque solo cognomine in *illa* exeunte contentae sunt (*Gemella* n. 782*, *Livilla* n. 817*, *Lucilla* bis n. 799* 800*, *Maracilla* n. 799*, *Marcilla* n. 772*, *Marcellina* n. 799*, *Quartilla* bis n. 772* 777*, *Quinctilla* n. 794*); adest praenomen (*L. Marcilla* n. 772*, *Q. Sabbia* n. 777*). Possum alia addere (cf. n. 120* 123*—125* 147*—163*); sed qui docebitur qui haec concoxerit?

797* Anxani.

d. m | p. blauius. l. f. arn. subulo | $\overline{\text{iiii}}$. u. equo. pup (*'sic' P*). sibi. suisque | libertis. libertabusq | et. posteris. et. heredibus

Mur. 799, 5 a Pollidoro; Pollidoro f. 119, unde male ed. Romanelli scov. Fr. II, 102. — 1 om., 2 «l. f. p. n. arn»; 3 «q. uir. equo» Mur.

798* 'Anxani visitur in aedibus Ricciorum.'

fl. clatrio. t. f. uiro. splendido | omnibus. honoribus | in. patria. functo | cerfennini. aquenses. albenses | patrono. ab. origine

Mur. 1038, 1 a Pollidoro; Poll. fol. 121. — 1 «l. clatrio», 2 «omnib.», 4 «aquen.», 5 «orig.» Mur. — Praeter inauditam gentem Clatriam nominumque ordinem perversum fictum titulum a Pollidoro indicant aucti inde honores patrii; magna enim res visa est si tria Marsorum oppida, quorum primum ex notissimo titulo quem dabimus in miliariis desumptum est, secundum plane inauditum, Anxanensem virum patronum ab origine coluissent.

799* Anxani.

d. m | euphrastes | m. uisellii. libertus | lucillae. et. marcellinae | filiabus. suis | philargo. filio. et | maracillae. coniugi | amantissimae | contra. uotum

Mur. 1161, 7 a Pollidoro; Pollidoro f. 119, unde ed. Romanelli scov. Frent. II, 102.

800* Anxani.

dis. manibus | lucillae. unguentariae | quae. uixit. annos. xluiii | heriphilus. coniugi. carissimae | et. b. m. posuit »

Pollidoro f. 119, unde ed. Romanelli scov. Fr. II, 102.

801* Anxani.

c. mitius. cn. f. cutronius | sibi. coniugi. filiis | filiabus. libertis | libertabusq. et. natis | eorum | l. d. d. d.

Mur. 1387, 5 a Pollidoro; Pollidoro f. 119, unde ed. Romanelli scov. Fr. II, 102.

802* 'in pomoerio Anxani veteris, quae est pars novi oppidi, rep.' *Poll.*

m. saturn...... fil.... | .... iiii. uir.... und | et. cn. besid...... | ædiles | macellum. s. p. restituerunt | mensuras. et. pondera. fecerunt

Pollidoro f. 116 (inde Romanelli sc. Fr. II p. 122); ab eodem Mur. 483, 9, qui 1. 2 ita exhibet «m. saturninus...... fil | ...... iiii. uir. i. dicund.». — Ficta est propter nundinas ut n. 795*.

803* pondus aereum olim penes Mich. de Giorgio, quod non sine causa nunc celatur.

ex una parte:

anxanum
emp. frent
l. ario
et. m. gauio
coss

ex altera parte:

l nund d
conciliab
fisio. eusan
❋
feltro. rotae
❋
d tilio. et. au d
❋
do

Ed. Romanelli scov. Frent. II, 127; Liberatore opuscoli I, 126; Guarini comm. XIII part. I p. 47, XX p. 30, IX ed. 2 p. 19 cum amplis commentariis. Orellius quoque ut genuinam dedit n. 4346. — Ficta propter nundinas Anxanenses.

804* tegula evidenter falsa, quae rep. dicitur in pago S. M. Imbaro $\overline{\text{iii}}$ p. ab Anxano septentrionem versus, extat Anxani penes Mich. de Giorgio. — Cum Cluviorum, quod oppidum nominatur in lap. Anxanensi genuino, situs ignoraretur multumque de ea re disputarent, placuit hoc signaculo prolato litem decidere.

max. fic. | col. clu.

Descripsi ego. Ed. Guarini comm. XIII part. I p. 45; XX p. 29.

Anxani apud Mich. de Giorgio.

805* nn diocl iou | aug s p q anx | d n m q. eiu | pontem f c

Primum 2 «augg», 4 «eor» scriptum erat, auctore de Diocletiano et Maximiano cogitante. Ed. Romanelli scov. Frent. II, 125, qui a. 1785 in eccl. S. Virginis rep. esse ait.

806* in tegula.

ANTONINO PIO AVGVS
TORVM MAXIMO QVI ET
PAGANIS ET CHRISTI FI
DELIB · CARVS Ɔ CVSTVS ET
IDEDA//IC//T VIIIAE AN
ITI

807* apolli*ni sacrum* | ordo. *anxiani* | pro. sa*lute publi* | uoto *suscepto*

Hanc primum confingere, tum supplere voluit illepidus auctor.

808* in tegula.

n. falenus | aed iiii uir t et q encitus | aed curulis mun anx | theatrum p. p. r. c. c. d. d

809* rep. dicitur *nel Colle del Castellare.*

...suillius. l.... | ...rib. mil. leg... | ..ae therm... | ..quaeductu... | ..bi posterisq...

810* c. sulp. et. c. popaeo... | t. caedin. arn. poll... | coll fec (?) ab patro... | l. xi. cur. erio....

811* laelio et | m seruilio cos | patrono l flau. poro | colleg. ferestiariorum | municip. anxani | p. prob. d. d

Descripsi n. 805*—811*. Ineptissimae fraudes sunt, scripturae etiam condignae et absurdis ligaturis punctisque plenae, quae imitari nolui.

812* *lamina di ottone!*

ephippiorum. fabri. lanciani

Ex hist. Anx. Antonii Marancae.

IX. ORTONA.

Huius oppidi genuinae nullae extant neque quamquam diligenter et ab hominibus loci gnaris adiutus ibi quaesivi, quidquam scriptum in lapide ibi vidi.

813* Ortonae.

apollini. aug. sacrum | m. porcilius. m. f. quir. gratus | equit. rom. $\overline{\text{ui}}$uir. aug | patronus. colon. orton | iiii uir. quinquenn. et. praef | fabrum. eiusdem. coloniae | d. d

Ex sched. Barb. Spon. misc. p. 174, Fabrett. 409, 344; e Ligorio Gud. ms. 1569, 1. Pollidoro f. 381 extare dicit praeterea apud Capriolum.

814* Ortonae.

mauorti. ultori | q. ninnius. q. f. quir. paetus | $\overline{\text{ii}}$uir. colon. ortonae | aug. et. $\overline{\text{ui}}$uir. augustal | quinquenn. ii. sacrum

Ex sched. Barb. Spon. misc. p. 174, Fabrett. 402, 302; ex Ligorio Gud. ms. 1568, 5.

815* Ortonae.

dis. manibus | tito. nomontio. t. f. quir | primitiuo. praefecto | fabr. municip. orton | uixit. ann. lxxx. m. $\overline{\text{x}}$ | m. pontius. m. f. quir. pol|lio. iiiiuir. ord. orton | ex. test. f. c

Ex sched. Barb. Spon. misc. p. 174, Fabrett. 560, 76; ex Ligorio Gud. ms. 1569, 2; apud Capriolum praeterea invenit Pollidoro f. 383.

816* Ortonae nuper rep. dum cathedralis eccl. fundamenta effoderentur *Poll.*

TI · DIDIO · Q · F · QVI
II · VIII · D · COLON · AVG
TON · PATRON · COL
BRVM · LANARIO
NAVICVLARIOR · VI
DECVRIONES · OB · M
L · D ·

Pollidoro f. 384 in folio agglutinato (inde Romanelli sc. Fr. II, 244), Quirinam tribum et coloniam Augustam Ortonensem mutuatus a Ligorio.

817* Ortonae non longe a portu.

d. m | eustrasio. caesidio. unguentario | l. liberto | liuilla. uxsor. et. artemido|rus. fil. et. sibi | et. heredibus | posterisq. eorum

Mur. 951, 6 a Pollidoro; Pollidoro f. 388 (inde Romanelli scov. Fr. II, 265).

818* prope Ortonam reperta, tabula aerea apud Pizzios.

diis. uicanis. compitalibus | et. hortensibus. ex. uoto

Romanelli scov. Frent. II, 249, qui videtur habuisse ex libro rerum Ortonensium apud Pizzios olim adservato, unde Pollidoro f. 386 alia absurda sive sumpsit sive sumpsisse se simulavit de Graecorum Liburnorum inscriptione Isiaca. Haec inscriptio haud scio an sit ex ludo inepto in nomine Ortonae et deorum hortensium.

X. TEATE. ATERNUM.

819* Teate in villa marchionum Toppi q. d. S. Agathopi. Ficta est in lapide.

p. s. p | pos. xx. ann | taurobolium | iter. de. suo | c. petronius | sacer. sabi | mouit. ii.

Mur. 130, 6 ab Antinorio; Nov. Fior. 1754, 135; Ravizza 12. — Auctor *nov. Fior.*, qui vidit, et fraudem perspexit et fraudis originem, disputationem Camarrae de taurobolio post annos XX repetendo.

820* Teate in villa marchionum Toppi. In lapide ficta.

ad deos | lambertus | balbens. imp. opt | mag. uui. don. fil | anno. iii. imp | in. marruc | hoc. mouit

Mur 1808, 4 e sched. suis; Nov. Fior. 1754 p. 135 (inde Donat. 56, 1. 60, 6); Ravizza n. 11. — Auctor nov. Fior. qui vidit agnovit falsam; Mur. fraudis originem detexit Lambertum Widonis fil. imp. saec. IX exeunte, v. eius Script. Rer. Ital. II, 1, 430.

821* Teate in villa marchionum Toppi.

d. m. s | de. uettio. ex. eluid | pop. rom. cur. ii | aug. regnan | t. asinius. marru | cons. iii | k. aug | b. m. p

Mur. 1812, 4 e sched. suis; Nov. Fior. 1754 (inde Donat 265, 5); Ravizza 8. — Auctor nov. Fior. qui vidit falsam esse iudicavit; ficta est ad ea quae narrat Camarra de Asiniis Marrucinis.

822* Teate.

DIS · MANIBVS ·
CARPINIVS · C · L · NEL
AEMILIO · SVO · FIL · KAR
ET · SIBI · SVISQVE · LIBER
TABVSQVE · ET · POSTER
EORVM · FECIT

Fabretti 613, 107 et sched. Barb. Et originis causa et propter nomina insolita huc reieci.

823* aenea tabula prope ripam fl. Aterni in ruinis templi antiqui reperta et Anxani apud Rosatos servata.

ioui. aternio | l. ueturius. praef | turmae. speculat | ualerien. sign. f | ex. uot

Ed. partem Pollidoro Bruttii vindicati (in calce Barrii comm. de Bruttiis Rom. 1737) p. LXV; integra extat in ms. eius f. 25. 221.

824* ab Aterno M p. inter ruinas magni aedificii a. 1736 inv.

imp. tiberius. caesar | diui. aug. f. augustus | pontifex. maximus | trib. pot. xxx | restituit

Mur. 443, 4 a Pollidoro; Pollidoro f. 221, inde Romanelli topogr. III, 82. — Vides timidum falsarium ne proderetur pluribus notis solam tr. pot. numerum posuisse.

825* prope Aternum.

d. m. s
decimus. a. prima. sectatus. castra. iuuenta
circitor. morior. praemia. parca. senex
qui. nulli. grauis. extiteram. dum. uita. manebat
hac. functo. aeternum. sit. mihi. terra. leuis
dat. patruo. ob. meritum. feralem. flauius. urnam
ninnius. et. cinerem. spargit. odore. gemens

Mur. 540, 2 a P. Pollidoro; Mazochi de dedicat. sub asc. p. 128 ab eodem (ex his Burm. Anth. IV, 341); Pollid. ms. f. 222; ex Poll. ms. cum insignibus mendis descripsit Romanelli topogr. III, 78, ut 5 «hoc. tumulo» pro «hac. functo», 6 «humum» pro «urnam», 7 «odore. pio» Maz., quod reiicit Poll., male Mur. pro Maz. appellans. — Errore secundam syllabam verbi «circitor» productam esse notavit Forcellini in lexico. Praeterea circitores militares in lapp. non novi et omnino Itali potius est quam Romani queri de promotionum iniustitia.

826* Aterni rep. 1727 dum restituendae arcis causa novorum propugnaculorum fundamenta effodiuntur.

d. m. | l. didio. rubro. l. f | mil. class. rauenn | simp. pr. neptun | uix. an. xlii. mil | an xix

Mur. 809, 7 a Pollidoro; Pollidoro f. 30. 222, inde male Romanelli topogr. III, 78. — 2 Rom. scr. «**l. didio. l. f. rubro**» itaque obscuravit Pollidorianam nominum rationem. Duplicarii milites saepe inveniuntur, simplarii vero appositio inepta est et inaudita; neque congruunt anni vitae et anni militiae.

827* prope Aternum rep.

d. m | quartillae | coiugi (*'sic' P.*). dulcissimae | et. indulgentissimae | cum. qua. uixi. ann. xluii | sine. querela | m. uitranius. q. f. bulbo | b. m | b. m. h. n. s

Mur. 1394, 14 a Pollid.; Pollidoro f. 222, unde ed. Romanelli topogr. III, 78 mendose.

828* Aterni.

m. uettio | m. f. pal. pio | equo. publico | praefecto | cohortis. $\overline{\text{ui}}$ | thracum | municipi | ob. merita | decuriones. d. p. p.

Pollidoro f. 220. 'Descripsit Paulus Rosellus in discursu de situ antiqui Aterni et inde arguit municipalem conditionem antiqui Aterni.' — Haec Neapolitana est et genuina (v. n. 2865) praeter clausulam quam Pollidorus, qui reliqua ex Camarra sumpsit, adsuit ut municipium fuisse Aternum hoc documento efficeret.

PARS SEPTIMA.

VALERIA.

I. PAELIGNI.

829* basis in Paelignis rep. in via Valeria.

in antica:
αμπελοφυτης (*sic*). κρονος
in postica:
soli. inuicto. sacr | m. eteorius. m. f | claud. sabinus

Gud. ms. 1452, 3, ed. 23, 7 e Ligorio; inde C. I. Gr. n. 5877 c. ubi quamquam minime de hac dubitatur, tamen spuriam esse quis praeterea est quin videat?

830* Sulmone.

ueneri peregrinae | d. uoluseius rabirian|us et uoluseia ma|trona opus tect. s. p | restituere

Reines. I, 94 (ex Holsten. et Langermanno) recte falsam esse vidit; ex Reinesio repetivit Lupoli p. 364.

831* Vittoriti prope Corfinium rep. 1569 in limine stabuli.

mineruae | inuia sacra | publico. aere

Antinori habuit ex Cocco stor. Pelign. ms. l 2 c. 1. de Matteis stor. Pelign. l. 2 c. 1. Mascitto l. 2 c. 1; ego reperi in cod. de Matteis, qui ait viam ad castrum Vittoriti cuius adhuc superessent silices sacram fuisse appellatam. — «inuiam sacram» de Matt. Mascitto.

832* Popoli.

cn. zecbius. t. f. pharetratus | uiuens. sibi. et. post. aedificauit. et | uiam. pub. curator. incuria. inuiam | priuato. sumptu. publicae. commoditat | restituit

Mur. 488, 6 (unde repetivit Lupoli p. 154) e Corsignano, apud quem frustra quaesivi.

833* in Pratulano agro prope Corfinium rep.

P · CORNELIO
ONIMO ·
NOBILISS
CAESARI
S · P · Q · C

Lupoli inscr. Corf. ed. 2 p. 223. Haec ficta videtur ad exemplum Samniticae Iuvaviensis quae male credebatur Interaquana. Certe «s. p. q. *Corfiniensis*» nusquam reperitur in monumentis Corfinii genuinis neque habuit omnino Corfiniensia nova et propria Lupoli ad ed. 2 ornandam.

834* Romae *Mur.* Galiani *Lupoli.*

t. pompullius. l. f. lappa | $\overline{\text{ii}}$. uir. quinq. trib. mili. a. populo | praef. fabr. ex. testamento. atrium | auctionarium. fieri. et. mercurium | augustum. sacrum. poni. iussit | arbitratu. epaphre. liberti

Mur. 482, 2 e schedis suis; non affert, sed Galiani adhuc extare ait Lupoli inscr. Corfin. p. 150, errore puto vel fraude; meliorum enim auctorum nullus novit neque ibi praeterea IIviri inveniuntur sed IIIIviri. Ceterum de ipsa inscriptione nihil affirmo; hoc dico non esse Paelignam.

835* Pentimae.

c. alfius. c. f. q. q | aquam. ex. aterno | summa. impensa. per|ducendam. coirauit | per. herennium. corfi|niensem

Martelli p. 63. Archetypum invenies in genuinis huius loci.

II. MARSI.

836* in via Valeria in agro Marsorum *oltre all' Hausta.*

florae. feroniae | sacrum | t. deasius. t. f. her|culanillus. iiii | uir. uiar. cur

Gudius ms. 1384, 2, ed. 60, 9 ex Ligorio.

837* in via Valeria sub statua.

t. deasius. t. f. an | herculanillus | $\overline{\text{iiii}}$. uiar

Gudius ms. 1384, 2, ed. 122, 1 ex Ligorio.

838* in via Valeria a parte lacus Fucini nostro tempore conspiciebantur pulcherrima segmenta pavimentorum ex vario marmore, quorum usus erat in tentoriis. Istic etiam repertum hoc fragmentum.

ioui. optimo. maximo | fulgeratori. conseruatori | t. uarius. althemius. gellianus | u. c. curator. uiarum. praef | fabrorum... | .....

Gudius ms. 1186, 1, ed. 4, 8 e Ligorio.

839* ad emissarium Fucini *Mur.* et ita *Phoeb.*, addens ita fuisse in lapide, sub ara ibi posita Deo Patri, a qua specus diceretur *la Grotta di S. Padre.*

Mur.:	Phoeb.:
....	....
nobilis. proc.	nobilis. progenies
aug	aug
hic. humatus. est	hic. tumulatus. est

Phoeb. p. 91 (inde Corsignani V. I. p. 297. R. M. I, 117); Mur. 764, 4 ex sched. Ambros. Falsam dixit Fabrettus col. Traj. p. 404, recte; fabellae enim gratia conficta est, quae refert Agrippinam cum gravida venisset ad munus a Claudio datum in emittendo lacu Fucino, territam clade quam describit Tac. ann. 12, 57 foetum edidisse qui aliquamdiu supervixerit et ibi sepultus sit. Quae narratio optimos quoque auctores decepit, quamquam ita diverse refertur, ut ex ore utrumque excepisse inscriptionem appareat.

840* Trasacci.

amphitheatr.... | hoc. fucen. imp.... | r. hic. m. homin..... | formid. affect..... | ...si...eu..... | miser. cur... ann.... | urb... cond.....

Corsignani V. I p. 294. R. M. I, 118. 426 ex schedis sibi ab amico in urbe exhibitis. Hoare I, 376 negligenter ita commemorat quasi viderit.

841* Luci vel Pinnae.

nummular. mars | claud. tulit.... | e'rom... ad. fucin..... | proper. impleuit | ciuit. et. popul. mars | salue. caesar. opt.... | hoc. fier....mand.... | antes. ciuit..... | rostr. in erg. an | ben...... diu. uiu...

Corsignani V. I. p. 293, R. M. I, 87. 422. Primum exemplum repetivi.

842* Luci *al casino della famiglia de Angelis al lago Fucino.*

solat. equit. roman. | numism..... h. c. absci.... | sunt. r. p. s. fat. discret. | fortun. fucin. suo. mis. pon.

Corsignani R. M. I, 86.

843* Luci vel Pinnae.

V. I.:	R. M. p. 86:
arc. mont. fier.	arc. mont. pier.
feci. uett. noñ.	feci..... uett. nonn.....
ier. fuit. nost.	fer. fuit......nost......
num. hoc. uid.	num....... hoc. uid...
lic. pin. mont.	lic.....pin. mont.....fuc
hoc. opus. est	hoc. opus. est

Corsignani V. I. p. 293. R. M. I, 86. 422. Vides Fucini mentionem postea accessisse.

844* Luci vel Pinnae.

uist.... fuer... | an. mars. hoc. | mon. syll.... teg. fuc....

Corsignani V. I. p 292. R. M. I, 86. 422. «fuc» accessit demum in R. M. p. 86; deest in V. I. et R. M. p. 422.

845* rep. prope Petugnam.

aquam. hanc. m. f. romam | adduc..... | curab. urb. c. anno...

Corsignani V. I. p. 294. R. M. I, 110 paullo diverse.

846* ex monumentis ecclesiae S. Petri de Alba ms.

asiatico. scip. senatus. populusq. albensis | alba. quanta. fuit. ipsa. ruina. tenet

Corsignani R. M. I, 181; ficta ex Mur. 1021, 5.

847* in fundo capituli Avezzanensis rep. Dec. 1737.

i........ iiii.....i | iii. iment...... pa- tr...... | senat. populus..... | albensis

Corsignani R. M. I, 586. Haec potest esse genuina.

848* olim Scurcolae in foro.

senatus. popusque. albensis

Corsignani R. M. I, 155 cf. p. 317.

849* in Sanctae Sabinae olim cathedrali Marsorum.

..... curante. ac..... | iul. honorato | p. praesid. alp

Mur. 1057, 6 ex Corsignano, apud quem frustra quaesivi.

850* Luci.

dIs. manibus | sepulchrum | luc... me....... hoc. est.... a. f | natura........r. s. cons. ruf...

Corsignani R. M. I, 417.

851* olim apud Marsos.

d. m | martiae. q. f. caesar | dict. perp. auinae | nobilissimae. b. m. p

Cors. V. I. p. 313 qui ait referri ab Aenea Vicomercato in Augustorum familia.

852* q. pomped. mars. in. agr | bell. clar. mem. ext. hic | ann..... o....

Corsignani V. I. p. 20 et minus plene Regg. Mars. I, 65. II, 346 qui ex Camarra exscripsisse se ait, unde mihi non enotavi.

853* in angusto lapide olim a Fucino abrepto.

q. silicius. silbanus | emeri. a. mars. deu. hic | sist. et. a. b. m. p

Cors. V. I. p. 309, qui finxit ex Vignolio col. Ant. p. 287.

854* Paterni.

hier. fisc | rop. mer. fec

Corsignani V. I. p. 291. R. M. I, 366 paullo diverse.

855* supra eccl. S. Benedicti portam.

p. q..... cori.... | ....per....decurio..

Corsignani R. M. I, 251.

856* Albae ad Fucinum, non Albani *Mart.*

l. cornelius. a. f. pal | pupillus | praefectus. fabrum | flamen. quinquennalis | patronus. castri. noeuesium | ex. testamento | c. iulius. sp. f. pal. carus | l. cornelius. l. f. pal. albensis | l. cornelius. athictus | l. cornelius. eutichus | fecerunt. sibi. et. suis

Martelli n. 87. Est Grut. 397, 3 titulus Albanus, inemendatus; quem Martellius loco movit et 8 «albensis» pro «albanus» posuit, ut ad Albam Fucentem referret, cum vicum Nervesiae Aequicolanum in «castro. noeuesium» (quae corrupta lectio est pro «moenesium») reperisse sibi videretur, apertissima fraude.

857* '*in Castelvecchio di Scanzano, i di cui prati ritengono il nome di Valle Varia e Valle Varri, feudo del Barone Coletti.*'

c. scantius. p. f. cla | iu. uir. iur. dic. a. p. | q. r. p. patri. dulcissimo

Martelli n. 28. Videtur ficta ex nomine oppidi.

III. CARSIOLI.

858* *in casa Taschetti di Canemorto* prope Carsiolos.

ioui. cacuno. r. c

Martelli n. 62.

859* Carsiolis.

gnidius. sibi. et | plaetoriae. c. l | secundae | c. pletorius. c. f. lacratus | q. q. aed. q. c. sa. r. haruspex

Martelli n. 61.

860* Carsiolis.

ueneri. felici | c. plaetorius. iiii. uir | cars. uot. soluit. lib. m

Martelli n. 60.

IV. AEQUICULI.

861* in Ciculano, *sopra il borgo Collefegato in un antichissimo tempio a fabrica ciclopea, detto ora S. Giovanni in Leopardo.*

dianae. nemoresi. uestae | cacrum *(sic)*. dict

Martelli n. 73.

862* in Ciculano, Peschiorocchiani in aed. ducis.

c. gauius. m. f | dianae. u. s. l. m

Martelli n. 23.

863* in Ciculano, '*in una macchia fra le ville ed il villaggio detto le Grotte.*'

siluano. sancto | thoranius | l. cloeli | d. d.

Martelli n. 8, qui vicos oppidaque et nova et antiqua ubique lapidibus infersit, ut hic *Toranum*.

864* in Ciculano, *Civitella di Nesce*.

imp. caesari | diui. traiani | parthici. filio. diui | neruae. nepoti. tra|iano. hadriano | aug. pontifici. maximo | trib. pot. xiii. cos. iii. p. p | quot. opera. publica | uetustate. delapsa | pecunia. sua | restituit | d. d

Martelli n. 10. Per se non offendit, sed ubi causa fingendi vel traducendi tituli tam manifesta est, a tali auctore titulus recipi nequit.

865* in Ciculano '*sotte le terme a fabrica ciclopea di Civitella di Nesce.*'

imp. caesari | .... | pio. felici. aug | pontif. max. tr. pot. iii | cos. iii. proc. pat. patriae | s. p. q. a. decreto. dec | p.

Martelli n. 42. Non mirabor si quando meliori testimonio confirmabitur, nam «*Senatus populus que Aequiculanus*» usu harum partium comprobatur; adhuc tamen inter suspectas relinquenda est.

866* in Ciculano in sepulcro cyclopico, ubi descenditur a Civitella di Nesce ad pontem monumenti.

c. aequisius | sibi. et. marciae | reliquid. monumen

Martelli n. 24. Haec certo ficta propter pontem monumenti; videtur etiam Aequisius hic nescio quomodo alludere ad Aequiculos Martellianos.

867* in Ciculano, in eccl. S. Stephani *di Riotorto* prope vicum S. Luciae.

c. bruttius. c. f. cla | priscus. ui. uir | sibi. et. sulpi|ciae. ampliatae | et. sulpicio. ambliato *(sic)*. et. sul|picio. castori | filio

Martelli n. 30. Sevir ingenuus cum tribu in his partibus certe nullus reperitur.

868* inter *il Corvaro* et *S. Anatolia* in sepulcro antiquo.

c. cloelius. l. f. cla | coruinus | uestinae. helenae | coniugi. benemerenti

Martelli n. 2. Potest esse genuina, etsi suspectum est *Vestinae* nomen.

869* in Ciculano, Nesce. '*Sopra il casaletto di un tal Domizi fu da noi fatta scavare una gran cassa di pietra tutta di un pezzo, che aperta vi si trovarono le costole ed il cranio d'un uomo di straordinaria grandezza e nel coperchio l'iscrizione.*' Mart.

coelius. aequiculus. an. c | h. s. e

Martelli n. 25. Felices Aequiculanos tali cive longo et longaevo!

870* in Ciculano, Peschiorocchiani in eccl., basis quadrata.

l. crisidio. l. f. cla | basso. ii. uiro. aequici | iu. uiro. cars | fortunatus. mi. coh. iiii | sibi. et. caeciliae. iacusiae

Martelli n. 17.

871* in duas partes scissa, antiquissima; extat in Ciculano, Borgo S. Petri in ecclesiae monacharum turri campanaria, quae fuit Fadiorum sepulcrum.

c. fadius | t. fadius | auei | ex. test. l. fadius

Martelli n. 32.

872* in Ciculano in S. Anatoliae in muro eccl.

l. petronius. c | fab. ex. testam | cccc. HS

Martelli n. 5. Fortasse genuina.

873* Borgo Collefegato in Ciculano in muro laterali eccl. S. Anastasiae

c. pomponius. m. f. | cla. dasius | ui. u. ossibetei | helenae. c. | phroneisini

Martelli n. 4. Redit sevir ingenuus tribum habens.

874* Borgo Collefegato in Ciculano in foro.

t. statius. t. f. st. n. | aed. q. | annia. an. f. uxor

Martelli n. 3. Nomina absurda.

875* in Ciculano extra vicum Torano in stabulo Bartholomaei Felli.

a. uarius. l. f. cla | centurio. leg. iiii. | c. auia. o. f. uxsor | ex. testamento. se|leucus. l | fecit | h. m. b. n. s.

Martelli n. 9. Fortasse genuina.

876* in Ciculano, *Borgo Collefegato* in aed. Gagliardi.

iurius. t. f. stel. pontius | ueici. sentinas. fac. coir.

Martelli n. 7. Nomina absurda.

V. CLITERNIA.

877* *sopra Sigillo per andar a Bacugno in un diruto tempio.*

q. murrius. cn | uacunae. uoto | dato. lub. mer

Martelli n. 58.

878* Antrodoci rep. sub oppido D p. inde, ad dextram Velini. *Mart.* Lapis extat apud Polasettos in praedio eorum *la Mentuccia.*

Urlichs:	Martelli:
dis manibus	domitilla
domitillae uespasiae	t. uespasiani. fil
uespasiani filiae quae	quae nondum. peran
non perannauit	nauit. h. s. e

Ficta est in lapide. Priorem typum exhibent Guattani mon. Sab. II p. 271, Carlius in litteris ad Kellermannum, Urlichs Bull. 1838 p. 188, Ann. 1838 p. 300; («diis» Guatt., «dumitillae» Carli, «perennauit» Bull.), alterum solus Martellius n. 66.

879* lapis in solo iacens long. 8 palm., larg. 2, litt. semipalm., extat Capradossi in eccl. rustica S. Andreae, ad sin. viae.

priuata. faciundos. coerauit

Martelli scop. di Cliternia 1819 p. 5, Sic. p. 171 n. 36, a quo pendent et Annali dell' Inst. 1834 p. 113 et sched. Avezz. — «faciüdos» Mart. Cl. — «coirauil» Mart. Sic. — Eiusmodi titulus vetustatem prae se ferens et satis perplexus a tali homine accipi nequit.

880* *nella Madonna di Sesto per salire a Città ducale.*

domitia. t. l. filia | rutilia. t. l. mater | puppia. t. liberta | ex. testam. posuit

Martelli n. 57. Cf. sequentem, quae huius est quasi altera editio aucta et magis corrupta.

881* in vico S. Rufini prope Civita Ducale in aed. Liberati

rutilia. lepriena. t. l. mater | puppia. t. l. soror | sibi. et. sueis | hic. est. ille. situs | faciundum. coerauerunt

Martelli n. 75. Cf. praecedentem.

VI. AMITERNUM.

882* Amiterni.

d. m | m. caesio. m. f. pal. magno | ii. uir. i. d. ii. uir. qq. iiii | tamudiae. m. f. seuerae | sacerdot. public. cerer | m. caesius. magnus | caesia. seuera. paren|tibus | d. d bis

Fonteius de gente Caesia p. 131, ex hoc Grut. 380, 6 neque aliunde Malvasia marm. Fels. p. 279 e schedis Castellini exemplo Smetii additis, qui sine dubio descripsit e Fonteio, quare etiam praetermisit Kellermannus in Castellinio describendo. Unicus igitur auctor Fonteius Caesiorum conquisitor operosus magis quam diligens, qui ipse auctorem laudat Aldum iuniorem non meliorem sane quam sunt schedae eius Ligorianis plenae. Quare cum Aldus praeter hanc vix duas Amiterninas genuinas protulerit; cum ex schedis Vaticanis aliae emerserint Ligorianae; cum tribus magistratusque minime conveniant certis Amiterninis, omnino expellenda est; utrum ficta sit an translata, non definio.

883* Amiterni in tab. aenea.

plutoni. neruianio. et. proserpinae | neruianiae. sacrum. kal. iun | l. d. d. d. amiternens | m. aurelio. et. l. aeliano. coss | neruiania. olympusa. sacerdos. p. d | et. neruianius. ferox. hierophanta | hecatae. u. s. l.m

Reines. I, 234 (Spanhem. e Ligorianis); Gud. ms. 1194, 1 cuius v. l. referre operae pretium non est.

884* Amiterni.

ueneri | sacr | sex. aui|dius. q. f | lem. ue|rus. uet | uot. s

Mur. 57, 7 ex Ligorio.

885* Amiterni.

q. auidio. q. f. scaeuulae | uèterano. uixit | ann. lxxxiix. et | mens. ix. h. uii | m. auidio. paullino. f | paullina. uictorina | her. e. f.c

Gudius ms. 1191, 3, ed. 298, 5 ex Ligorio.

886* Amiterni.

c. caluinius. q. f. osculus | eq. r. amitur *(sic)* | patronus. ui. uir. aug | fecit. sibi. et. suis | liberis. et. amicis | parent | in. fr. ped. xii. in. agr. p. xu | incisurum *(sic)*. loc... | port. iun. diuis....... | pro. part. $\overline{iii}$...... | monument..... | ....

Gudius ms. 1193, 3, ed. 119, 1 ex Ligorio.

887* Amiterni.

dIs. manibus | t. flauio. t. f pal. uopi|sco. sabino | amiter | II$\overline{ii}$IIuiro. augustal | uixit. ann. $\overline{liii}$ | flauia. aurelia. sa|bina. marito. pIss | b. d. s. m | posuit

Gud. ms. 1192, 2, ed. 124, 5 ex Ligorio.

888* Aquilae.

p. fonteius. sex. f̀. arn | spendianus | pr. frum. leg. i. mineruiae | fel | aquil. leg. eiusd. d. d

Malvasia marm. Fels. p. 358 ex schedis Vatic.; Mur. 816, 6 ex Ligorio et Malvasia.

889* Amiterni in ruinis.

l. gellianus. medi|cus. amiturnens *(sic)* | se. uiuus. fec | sibi. et. suis. liberis | et. posteris. eor | in. fr. pedes. $\overline{xiiii}$. in. agr. p. $\overline{xui}$ | cum. macer. quoque. uers | ped. xxx. circ

Gud. ms. 1191, 1, ed. 216, 1 ex Ligorio.

890* Amiterni in tabula.

dis. manibus | mammiliae. felicidiae | feminae. dulcissimae | pIlssimae. fidelissimae | uixit. ann. xxx. m. $\overline{uii}$. d. $\overline{iiii}$ | fecit. et. sibi | c. mamilius. c. f. pal | nummianus | $\overline{ui}$. uir. augustal

Gudius ms. 1191, 2, ed. 278, 9 ex Ligorio.

891* Amiterni.

d. m | caiae. neruianae. sa|binae. felicissimae | pIlssimae. incomparab | fem. uiriliss *(sic)*. uixit. an | xcii. m. iiii. h. uis | c. neruianus. ferox. equ. r | et. l. neruianus. nerulanus *(sic)* | quartius. f. e. posueruNT

Gudius ms. 1193, 2, ed. 281, 7 ex Ligorio.

892* Amiterni in tabula.

parciliae. lepidae | clariss. femin. amitur | uix. ann. $\overline{lxxx}$. m. $\overline{uiii}$ | q. parcilius. q. f. pal | modestus | eq. sing. fecit. sibi | et. suis. posteris | in. fr. p. $\overline{xiiii}$. in. agr. p. $\overline{xuii}$

Gud. ms. 1193, 1, ed. 179, 6 ex Ligorio.

893* Amiterni.

dis. man | seuidiae. pAllae | l. seuidI. saturnini | eq. r. filiae. pilssi|mae. karissimae. pos | m. seuidius. asper. h. e

Gudius ms. 1192, 3, ed. 310, 8 ex Ligorio.

894* Amiterni.

c. titulenius | sabinus | eq. rom. aminturn *(sic)* | scriba. turmar | leg. ii. italicae | fecit. pro. delic.... | sib... | praestan.... | titulen...... | bene. de. s.....

Gud. ms. 1192, 1, ed. 185, 6 ex Ligorio.

895* rep. inter Amiternum (S. Vittorino) et Arischiam, cippus quadratus. *Mart.* '*déterré il y a peu de temps sur les lieux mêmes et existant, à ce qu'on dit, chez le curé de Coppito*' *Simelli* 1810, qui addit supra sculptam esse sellam curulem.

feinis | sabinorum

Martelli n. 27, qui vult vidisse Lupacchinium; at in Antinorianis nullum huius monstri vestigium reperi. Petit Radel e Simellio Annali 1832 p. 3. — Simelli sic: «fines. sabinorum». — Haec etsi sub nomine Simellii prodiit, tamen nescio quomodo a Martellio ei obtrusam esse suspicor; certe patronum non facile nanciscetur. Ut enim municipiorum fines terminis lapideis signarentur, quod raro quidem, sed tamen factum est, regiones qui vetustioribus temporibus lapidibus putat definitas, neque regionum neque terminorum rationem perspexit. Contra et cur hanc finxerint facile intelligitur et exemplum adest termini Albensis (v. in Marsis genuinis), quem Martellius primum interpolavit, deinde imitatus est.

896* Civita Tomassa.

epulum | l. fer. pop | aed. dian. forul

Martelli n. 44.

897* Pizzoli '*in una vigna di Cecchettani*', ubi amici a me rogati frustra quaesiverunt.

sabo. semoni. patri | sacrum

Martelli n. 50. Hac olim misere me esse deceptum confitendum mihi est; ut enim a probo homine prolata accipi posset, ita cognita Martellii indole neque ego amplius defendo neque alii tuebuntur.

898* Civita Tomassa.

pompulli | in. fr. p. xiiii | in. ag. p. xuiiii

Martelli n. 41. Fortasse genuina.

899* Civita Tomassa.

d. m. | c. proculus. f | nodemaı. coniugi | p. fil. o. m. de. se. f

Martelli n. 46.

PARS OCTAVA.

PICENUM.

I. PINNA.

900* Pinnae.

pluto sum pennensis iuuenis qui in italico bello fui patris seruator et exercitu instante romano patriae non fui proditor. meminit de me ualerius. satis autem gloriosum est inimicorum ore laudari

Mur. 1810, 6. Citatur Valerius Maximus V, 4, ext. 7.

II. HADRIA.

901* Hadriae.

tempore. pompei. strabonis | fuit. hadria. romanor. colonia | quo. tempore uendita. fuit | q. egnatio. equiti. romano

E schedis Rosatii (c. 1636) excerpsit Sorrichius et edidit Nov. Fior. 1758, 829. Occasionem fraudis dedit titulus Hadrianus Q. Egnatii ..... (v. in genuinis).

III. INTERAMNA PRAETUTTIANORUM.

902* Interamnae Praetuttianorum, tab. aerea quam Romam attulit Petr. Barbatus.

tamfanae | sacrum | m. appuleius. m. f. uel. paetu|lus. decur. interamn | quinquennal. ii. sig. d. d

Gudius ms. 1658, 3, ed. 55, 11 ex Ligorio. Mirum est novisse Ligorium veram Interamnatium horum tribum, nulla tum eorum inscriptione edita.

903* Capudoci in feudo Columnensium in Praetutianis in tabula aerea.

m. caecilio. m. l. metellio | capudoco. tabulario | caecilia. metelliana. liberta | tyche. marito. pilssimo | bene. de. se. merito. fecit

Gudius ms. 1325, 2, ed. 267, 2 ex Ligorio.

904* Bellante prope Iuliam novam in eccl. S. Mariae.

d. m | dentriae. meae. matri. a. liuio | decembrio. lib | dentriae. nactae. uxori. suae | a. liuio. dentrio | romano. fratri. ciui. amandae | lib | uixit. ann. xx | hi. duo. conuenti | una. fata. secuti | uno. lectui. compositi | una. fauilla. iacent | a. liuius. bassus. merentibus

Delfico p. 145 ex Andreantonelli hist. Ascul. lib. 4 p. 178, quem non vidi, sed quae inde excerpsit Coluccius pessimum auctorem esse indicant. Quamquam haec fortasse interpolata magis est quam falsa; fuit fortasse 4 «stactae», 6 «liniae» pro «ciui».

905* Interamnae rep. in navi inferiori eccl. cath.

asilum | iunoni .....

E schedis Mutii Muzj et Brunettii Delfico p. 146; at certiorem eiusmodi titulus auctoritatem flagitat.

906* Interamnae in fundamentis aedium Gaspari in antiquo amphitheatro rep. neque inde ob molem extracta.

marti. pacifero

Delfico p. 80. 113, qui non videtur vidisse et habuit fortasse ab iisdem auctoribus ac praecedentem; omnino haec quoque potest quidem esse genuina, sed iustam et plenam auctoritatem desiderat.

PARS NONA.

VIAE PUBLICAE POPULI ROMANI.

907* Portellae vi p. a Terracina.

lxuii.
imp. caesar | ....

Pratilli p. 129. Hic lapis miliarius et complures ex sequentibus e Pratillii libro receptae sunt in mappam geographicam Rizzi-Zannonii, quare ab hac diligenter cavendum est in miliariis antiquis.

908* inter Terracinam et Fundos.

lxxui
imp. caesar | domitian | ....

Pratilli p. 22 (inde Donat. 213, 3).

909* Mur. 448, 6. 7 columnas miliarias duas edidit inscriptas *ibidem ex eodem*, quae verba ad n. 4 (in agro Veliterno ex Vulpio), non 5 (inter Fundos et Terracinam e schedis Ambros.) referenda esse facile apparet; quo tamen Muratorii errore deceptus est Pratillius p. 130. 131.

910* inter Fundos et Itrium in primo clivo Itriano, ad sin. Appiae in termino praedii.

imp. caesar | uespasianus aug | pont. max | tribun. potest | cos. iii | pater patriae | facien. curau
lxxuiii.

Pratilli p. 135.

911* Fundis in aedibus Lucae Olivieri.

ap. brund. fund.... | m.... dxxi b......

Notarjanni p. 212. *Via Appia Brundisio Fundos M. p....* videtur indicari, ut quamquam sine commentario profertur ab homine simplicissimo, tamen vix est quin fraudem arguamus.

912* inter Fundos et Itrium, prope hoc oppidum.

rauit
lxxxiii

Pratilli p. 138.

913* extra Molam versus septentrionem.

..... | ....imus | ....otest | .. ..i | ....riae | ....auit
lxxxul

Pratilli p. 138.

914* ad Lirim.

lxxxuiii
imp. caesar | *domi*tianus. aug | ...germ.... | ......

Pratilli p. 22 (inde Donat. 213, 4).

915* col. n. LXXXXII inscripta nomine Vespasiani (v. n. 910*) extat ad turrim Scauri.

Pratilli p. 154.

916* in via qua Gianola itur Traiectum ad sin. Appiae.

imp. caesar | uespasianus | aug | pont. max. | trib. potest | cos. iiii | pater patriae | faciendum cur
lxxxxiiii

Pratilli p. 155.

917* similis cum inscr. evanida erat paulo ulterius ad turrim de Argento.

Pratilli p. 156.

918* Quintolae in eccl. inter Minturnas et Suessam.

cu
imp. caes | domitian | .....

Pratilli p. 164. Masius frustra indagavit.

919* in ruinis Sinuessae in villa DD. Transi Suessanorum in loco q. d. *i Bagni*.

....p. maxi.... | aug | et. cons........ | et. maximin.... | nobiliss. caess
cuiiii

Pratilli p. 25. 165 qui ait se vidisse una cum Al. Mazochio supplendamque esse inscr. ex Fanestri Grut. 279, 2.

920* col. n. CX extat Mondragonii prope aquaeductum in monte Massico.

Pratilli p. 165.

921* rep. 1755 prope paludem Mondragonis.

.... | dd. nn. fl. ualentiniani. p. f... | semper. aug. et. gratiani. cae.·.· | uiam. aquar. illuuion. et. s.... | ctur. interruptam. ab. sinues... | cumas. usque. in. eaq. pontes... | sionesq. mill. p. xu..... | iulius. felix..... | campaniac. consu... | restit. cur

Pratilli consolari p. 77.

922* Carinulae pone aedes baronales, in aedibus dirutis P. P. Augustinianorum Suessanorum.

imp. nerua | caes. augustus | pont. maximus | tribun. potest | cos. iii | pater. patriae | facien. cur
cxiii

Pratilli p. 242.

923* ad S. Petri in fine in loco dicto *Centismo*.

c
imp. caesar | diui. neruae. filius | traianus. augustus | parthicus. ponticus. dacicus | pont. max | trib. potest. uiii | imp. iiii. cos. u. p. p

924* ibi prope similis, cuius numerus periit, additur in fine:

uiam. usque. alpinum | restituit

Auctores Venafrani d'Utris in cod. ms. et Cotugno p. 309 sq. horum titulorum exempla, facta a parocho S. Petri in fine, Casini in tabulario extare aiunt, referri vero a Grossio in Latio novo; quem librum eius nunquam fortasse editum non vidi, falsarium esse Grossium scio.

925* *incastrata una volta in una rupe tra S. Quirico e S. Sigillo, dove resta ancora visibile il suo incastro, e rotolata poscia alle sponde del Velino.*

imp. caesari | uespasiano. aug. pon. max | trib. pot. iii. imp. uiii. p. p. cos | iii. des. iiii. uiam. salariam | montis. euersione. inter | missam. sua. impensa | refecit
m. p. u

Martelli n. 56.

926* rep. in ripa fl. Sangri IV p. ab Anxano prope rudera pontis fl. eius ad Traianam Frentanam pertinentis, vulgo *al pontaccio della via vecchia. Poll.* inter Buccam et Sarum fl. in Frentanis *Mur.*

imp. m. ulp. nerua. traianus | caisar. aug. pont. max | trib. potest. cos. iii. p. p | uiam. lapid. strauit | pontem. fecit. substructiones | addidit

Mur. 449, 1 a P. Pollidoro; ms. Pollidori f. 23. 47, ex eo Romanelli topogr. III p. 632, Corcia stor. I, 185. — 2 «caes.» Mur. — Pertinet haec et sequens ad viam Traianam Frentanam a Pollidoro inventam, v. n. 785*.

927* 'prope oppidum Meianionum (?) in agro Larinate' *Poll.*'

imp. caesar | m. aurelius | antoninus | pius. fel. aug: | trib. pot. xuii | fecit
xiu

Pollidorus ms. fol. 50.

928* in via qua Sinuessa Puteolos itur ad fauces fl. Savonis.

uiii
imp. caesar | ..... | .....

Pratilli p. 177.

929* col. mil. octangula, prope Volturnum in silva S. Martini

xuii
s. p. q | r

Pratilli p. 181.

930* prope Volturnum in silva dicta *il Boscherello.*

xix
s. p. q | r

Pratilli p. 181.

931* Aversae rep., periit in fundamentis novi conservatorii.

IM/P· CAESAR\
ANT/ONINVS·AVG·\PIVS
PON/T·MAX·TRIB·P\OT· VI
IM/P·II·COS·III·P·\P
VIA/M A CAPVA PVT\EOL
REFIC· CVR

Pratilli p. 213, qui addit lap. in duas partes fractum et ab uno latere a se suppletum esse.

932* Aversae prope aedes Cappabianca.

imp. *Caesar* | ant*oninus pius aug* | bon*o rei* p. na*tus* | po*nt.* ma*x*im*us* | tr*ib. potest* ui. | cos *iii* | uiam ca*pua puteolos* | res*tituit*
u*ii*

Pratilli p. 213 qui ita supplendam duxit.

933* Casapuzzanae sub Atella col. mil.

uii
s. p. q | romanus

Pratilli p. 338.

934* Aversae in angulo fori prope cath. Similis n. IX signata extat in agro Giugliani prope eccl. S. Sophiae. Pratilli p. 201. N. XIIII extat in castello Casaluce. Pratilli p. 215.

xiii
senatus | populusque | romanus

Pratilli p. 201.

935* in vico de Pantano in angulo muri septentr. villae Carthusianorum.

xuii
imp. caesar | antoninus | pius aug. | cos. iii | p. p. | refic. cur

Pratilli p. 184; dubitans utrum pertinuerit ad viam Domitianam an ad viam Capua Puteolos.

936* Romae quamquam auctor collocarit, tamen omittere noluimus.

ex. auctoritate | imp. caes. diuI. neruae. fil | neruae. Traiani aug. germa|nici. dacici. parthici. ponTifi|cis. maximi. Tribunic. potesT. u | cos. u. p. p. curaT. uiarum | l. licinius c. f. sura iiii. uir. iT | m. iulius. m. f. fronto iiii uir | t. laelius q. f. cocceianus iiii. uir | sex. flauius. l. f. falto iiii uir | cipp. term.. ....| uiam. traian[am app. per] brutT[ios] | salenTin[os pec.] publ. [contulere] | brutTieI. salentineI. oppida[tim] | napetinei. hipponiatei [mamertinei] | rheginei. scyllac[ei cauloniatai] | laometicei. terinaei. temsa|naei. locren.... thuriat.. | cur.....mill. p....... | ....[cc].....

Grut. 199, 5 ex Ursini schedis (i. e. e Ligorio). Gud. ms. 1431, 2 e Lig. Ligorii prima recensio extat in Grut. ed. 1 ex Ursinianis, secundis curis emendata legitur apud Gud. et in ed. 2 Gruteri. Secutus sum illam, quaeque in secunda accesserunt uncis inclusa adieci propter notitiam hominis.

937* in parva columna supra Regium in Calabria. Numerus miliarius ducitur a Capua, inde enim Regium sunt M. p. CCCLXXI, unde apparet hanc columnam XV. M. p. positam fuisse ultra Regium.

lap | mil. ccclxxxui
imp. caes. neruae. f | traian. august | germ. dacic. parth | trib. potest. u | p. p | optimo. principi | ex. s. c | fac. cur

Reines. II, 81 (e schedis eq. Puteani Langermannus); Gud. ms. 237, 2, ed. 72, 1 nescio unde; Mur. 449, 3 e sched. Farnes. — 6 «xiu» pro «u» Rein. Minora non noto.

938* col. mil. cum numero III exstat in pago S. Nicolai *alla strada* ad viam Appiam prope Capuam.

Pratilli p. 357.

939* ad Galatiam rep.

iu
imp. caesar | aug. c. fil | cos. xiii | p. p

Pratilli p. 27 (inde Donat. 96, 8) e ms. Primicerii d'Isa.

940* col. mil., Montedecoro in monasterio Franciscanorum, prope Cervinum et Forchiam di Durazzano.

uiii
aug. caes | diui. fil. p. p | fieri. cur

Pratilli p. 384. Hanc falsam esse demonstravit Chaupy III, 484.

941* Arpajae rep. 1732, mox iterum terra obruta.

xu
imp. caes | diui. f. aug. | p. p. cos. xiii | fieri cur

Pratilli p. 319. 390.

942* Pratilli p. 397 prope Airolam versus Montesarchium in trivio ait extare col. mil., in qua non legeretur nisi v. extremus: «curauit».

943* col. mil. prope pontem leprosi inter Montesarchium et Beneventum.

xxiu
imp. caesar | l. septimius | ..... | .....

Pratilli p. 403.

944* Beneventi *au mur d'une maison de la rue de la Nunziata.*

Chaupy:

DC· LICINI....
VIA· TERMINATA· RO...
SPATIVM· P· C.....

ego ita descripsi:

OGAT· HIC· IND
VIA TERMINATA R
C· L HVNC SPATIVM P C

Chaupy maison d'Horace III, 487 versibus ex more suo non distinctis. Descripsi ego quoque et medii aevi sepulcralem versibus conceptam esse iudicavi; nolui tamen omittere, ne Chaupyi textus turbaret.

945* Ait Lupulus p. 82 Aeclani positum esse lapidem miliarium cum inscripta nota XV; quem Guarinius (ric. Ecl. in fine) non vidit. Haud scio an eiusmodi lapis confictus sit ex nomine oppidi medio aevo usitato, *ad Quintum decimum* (sc. lapidem a Benevento).

946* Mirabellae in columna mil.

senatus | populusque | romanus

Pratilli p. 457.

947* Bisaccio in aedibus ducis.

senatus | populusque | romanus

Pratilli p. 465.

948* Materae in col. mil.

senatus | .... | ....

Pratilli p. 483.

949* Polignani.

...riani ...nton....... ....ouis ad.... ouis ....tis | ...un. uiam perducendam | curauit

Pratilli p. 542 a Recupero.

950* Mesagne in eccl. primaria.

cos. uiii | imper. xi | brund

Pratilli p. 494.

PARS DECIMA.

INSTRUMENTO DOMESTICO INSCRIPTA.

951* pinaria
infra pini tres

952* *lupus*
lupatia

953* neruiana
flos

Pollidoro f. 96 harum figlinarum primam in agro Aternino occidentem versus ubi adhuc magnum pinetum est, repertam ait, secundam in ripa Feltrini amnis prope Anxanum, tertiam prope Orsognam in valle quae ad meridiem vergit. Ed. negligenter Romanelli scov. Frent. II, 147 De tertia nihil affirmo, primam et secundam falsas esse mihi constat.

954* rep. prope Casilinum 1730, tegula fracta.

caeselli. l

Pratilli p. 265, inde Marini n. 666.

955* Fundis, tegula.

domiti. apolloni | pila

Notarjanni p. 206, auctor suspectus.

956* ad ripam fl. Salini rep. *in una tegola mortuaria eravi impresso entro una curva graffita a cuore'.*

mortis historia est ars

Mozzetti fil. Abruzz. XI p. 59.

957* Neapoli apud Milanum, sigillum aereum

: esente

Descripsi et suspectum iudicavi.

PARS UNDECIMA.

INSCRIPTIONES ORIGINIS INCERTAE VEL EXTERNAE.

958* extat in mus. Borb. inter anaglypha, olim Romae in hort. Casaliis, postea apud Borgiam.

Omphale — *Hercules*

Herculis labores OMPHALE — HERCVLES *Herculis labores*

CASSIA

arcus et pharetra MANI FILIA *urna unde aqua pro fluit*

PRISCILLA

FECIT

Descripsi; anaglyphum mihi visum est genuinum, inscriptio falsa. Ed. Mur. 95, 1 a Ficoronio; 1985, 4 ex Maffeio; Maffei M. V. 288, 8; Marini iscr. Alb. p. 156. Anaglyphum aeri incidit Millin gal. myth. CXVII, 453.

959* ara, extat in mus. Borb. inter sacra.

vas coronatum

cn. figulanus *(sic)*. sanctis. siluano | et. herculi. mensas. n. iii. | d. s. d. d

Descripsi; puncta ad imas literas, non ad medias apposita sunt. Haud scio an falsa sit, expressa ad titulum Cardinalii iscr. ant. ined. n. 4, qui dabitur inter inscr. regni Neap. originis externae.

960* extat in mus. Borb. sacr. col. 6.

uenere genitrici | et genio | ludorum | aram | albertinus | claudi. lib | rhedartus

Descripsi et condemnavi. Ed. Guarini fasti ed. 1 p. 173.

961* basis angusta musei Borbonici inter sacra; litterae bonae sunt, sed vix est antiqua.

.paciencia.

Descripsi.

962* extat in mus. Borb. hon. col. 10.

NEROI

imperatoris protome

N· V

Descripsi; noviciam iudico similemque n. 373*.

963* extat in mus. Borb. hon. col. 16.

VERVS

AVGVS·· *sic*

RM· PATER

o· VI· Ip· Im· Co· In·

Descripsi; spuria sit necesse est, etsi litterae per se recte factae sunt.

964* cista in mus. Borb. inter col. 44 et 45 sepulcr.

d. m | aureliae. bassianae | annos. quae. uix. xl et | uii soles

Descripsi et falsam iudicavi. Puncta ad imas litteras apposita sunt.

965* extat in mus. Borb. sep. col. 20 e Farnes.

dis. manibus | t. claudio cohitali | ce pre. qui uixit a. xli | m. x d. iu manutia aph|rosina dulci coniugi

Descripsi et spuriam iudicavi.

966* basis triquetra mus. Borb. prope Herculem Farnesianum.

latus 1:

protome mulieris — *protome iuvenis caduceati*

D· M FLAVIA HALINE

sic FECITILIO SVO PIENTISSI

MO HERMETI ET SIBI VEPNAE *sic*

CAESARIS· NOSTRI OVI *sic*

VIXIT· AN· XXI· MIN VIIII

latus 2:

urceus

latus 3:

tripus et globus, supra avis

Descripsi et inscriptionem spuriam esse intellexi.

967* cista in mus. Borb. sep. inter col. 44 et 45.

d. m | iulia. bassiana | una. cum. matre. complexa | funere. hic. sita. est | uix. annos. xu. d. iii | bene. sit. ambabus

Descripsi et falsam iudicavi. Puncta ad imam litterarum partem, non ad medias posita sunt.

968* extat in mus. Borb. sep. col. 37 e Farnes.

d m | t. lauinio. sergii. galbae | imp. domus. praefecto | qui. uix. a. lxxii. m. ui. d. xi | t. flauius patri et sibi et | liberis. libertis. libertabusq

Descripsi et falsam esse vidi.

969* extat in mus. Borb. sep. col. 45 e Farnesianis.

eques equo citato currens, hastam cum vexillo portans; solum etiam indicatur

zesbie suae | quam unice amauit | q. catullus. merans | posuit. uix. an. xuii | obit. ix calendas iuli

Descripsi et falsam esse vidi.

970* extat in mus. Borb. sep. col. 39 e Farnes.

dis. manibus | l. licinio mili|ti forti diome|des fratri op. f

Descripsi et spuriam iudicavi.

971* extat in mus. Borb. sep. col. 61 e Farnes.

d. m | incomparabili | foeminae liuiae | medullinae quae | uix. a. xxu. tullius | dulci coniugi f.

Descripsi et spuriam iudicavi.

972* extat in mus. Borb. sep. col. 60 e Borgianis.

MALIE· ROMANAE

ATILIVS· PANTHERISC·

sic CVNQ· V· X· N· XI· MVIII· D· XV

CONI· TE NAERENNIA· *sic*

IRENE· FIL· FEC· ERENNIA·

·DVLC·

Descripsi et suspectam iudicavi. Ed. Cardinali i. a. i. n. 250; Guarini comm. VIII p. 37.

973* extat in mus. Borb. sep. col. 52 e Farnes.

d m | manilio puero qui uix. | a. uii parentes fecere

Descripsi et spuriam iudicavi.

974* extat in mus. Borb. sep. col. 50 e Farnesianis. Olim Romae.

sex. pompeio. uolessigo. sex. po|mpei. ser. tricliniar. item. aTri | curan. cn. Pompeius. philodespo|tus. lanius. ol. ii.

Exscripsi et suspectum iudicavi. Ed. Don. VII, 95 ex Ursinianis; Mur. 932, 3 e Ligorio.

975* extat in mus. Borb. sep. col. 50 e Farnes.

d m | rhodino | calphurnio | furius patri | optimo fecit

Descripsi et falsam iudicavi.

976* extat in mus. Borb. sep. col. 61.

D M

L· SABINO MILITI QVI

VIX· AN· XXVI M· V D· XII

FVRIVS SODALI CARISS

IMO BENEMERENTI F·

Vidi et damnavi.

977* extat in mus. Borb. sep. col. 50 e Farnes.

D M

LVCIO SABINO MILITI

VIX· A· LXI· M· II· D· VII

Descripsi et falsam iudicavi.

978* extat in mus. Borb. sep. col. 28. Guarini ait fuisse antea Danielis

semproniae. | elegantiorib. choreis. psallendoq. | praestantiss. | suae uiridis. in. medio. iuuentaf *(sic)*. | e. uiuis. | per. crudelia. fata. direptae. | sodalīū. sibi. choors. dilecta. | d. q. m. moer. m. p.

Descripsi et falsam iudicavi. Decepit, quod vix credas, Guarinium comm. VIII p. 91.

979* extat in mus. Borb. sep. col. 59 e Farnes.

d m | l. tiberio c. caes. | caligolae tabel|lario qui uix an | lxi. m. ix. d. xuiii | plautilla uxor | benemerenti f

Descripsi; fraus est evidentissima.

Falsa exempla genuinarum inscriptionum complura extant in museo Borbonico, quorum ad archetypa sincera mentionem fecimus sicubi ea ex nostro instituto huic libro inserenda fuerunt; quae restant haec sunt:

980* «**pro. salute. dominorum. genio. horreorum. saturninus. et. successus**» et reliqua. Antiquus titulus extat in mus. Vatic., editus a Grut. 109, 7; recens in mus. Borb. hon. col. 14.

981* «**m. acilius. a. f. uot. priscus. egrilius. plarianus. praef. aerari. militar**» et reliqua. Antiquus titulus extat in museo Vaticano, editus a Marinio Arv. p. 408, falsum exemplum in Borbonico sacr. col. 4, quo deceptus est Guarinius comm. VIII p. 48.

982* «**d. m. memoris. fili. aureli. canarthae. principis. gentium. baquatium**» et rel. Antiquus titulus extat Romae in aedibus Albanis editus a Marinio iscr. Alb. p. 101, falsa repetitio in cista ornata mus. Borb. inter col. 46 et 47 sep. damnata a Marinio l. c.

983* «**d. m. aurel. uictori. eq. sing. tur. constantini**» et rel. Ex genuino marmore ediderunt Fabrett. 357, 71; Don. VI, 48; Passion. III, 6; falsa exempla duo extant in mus. Borb., alterum sep. col. 9 e Farnes. (quo deceptus est Guarin. comm. VIII p. 41), alterum sep. col. 10.

984* **d. m. l. octauio. l. f. ouf. paterno. como. mil. coh. uiiii. pr**» et rel. Genuinum exemplum ed. Mur. 2034, 8 ex Marangonio; Fea misc. II p. 113; falsum extat in mus. Borb. sep. col. 50 e Farnes., quod decepit Guarinium comm. VIII p. 39.

985* «**fortunae. q. lucilius. felix. u. s**» Antiquus titulus extat in mus. Vatic. editusque est a Marinio Giorn. Pis. XII p. 73; recens exemplum in mus Borb. sep. col. 56 e Farnesianis (nisi nota mentitur), exornatum lineis figurisque ineptis. Ab eadem manu sunt 986*—989*.

986* «**caelia. p. f. municipio. suo.... donum dedit. imaginem.... l. saufei. ap. f. ex. senatei...**» Verum exemplum extat in Vaticano ed. a Passioneo I, 20, falsum in Borb. hon. col. 1. In illo primum fuit «saufeio», sed «o» deletá est; unde in falso legitur «**l. saufei xap f**». Iisdem ineptis figuris corrupta est ac quas eiusdem artificis opus esse diximus ad praec.

987* «**grammaticus. lectorque. fui. set. lector. eorum**» et reliqua; editus a Maffeio M. V 258, 3. Falsarius duos inde mus. Borb. titulos effecit, quorum alter in sep. col. 44 complectitur inscr. principalem, alter clausulam «**tii lapis optiistor — riisidas**» sep. col. 16; uterque similes figuras habet ac n. 985*—989* et ab eadem manu est. Secundus decepit fortasse Wordsworthium inscr. Pomp. p. 18 (inde Guarini fast. ed. 2 p. 177); hunc enim titulum videtur intelligere, etsi ex Vaticano museo primum tituli cuiusdam versum se proferre ait.

988* extat in mus. Borb. hon. col. 16.

lapis:

LOCVSPREIECTISIVIBV VC

EMETHYLARINV

Marinius:

PRAEIECTVS· SEVIVO

VISOMVM CON

PARAVIT AB ILA

RINVM

Descripsi et falsam iudicavi, eiusdem artificis a quo proficiscuntur superiores, qui expressit christianam Marin. Arv. p. 405 quam adscripsi.

989* extat in mus. Borb. sacr. col. 8.

SOLI INVICTO DE

ATIMETVS AVGG NN


PRÆDIORVM RO

Descripsi et damnavi. Estne genuinae cuiusdam exemplum novicium? Certe eiusdem artificis sunt quae praecedunt.

INDEX PRINCIPIORUM.

[Quaerenti tenendum est formulas *d. m. s.*, *memoriae*, similes praetermissas esse, praenomina numerosque si qua inscriptiones ordiantur adscripta quidem esse neque tamen relata ad ordinem litterarum; vocabula denique per compendium certo et facile solvendum scripta vel fracta et ab ipso auctore suppleta intelligenda esse tamquam plene et integre scripta et servata essent.]

LIPSIAE, TYPIS BREITKOPFII ET HAERTELII.
D. II. APR. MDCCCLI.


VALERIA
CVM PARTE PICENI
triplici maioris tabulae
modulo descripta.
PRAETVTTIANI
SABINI
VESTINI
MARRVCINI
FRENTANI
PAELIGNI
MARSI
SAMNIVM
INTERAMNA
HADRIA
CASTRVM NOVVM
AMITERNVM
REATE
INTEROCRIVM
FORVM DECII
FALACRINAE
PINNA
ATERNVM
TEATE MARRVCINORVM
ORTONA
ANXANVM
INTERPROMIVM
CORFINIVM
SVLMO
ALBA FVCENTIS
L. FVCINVS
CARSIOLI
SVBLAQVEVM
MARRVVIVM
CERFENNIA
ANTINVM
IVVANVM
CLITERNIA
PELTVINVM
AVFINA
FVRFO
SVPERAEQVVM


CAMPANIA
triplici maioris tabulae
modulo descripta.
SAMNIVM
APVLIA
LVCANIA
AESERNIA
VENAFRVM
CASINVM
AQVINVM
INTERAMNA
BOVIANVM VNDECIMANORVM
SAEPINVM
ALLIFAE
TELESIA
TEANVM
SVESSA
MINTVRNAE
SINVESSA
CALES
CAIATIA
CAPVA
CASILINVM
VOLTVRNVM
LITERNVM
CVMAE
ATELLA
ACERRAE
NOLA
NEAPOLIS
HERCVLANEVM
VESVVIVS
POMPEII
PVTEOLI
BAIAE
MISENVM
PROCHYTA
AENARIA
STABIAE
SVRRENTVM
CAPREAE
NVCERIA ALFATERNA
SALERNVM
PICENTIA
ABELLA
ABELLINVM
BENEVENTVM
CAVDIVM
AECLANVM
EQVVS TVTICVS
COMPSA
LIGVRES
FREGELLAE
FREGELLANVM
FABRATERIA
ARPINVM
SORA
ATINA
ALATRIVM
VERVLAE
FRVSINO
CEREATAE


TABVLA
QVA INDICANTVR
REGNI NEAPOLITANI
LOCI IN QVIBVS TITVLI LATINI REPERTI SVNT.
DELINEAVIT
HENRICVS KIEPERT
VIMARIAE, MDCCCLII.
Modulus (1: 1.800.000)
V X XX XXX XL L Milia Passuum
MARE SVPERVM S. HADRIATICVM
MARE TYRRHENVM S. TVSCVM
MARE SICVLVM
SINVS TARENTINVS
FRETVM SICVLVM
OPPIDA ANTIQVA SCRIPTA SVNT LITTERIS QVADRATIS.
Oppida quae nunc sunt scripta sunt litteris vulgaribus.
Rudera oppidi antiqui
Fines provinciarum quae fuerunt p. Chr. saeculo quarto.
Limes regni quod nunc est Neapolitani.
Viae antiquae, adscriptis numeris qui indicant quot milibus passuum locus distet Roma

C. Ohmann fec.

